CHRY. sup matth. Futurū. n. erat vt i die iudicij rñderēt iudei: Dñe nō te cognouim⁹ filiū dei i cor pe cōstituti. quis hoīm videre poterat thesauruz in terra abscōditū: solē nube celatū? Rñdebūt ergo di scipuli: Et nos homīes fuim⁹ rustici ꝛ obscuri i ple be: vos sacerdotes ꝛ scribe. sed i nobis bona volun tas facta est quasi lucerna rusticitatis nr̄e: in vobis aūt malicia facta est quasi caligo scīe vr̄e CHRY. in home. Propter h̄ aūt nō dixit: Et gētes ꝛ orbem terraꝝ sed trib⁹ isrl: qꝛ in eisdē erāt educati ꝛ legib⁹ ꝛ cōsuetudinib⁹ apli ꝛ iudei. Cū ergo dixerit iudei: qsi pp h̄ nō potuim⁹ credere christo: qꝛ lex phibuit discipuli in mediū inducerenť q eādē susceprūt legē Sed dicet aliqs: Quid magnū pmisit eis: si id quod niniuite habēt et regina austri hoc ꝛ ipsi habebūt? Maxima quidē alia pmia ante ꝛ post eis pmittit: sed ꝛ hic occulte insinuat aliquid pl⁹ illis. De illis. n. simplr̄ dixit: q surgēt ꝛ cōdēnabūt generatōez hāc de his aūt: Cū sederit fili⁹ hoīs: sedebitis ꝛ vos. Ma nifestū est ergo q cōregnabūt ꝛ cōmunicabūt i glo ria illa: honorē. n. ꝛ gliam ineffabilez significat per thronos. Qualr̄ aūt hec pmissio cōpleta est: nūquid . n. ꝛ iudas sedebit? nequaq̄. Lex. n. a dño posita est p hieremiā pphetā. loquar sup gētē ꝛ regnū vt edifi cem ꝛ plantē illud. sed si fecerit malū in conspectu meo penitebo: ꝛ ego de bonis que locut⁹ sum vt fa cerē eis. q. d. Si indignos scipos pmissione faciant nō adhuc faciā quod pmisi. Indignū aūt seipm prin cipatu iudas ondit: ꝛ ppter hoc tūc loquēs discipu lis nō simplr̄ eis pmisit. neq. n. dixit: Uos sedebitis sed adiūxit: Qui secuti estis me: vt ꝛ hic iudā exclu dat: ꝛ eos qui postea futuri erāt attraheret. nō eniz ad illos solos dictū est; neq ad iudā ꝛ iā indignuz effectū. HYLA. Sequela ergo christi apostolos sup. xij thronos iudicādis. xij. trib⁹ isrl: in. xij. patriar charū gloriā copulauit AVG. xx. de ci. dei: Ex hoc . n. loco discim⁹ cū suis discipulis iudicaturū iesum. vnde ꝛ alibi iudeis dicit: Ideo iudices vestri erunt. nec qm̄ sup. xij. sedes sessuros esse ait. xij. solos homi nes cū ipso iudicaturos putare debemus. Duodena rio quippe numero vniuersa quedā significata est iudicantiū multitudo: ppter duas ptes numeri se ptenarij quo significať plerūq vniuersitas: q due partes. i. tres ꝛ quatuor altera p alterā multiplica te. xij. faciūt: alioqn quoniā in locuz iude traditoris apostolū mathiā legimus ordinatū. Apostol⁹ pau lus qui plus illis omnib⁹ laborauit: vbi ad iudican dū sedeat nō habebit: qui pfecto cū alijs sanctis ad numerū iudicū se ptinere demōstrat cū dicit: Nes citis quia angelos iudicabim⁹? AVG. in libro de penitētia: In hoc ergo numero iudicātiū oēs intel liguntur qui ppter euāgeliū sua omia dimiserūt: et se cuti sunt dñm. GRE. x. mo. Quisquis. n. stimulo diuini amoris excitat⁹ hic possessa reliquerit: illic p culdubio culmē iudiciarie ptātis obtinebit: vt simul tūc iudex cū iudice veniat: qui nūc cōsideratōe iudi cij sese spōtanea pauptate castigat AVG. xx. de ci. dei: De ipsis quoq iudicandis in hoc numero duo denario similis causa ē. nō. n. quia dictū ē: Iudicātes . xij. trib⁹ isrl: trib⁹ leui que. xiij. ē ab eis iudicāda nō erit: aut solum illum populū: nō etiā gētes ceteras iudicabūt. CHRY. sup mattheū: Uel p h̄ q dicit: Interrogatōe pmittit christ⁹ tpe christianitatis fu turū post ascēsionē suā quādo. s. hoīes regeneranť p baptismū: ꝛ illud est temp⁹ quādo christ⁹ sedet i se de maiestatis sue. Et inde quia nō de tpe futuri iu dicij dicit: sed de vocatōe gentiū vniuersaꝝ. nō eniz dixit: Cum venerit filius sup sedem maiestatis sue: sed Cum sederit in sede maiestatis sue. Quod et tūc fuit ex quo gentes credere ceperūt in christum: sm̄ illud psalmi: Regnabit dñs sup gētes: de⁹ sedet sup sedē sanctā suā. Et ex tūc apli sederūt super. xij. thro nos. i. in omnib⁹ christianis. omis. n. christian⁹ q su scipit verbū petri thron⁹ fit petri: ꝛ sic de alijs aplis sedēt ergo apli in his thronis in. xij. ptes diuisi sm̄ dūas aīaꝝ ꝛ diuersitates cordiū qs sol⁹ de⁹ cognoscit. Sic. n. iudeoꝝ ppls in. xij. trib⁹ fuit diuisus: sic ꝛ vni uersus ppls christian⁹ diuidiť in. xij. trib⁹ vt qdaz aīe sint de tribu ruben: ꝛ sic de alijs ppter diuersas vir tutes. Non eni omēs gratie in omnib⁹ equalr̄ sunt sed vn⁹ pcedit in ista: ali⁹ in illa. Et sic apostoli iudi cabūt. xij. trib⁹ isrl. i. omēs iudeos: p hoc q verbum apostoloꝝ ē a gentib⁹ receptū. Omēs aūt christiani sunt quidē. xij. sedes aploꝝum: sed vna sedes christi. Christi. n. oēs virtutes sūt qsi vna sedes: qꝛ in oi vir tute equalr̄ ipse sol⁹ fact⁹ ē. vnusqsq aploꝝ i aliquo bono spāli fit pfectior: vt petr⁹ in fide: ꝛ iō petr⁹ sede scit in fide: iohēs in innocētia: ꝛ sic de alijs. ꝛ q de retributōe aplis in h̄ mūdo dāda christ⁹ loqť demō strat qd sequiť: Et om. q reli. do. vel fra. Si. n. in h̄ se culo cētuplū recipiūt: sine dubio ꝛ aploꝝ etiā in h̄ seculo merces futura pmittebať. CHRY. i home. Uel discipulis pmittit futura: qꝛ excelsiores erāt iā et nihil pñtiū querebāt: alijs aūt que sūt h̄ repromittit

ORI. Uel aliter: Siqs reliquerit oia ꝛ secut⁹ fue rit christū que pmissa sunt petro ꝛ ipse recipiet. Si aūt nō omia reliqt: sed quedā spālr̄ referuť hic mul tiplicia recipiet: ꝛ vitā possidebit eternā. HIE. Ex occasiōe aūt hui⁹ snīe qdā introducūt mille ānos p⁹ resurrectōem dicētes: Tūc nobis cētuplū oīm rerū qs dimisim⁹: ꝛ vitā etnā eē reddēdā: q si i ceteris di gna sit pmissio: i vxorib⁹ appeat turpitudo: vt q vnā p dño dimiserit: cētū recipiat i futuro. Sensus igiť iste ē: Qui carnalia p saluatore dimiserit: spiritalia recipiet: q cōpatōe ꝛ merito sui qsi puo nūero cente narij cōpareť ORI. Sz i h̄ sclo qꝛ p frib⁹ carnalib⁹ multos iueniet frēs sm̄ fidē: sic ꝛ parentes oēs epos ꝛ presbyteros ꝛ filios oēs etatem filioꝝ habentes.

Sũt aũt ⁊ angeli fratres ⁊ sorores oẽs: exhibuerĩt
se christo ṽgines castas tam iste nũc hñt in ẽris:
ille iam venũt in celis. Agros aũt ⁊ domos mlti
plices intellige in regͤ padisi ⁊ ciuitate dei: sup hec
aũt oĩa possidebũt vitã eternã AVG.xx.de ci.dei:
h̃ etiã q̃d h̃ dr: Cẽtuplũ accipiet. exponẽs quodam
modo aplŝ ait: q̃si nihil hñtes ⁊ oĩa possidẽtes. Cẽ
tũ.n. p ipa vniuersitate ponũt aliq̃n. HIE. q aũt
dicit: Et oĩs reli. fra. cõgruit illi sñie dixerat: Ue
ni separe hoĩem a pr̃e suo. Qui.n. pp fidẽ christi ad
p̃dicatõem euãgelij oẽs affect⁹ cõtẽpserit atq; diui
tias ⁊ scl'i voluptates: isti cẽtuplũ accipiẽt: ⁊ vitã et̃
nã possidebũt. CHRY.in ho. Cũ aũt dicit. Qui re
li. vxorẽ. nõ h̃ ait vt simplr̃ nuptie diuellãt̃ sed vt oĩ
b⁹ p̃ferãm⁹ fidei pietatẽ. Uidet̃ aũt mihi ⁊ psecutõis
tp̃s occulte insinuare. q̃z.n. multi futuri erãt filios
ad impietatẽ trahẽtes: cũ h̃ acciderit: neq; p pr̃ibus
neq; p viris habeãt̃. RABA. Uel q̃z multi virtu
tũ studia nõ eadẽ incipiũt intẽtiõe pietatis ɔsum
mãt: sed vel tepescũt vel accelerare labũt̃. Sequitur
Mul. aũt erũt p̃mi no. ⁊ no. p̃mi. ORI. Per h̃ ex
hortat̃ eos qui nup accedũt ad ṽbũ diuinũ: vt festi-
nẽt ad pfectũ ascẽdere p̃ multis vidẽt̃ senuisse i fi
de. Põt etiã hic sensus destruere eos gloriãt̃ eo q
christianis p̃ẽtib⁹ sunt enutriti in ipa christianita
te: neq; pusillanimes fuĩt q christianitat dogmata
nouissime receperunt. Habet etiã aliũ itellectũ vt sint
p̃mi isrl'ite facti sunt nouissimi pp infidelitatẽ: gẽ
tes aũt nouissimi p̃mi. Caute aũt dicit: Mlti. nõ eñ
oẽs p̃mi erũt nouissimi: nec oẽs nouissimi p̃mi. Ad
huc aũt multi hoĩm nã nouissimi sũt efficiũt̃ p vi
tã angelicã ̃busdã angel' supiores: ⁊ q̃dã angeli
fuerũt p̃mi facti sunt nouissimi pp culpã REMI.
Põt etiã spãtr referri ad tristiciã diuitis p̃m⁹ vide
bat̃ legis p̃cepta iplẽdo: s; q̃z ẽrenã subst̃ãtiã p̃tulit
deo: nouissim⁹ fact⁹ ẽ. Sãcti apl'i nouissimi videbãt̃
s; relinq̃ndo oĩa p hũilitat' gr̃az facti sunt p̃mi. Sũt
ẽt plimi p⁹ studia bonoꝝ opũ a bonis opib⁹ defi-
ciũt: ⁊ cũ fuerit p̃mi. fiũt nouissimi. CA.XX.

Simile est regnũ celorũ hoĩ
patrifamilias: q exijt p̃mo
mane cõducere oparios in
uineã suã. Cõuẽtiõe aũt facta cum
oparijs ex denario diurno: misit eos
in uineã suã. Et egressus circa horã
tertiã uidit alios stãtes in foro ocio
sos: ⁊ dixit illis: Ite ⁊ uos in uineã
meã: ⁊ q̃d iustũ fuerit dabo uobis.
Illi aũt abierũt. Iterũ aũt exijt cir
ca sextã ⁊ nonã horã: ⁊ fecit similĩt.
Circa undecimã uero exijt ⁊ iuenit
alios stantes: ⁊ dicit illis: Quid hic
statis tota die ociosi? Dicũt ei: quia
nemo nos cõduxit. Dicit illis: Ite
⁊ uos in uineã meã. Cũ sero aũt fa
ctũ esset: dicit dñs uinee pcuratori
suo: Uoca oparios: ⁊ redde ill' mer
cedẽ: incipiẽs a nouissimis usq; ad
p̃mos. Cũ uenissent ergo qui circa
undecimã horã uenerãt: accepeũt
singulos denarios. Ueniẽtes aũt ⁊
p̃mi arbitrati sunt: q plus essent ac
cepturi. Acceperũt autẽ ⁊ ipi singu
los denarios. Et accipiẽtes murmu
rabant aduersus patrẽfamilias dicẽ
tes: Hi nouissimi una hora fecerũt
⁊ pares illos nobis fecisti: qui porta
uimus põdus diei ⁊ estus? At ille
respõdẽs uni eorũ dixit: Amice nõ
facio tibi iniuriã. Nõne ex denario
cõuenisti mecũ? Tolle quod tuũ est
⁊ uade. Uolo aũt ⁊ huic nouissimo
dare: sicut ⁊ tibi: Aut nõ licet mihi
quod uolo facere: An oculus tuus
nequã est: quia ego bon⁹ sum. Sic
erũt nouissimi p̃mi: ⁊ primi nouissi
mi. Multi enim sunt uocati: pauci
uero electi.

REMI. Quia dixerat dñs: Multi erũt p̃mi no-
uissimi ⁊ nouissimi p̃mi: vt hãc sñiam ɔfirmar; sub
iũxit sil'itudinẽ dicẽs: Si. est reg. ce. ho. pr̃familias.
CHRY. sup matth. Hõ pr̃familias christ⁹ ẽ: cui ce
li ⁊ terra q̃si vna ẽ domus. familia aũt celestiũ ⁊ ẽre
striũ ⁊ inferioꝝ creaturaꝝ: vinea aũt ei⁹ iusticia ẽ: in
 diuerse spẽs iusticiaꝝ posite sũt q̃si vites. puta mã
suetudo: castitas: patiẽtia: ceteq; ṽtutes: oẽs gnãlr
iusticia appellãt̃: hoĩes ãt vinee cultores ponũt̃. vñ
dr̃: Qui ex. p. ma. cõ. ope. i vi. suã. De⁹.n. iusticiã suaz
dedit i sẽsib⁹ nris. nõ pp suã vtilitatẽ: s; pp nrãz. Sci
tote g̃ q̃z mercenarij sum⁹ ɔducti. Sic g̃ nemo iõ cõ
ducit mercenariũ vt h̃ solũ faciat q manducat: sic ⁊
nos nõ iõ vocati sum⁹ a xp̃o vt h̃ solũ opemur ad
nr̃m ptinẽt vsũ: s; ad gl'iaz dei. ⁊ sic mercenari⁹ p̃us
aspicit op⁹ suũ: deide quotidianũ cibũ: sic ⁊ nos de-
bem⁹ aspicẽ ad gl'iam dei ptinẽt: deide ad nrãm
vtilitatẽ. Et sicut mercenari⁹ totã diẽ circa dñi op⁹
impẽdit: vnã autẽ horã circa suũ cibũ: sic ⁊ nos om
ne temp⁹ vite nostre debem⁹ impẽdere circa gloriaz
dei: modicã aũt ptẽ circa vsus nrõs terrenos. Et sic
mercenari⁹ diei op⁹ nõ fecerit: erubescit intrare in
domũ ⁊ petere panẽ: quõ tu nõ ɔfũderis ĩtrare in ec
clesiã ⁊ stare ante ɔspectũ dei: q̃n nihil bonũ i ɔspe-
ctu dei gessisti? GRE. i ho. Uel pr̃familias. i. cõdi
tor noster habet vineã vniuersam. s. eccl'iaz que ab
abel iusto vsq; ad vltimũ electuz in fine mũdi na-
scitur⁹ est quot sanctos ptulit q̃si tot palmites misit
Ad erudiẽdã aũt dñs plebẽ suã quasi ad excolendã

vineā suā nullo tpe destitit oparios mittere: quia ⁊
p̄us ꝑ patres: ⁊ postmodū per legis doctores: dein
de ꝑ ꝓphas: ad extremū vero ꝑ apostolos q̄si ꝑ ope
rarios in vinee cultū laborauit: q̄uis ī quolibꝫ mo
dulo vel mēsura quisquis cū fide recta bone actōis
extitit: hui⁹ vinee opari⁹ fuit. ORI. Totuꝫ aūt hoc
seculū p̄ns vnū diē dicere possum⁹: magnū quidem
q̄tū ad nos: modicū autē q̄tū ad dei vitā. GRE.
in home. Mane aūt mūdi fuit ab adā vsqꝫ ad noe.
Et ideo dr̄: Qō exijt primo mane cōducere oparios
in vineā suā: ⁊ modū cōductōis subiūgit dicēs: Cō
uen. aūt fa. cū ope. ex dena. diurno. ORI. Salutis
aūt arbitror nomē esse denariū. REMI. Denari⁹
.n. dicit qui antiquit⁹ pro .x. nūmis imputabat: ⁊ fi
gurā regis habet. Recte ergo ꝑ denariū designatur
obseruati decalogi p̄miū. pulchre ergo dicit: Cōuē
tione facta ex denarijs diurnis. quia vnusquisqꝫ in
agro sancte ecclesie ꝓ spe future remuneratōnis la
borat. GRE. Tertia vero hora a noe fuit vsqꝫ ad
abraam: de qua dr̄: Et regressus circa horā tertiā vi
dit alios in foro stātes ociosos. ORI. Forꝫ aūt ē
qcq̄d ē ext̄ vineā. i. ext̄ eccl'iā xp̄i CHRY. sup matt.
In hoc .n. mūdo vendēdo ⁊ emendo viuūt homies
⁊ inuicem sibi fraudē faciētes: vitā suam sustētant.

GRE. Qui aūt sibi viuit qui carnis sue voluptati-
bus pascit recte ociosus arguit: quia fructū diuini
opis nō sectat. CHRY. sup matth. Uel ociosi sūt
peccatores: illi .n. mortui dicūt. ociosus autē est qui
op⁹ dei nō operat. Uis ergo nō esse ociosus: nō ali
ena tollas: ⁊ de tuis des: ⁊ opat⁹ es in vinea dn̄i mi
sericordie vitē colēs. Sequit: Et dixit ill': Ite ⁊ vos
in vineā meā. Nota q̄ solis p̄mis cōuenit sp̄al'r da
re denariū. alios aūt sub incerto pacto conduxit di
cens: Qō iustū fuerit dabo vobis. Sciēs .n. domin⁹
q2 p̄uaricatur⁹ fuerat adā: ⁊ omēs postmodū in di
luuio erāt perituri: certū fecit pactū ad eū: ne q̄ndo
dicat se neglexisse iusticiā: q2 nesciebat que p̄mia fu
erat receptur⁹. Istis aūt nō fecit pactū: quia tantuꝫ
parat⁹ est retribuere: q̄tū mercenarij recipe nō spa-
bant. ORI. Uel oparios tertie hore nō inuitauit
ad totū op⁹. quicquid aūt poterūt opari: suo arbit'o
reseruauit. Poterāt .n. eq̄le op⁹ facere in vinea eis qui
ex mane sunt opati quicunqꝫ in tpe breui volebant
operantē virtutē ad op⁹ extēdere: que ante non fue
rat opata. GRE. Sexta quoqꝫ hora est ab abraaꝫ
vsqꝫ ad moysen. Nona est a moyse vsqꝫ ad aduentū
domini. vnde sequit: Iterū aūt exijt circa sextam ⁊
nonā horā ⁊ fecit simil'r. CHRY. sup mattheum:
Ideo aūt diūgit sextā ⁊ nonā: quia in sexta ⁊ nona
generatōem vocauit iudeorū: ⁊ frequētauit cū hōi
bus disponere testamēta quasi diffinito salutis di
tpe iam appropiquāte GRE. Undecima v̄o hora
est ab aduētu dn̄i vsqꝫ ad finē mūdi. Opator ḡ māe
hora tertia sexta ⁊ nona antiqu⁹ ille ⁊ hebraic⁹ ppl's
designat qui in electis suis ab ip̄o mūdi exordio dū
recta fide deū studuit colere quasi nō destitit in vi-
nee cultura laborare: ad vndecimā v̄o gētiles vocā
tur. vnde sequit: Circa vndecimā v̄o exiit ⁊ inuenit
alios stātes: ⁊ dixit ill': Quid hic statis tota die ocio
si? Qui enī trāsacto tam lōgo mūdi tpe ꝓ vita sua la
borare neglexerāt: quasi tota die ociosi stabāt. ſꝫ pē
sate quid inquisite rn̄deāt. Sequit enī: Dicūt ei: q̄a

nemo nos cōduxit. Nullus quippe ad eos patriar-
cha: nullus ꝓpheta ad eos venerat. ⁊ quid est dicere
Nemo nos cōduxit: nisi vite nobis nemo viā p̄dica
uit? CHRY. sup mattheū: Que est enī conductio
nostra ⁊ cōductōis merces? ꝓmissio vite eterne. gē
tes enī sole: neqꝫ deū sciebāt neqꝫ dei ꝓmissa. HY-
LA. Hi igit mittūt ad vineā. vnde sequit: Dixit eis:
Ite ⁊ vos in vineā meā RABA. Postq̄ aūt ope
ris diurni ratio reddita est ad remuneratōis temp⁹
opportunū dicit: Cū aūt sero factū esset. hoc ē cuꝫ
dies toti⁹ mūdi ad vespam cō summatiōis inclinata
esset. CHRY. sup mattheū: Cōsidera quia sero nō
alio mane mercedē reddit: ergo adhuc stāte seculo
isto iudiciū est futurū: ⁊ vnicuiqꝫ merces sua reddē-
da. ⁊ hoc ꝓpter duas rōes. Prima est: quia ip̄a bea-
titudo futura est merces iusticie: ideo nō in illo se-
culo fit iudiciū sed ante illud. Deinde ante aduētuꝫ
diei illi⁹ p̄mittit iudiciū: ne videāt pctōres diei illi⁹
beatitudinē. Sequit: Dicit dn̄s ꝓcuratori suo. i. fili
us sp̄ūisancto. GLO. Uel si voluerit dicit pater
filio: qui. s. pater opat ꝑ filiū ⁊ fili⁹ ꝑ sp̄m̄sanctū: nō
ꝓpter aliquā differētiā substātie dignitatis. ORI.
Uel dicit dn̄s ꝓcuratori suo. i. alicui angeloꝝ q̄ sup
mercedes retribuendas est positus: siue alicui ex
multis ꝓcuratorib⁹ s̄m q̄ sc̄ptū est: Sub curatorib⁹
⁊ tutorib⁹ esse heredē in tpe quo puul⁹ ē. REMI.
Uel dn̄s iesus christ⁹ ipse est paterfamilias ⁊ vinee
ꝓcurator: sicut ⁊ ipse est ⁊ ostium ⁊ ostiarius. Ipe
enī est ventur⁹ ad iudiciū vt vnicuiqꝫ reddat s̄m q̄
gessit. Uocat ḡ oparios ⁊ reddit illis mercedem: q̄n
oēs cōgregabūt in iudicio: vt vnusquisqꝫ accipiat
s̄m opa sua. ORI. Primi aūt oparij testimonium
habētes ꝑ fidē nō acceperūt dei ꝓmissionē ꝓ nobis
aliquid meli⁹ ꝓspiciēte patrefamilias: vt nō sine no
bis ꝑficiāt. Et quia miam cōsecuti sum⁹ p̄mi merce
dē speram⁹ accipe q̄ sum⁹ christi: post nos aūt q̄ an-
te nos opati sunt. ⁊ ideo dr̄: Uoca oparios ⁊ redde
illis mer. suā. inci. a nouis. vsqꝫ ad p̄mos. CHRY.
sup matth. Semp enī libēti⁹ aliq̄d dam⁹ illis q̄bus
gratis donam⁹: q2 ꝓ solo nostro honore donamus
Ergo omnib⁹ sanctis de⁹ reddēs mercedē iust⁹ ost' dr̄:
gētib⁹ aūt dās misericors: dicēte ap'lo: Gentes
aūt sup miam honorare deū. ⁊ ideo dr̄: Incipiēs a
nouissimis vsqꝫ ad p̄mos. Aut certe vt ondat deus
inestimabilē miam suā p̄mū nouissimis ⁊ indignio
rib⁹ reddit mercedē: postea p̄mis. nimia enī mia or
dinē nō aspexit. AVGV. de sp̄ū ⁊ littera: Uel iō
velut p̄ores recipiunt minores: q2 minores dilati sūt.
Sequit: Cū venissent aūt qui circa vndecimā horā
venerāt. GRE. Eundē denariū acceperūt q̄ labora
uerūt ad vndecimā quē expectauerūt toto deside-
rio qui laborauerūt ad p̄mā: q2 equalē vite retribu
tōem sortiti sunt cū his qui ab initio mūdi vocati
fuerāt hi q̄ in fine mūdi ad deū venerūt. CHRY.
sup matth. Nō aūt iniuste: nā ⁊ qui in p̄ma p̄te se-
culi natus est: ⁊ non amplius vixit q̄ꝫ statutū tem-
pus vite ⁊ quid illi nocuit si post illi⁹ exitū mundus
stetit? ⁊ qui circa finem nascūtur non minus viuēt
q̄ꝫ dies qui numerati sunt eis. ⁊ quid illis ꝓdest ad
compendiū laboris si cito mūdus finitur cū pēsum
vite sue compleāt ante mūdum. Deinde nō est ī ho
mine quādo nascit p̄us aut postea: sed ptātis diuine.

Nec ille quidē sibi priorē debet locū defendere: qui
pus nat⁹ est: nec ille ɔtēptibilior debet esse q̄ postea
Sequit̄: Et acci. murmu. aduer. patrēfa. dicētes. Si
aūt verū ē quod dixim⁹: quia primi ꝛ posteriores tp̄s
suū vixerūt ꝛ nō ampli⁹ neq̄ min⁹: ꝛ vnicuiq̄ mors
sua cōsummatio ipi⁹: qd est qd̄ dicūt: Portauimus
pond⁹ diei ꝛ est⁹. q: s. magna est nobis virt⁹ ad faci
endā iusticiā cognoscere ꝓpe esse finē mūdi. Unde
ꝛ christ⁹ nos armās dicebat. Appropinq̄bit regnū
celoꝝ. Illis aūt infirmatio erat scire mūdi spacia eē
longiqua. Quis ergo nō ꝑ omne seculum vixerit. tā
totu⁹ seculi grauamina ꝑtulisse videt̄: aut pōd⁹ toti
us diei dicit onerosa legis mādata: estū aūt vrētē er
roris tētatōem quā cōflabāt spūs maligni ī eos ad
emulatōem gentiū eos irritātes: a qb⁹ oīb⁹ gētiles li
beri extiterūt christo credētes: ꝛ ꝑ compēdiū grē ad
plenū saluari. GREGO. Uel pond⁹ diei ꝛ estus
ferre ē ꝑ lōgioris vite tp̄a carnis sue calore fatigari.
Sed pōt q̄ri quomodo murmurare dicti sunt q̄ ad
regnū vacant̄: celoꝝ etenī regnū null⁹ q̄ murmurat
accipit: null⁹ q̄ accipit murmurare pōt. CHRY. i
home. Nō aūt oꝫ ea que ī parabol' sūt fm totū qd̄
dr̄ inuestigare: sed itētōem ꝓpter quā cōposita est in
telligere: ꝛ nihil vltra scrutari. Nō ergo inducit h̄
vt ostēdat aliquos eē inuidia morsos: sed vt ondat
hos tāto potitos eē honore q̄ ꝛ inuidiā aliis pote
rant generare. GREGO. Uel quia antiqui prēs
vsq̄ ad aduētū dn̄i q̄tūlibet iuste vixerāt: ducti ad
regnū nō sunt eoꝝ hoc ip̄m murmurasse. Nos autē
qui ad vndecimā venim⁹ post laborē nō murmura
mus: q: post mediatoris aduētū in hoc mūdo veni
entes ad regnū ducimur mox vt de corpe exim⁹.
GLO. Uel omis retrō vocatio gētilib⁹ inuidet: ꝛ
in euāgelij torquet̄ grā. HYLA. Et fm insolentiā
populi iam sub moyse ɔtumacis hoc murmur ogā
tium est. Sequit̄: At ille respōdēs vni eoꝝ dixit: A
mice: nō facio tibi iniuriā. REMI. Per hūc vnū
p̄t intelligi oēs qui ex iudeis crediderūt: quos a
micos ꝓpter fidē nominat. CHRY. sup mattheū:
Nō aūt dolebāt quasi defraudati de mercede sua:
sed quia illi ampli⁹ q̄ merebāt̄ acceperāt. Sic. n. do
lent inuidi quādo alteri aliquid addit̄ quasi eis sub
strahat̄. ex quo patet q̄ ex vana gloria nascit̄ inuidia
Ideo. n. dolet eē secūd⁹: quia desiderat eē prior et iō
inuidie motū remouet dicēs: Nōne ex denario cō
uenisti mecū? HIE. Denari⁹ figurā regis habꝫ. Re
cepisti ergo mercedē quā tibi ꝓmiserā: hoc est ima
ginē ꝛ similitudinē meā. qd queris ampli⁹: ꝛ nō t̄ā
ip̄e pl⁹ accip̄e q̄ aliū nihil accip̄e desideras. Tolle
qd̄ tuū est ꝛ vade. REMI. i. recipe mercedē tuā: ꝛ
vade in gloriā. Uolo aūt ꝛ huic nouissimo. i. gētili
populo dare fm meritū: sicut ꝛ tibi. ORI. Forsitā
aūt ade dicit: Amice nō facio tibi iniuriā: nōne ex
denario cōuenisti mecū? tolle quod tuū est ꝛ vade
Tuū est sal⁹ qd̄ est denari⁹. Uolo aūt et huic nouis
simo dare sicut ꝛ tibi: nō incredibile pōt q̄s arbitra
ri hūc nouissimū esse ap̄lm paulū: q̄ vna hora oga
tus est: ꝛ sile omēs qui ante eū fuerunt. AUG. de
sancta virgi. Quia vero ip̄a vita eterna pariter erit om
nib⁹ sanctis eq̄lis denari⁹ oīb⁹ ē arbitrat⁹ q̄ ē omniū
merces. q: vō in ip̄a vita eterna distincte fulgebūt lu
mina meritoꝝ: multe mānsiōes sunt apud prēm: ac ī

denario quidē impari nō viuet alius ꝓlixius. in mul
tis aūt mānsiōib⁹ honorat̄ alius alio clarius. GRE.
Et quia ip̄a regni ꝑceptio ei⁹ est bonitas volūtatis
recte subiūgit̄: Aut nō licꝫ mihi qd̄ volo facē. Stul
ta. n. est questio homīs cōtra bonitatē dei murmu
rare. Conquerēdū quippe esset nō si dat qd̄ nō de
bet: sed si non daret qd̄ deberet. vnde apte subditur:
Aut ocul⁹ tu⁹ neq̄ est: quia ego bon⁹ sum REMI.
Per oculū. n. vult intentōem intelligi. Iudei nāq̄
neq̄ habuerūt oculū. i. intentōem malā: q: de salu
te gentiū dolebāt. ad quid aūt sensus huius ꝑabole
tēdat. manifestat cū subdit̄: Sic erūt p̄mi nouissimi
ꝛ nouissimi p̄mi: eo. s. q̄ iudei de capite vertātur in
caudā: ꝛ nos de cauda mutamur ī caput CHRY.
sup matth. Aut ideo p̄mos dicit nouissimos: et no
uissimos p̄mos nō vt nouissimi digniores sint q̄ p̄
mi: sed vt coequēt̄ ꝛ nulla sit inter eos differētia tē
poris causa. Qd̄ aūt dicit: Mul. sunt vo. pau. ve. electi
Nō ad superiores ꝑtinet sed ad gētes qm̄ et ip̄is gēti
bus q̄ multi vocati sunt: pauci sunt eligēdi GRE.
Ad fidē. n. plures veniūt: ꝛ ad celeste regnū pauci ꝑ
ducūt̄. plerīq̄ n. deū vocib⁹ seq̄unt̄: morib⁹ fugiunt
Ex hoc ergo duo pēsare debemus. Primū est vt de
se q̄sq̄ minime ꝓsumat: q: etsi iā ad fidē vocat⁹ ē: vtrū
ad regnum eligēd⁹ sit nescit. Secūdū vō est vt vnus
q̄sq̄ ꝓximū suū quē iacere in vitijs cōspicit: despa
re nō audeat: quia diuine mīe diuitias ignorat. Uel
aliter: Mane nostrū puericia est. hora tertia adole
scētia intelligi pōt: quia quasi iam sol in altū ꝓficit:
dū calor etatis crescit. Sexta aūt iuuēt⁹ est: q: velut
in cētro: sol figit̄ dum in ea plenitudo roboris so
lidat̄. Nona autē senect⁹ intelligit̄: in qua velut sol
ab alto axe descēdit: quia etas a calore iuuētutis de
ficit. Undecima vō ē ea etas: q̄ decrepita l' veterana
vocat̄. CHRY. in home. q̄ aūt nō omēs simul cō
duxit: sed alios mane: alios hora tertia: ꝛ sic de alijs
ex differētia mētis eoꝝ ꝓcessit. Tūc. n. eos vocauit:
quādo erāt obituri. nam ꝛ latronē vocauit: quādo
obitur⁹ erat. Si aūt dicāt: quia nemo nos cōduxit: si
cut dictū est: Nō oportet oīa scrutari q̄ in ꝑabolis
sunt. Itē hoc nō dicit dn̄s sed operarij. q̄. n. ip̄e omēs
q̄tū ad se ꝑtinet a p̄ma etate vocet significat̄ cū dr̄:
Exijt p̄mo mane operarios cōducere. GRE. Qui er
go vsq̄ ad vltimā etatē deo viuere neglexerūt: vsq̄
ad horā vndecimā ociosi steterūt: ꝛ tamē tales pa
terfamilias vocat: ꝛ plerūq̄ ante remunerātur: q̄a
p̄us ad regnū de corpe exeūt q̄ hi qui modo in pue
ricia vocati esse videbant̄. ORIGE. Nō aūt dice
tur: Quid hic statis tota die ociosi: his qui spū inci
piētes carne ɔsumūt̄: si postea regredi volūt vt iterū
spū viuāt: qd̄ nō dicim⁹ dissuadētes eis ad domum
paternā reuertāt̄: lasciui filij qui viuendo luxuriose
euāgelice doctrine substātiā ɔsumpserūt. Sed qui
nō siles sunt eis qui peccauerūt in iuuētute sua dū
nō adhuc didicissent que fidei erāt. CHRY. i ho.
Qd̄ aūt dicit: Erūt p̄mi nouissimi ꝛ nouissimi p̄mi.
eos occulte īsinuat q̄ a p̄ncipio claruerūt: ꝛ postea
virtutē ɔtēpserūt: et rursus eos q̄ a malicia reducti
sunt ꝛ multos supexcesserūt. Cōposita est ergo hec
ꝑabola vt eos auidiores facēt: q̄ ī vltima senectute cō
uertunt̄: ne estimarēt se min⁹ aliq̄d habituros.

¶ Et ascēdens iesus hierosolymā

assumpsit duodecim discipulos secreto: et ait illis: Ecce ascendim⁹ hierosolymam: et filius hominis tradet̃ principibus sacerdotũ et scribis: et cõdemnabunt eum morte: et tradent eum gentibus ad illudenduz: et flagellandum: et crucifigẽdũ: et tertia die resurget.

¶ CHRY. in home. Domin⁹ a galilea veniẽs nõ repẽte hierosolymam ascẽdit: sed prius miracula fecit: phariseos cõfutauit: et discipulos de vite pfectõe et remuneratõe instruxit: nũc ascẽsur⁹ hierusalẽ: rurs⁹ eis de passiõe loquit̃. vnde dr̃: Et ascẽ. ie. hiero. assũ. duode. disci. secreto. ORI. In. xij. adhuc erat et iudas. adhuc. n. forsitan dign⁹ erat cũ aliis seorsũ audire q̃ passur⁹ erat mgr̃. CHRY. sup matth. Dĩs aũt sal⁹ hoĩm in christi morte posita est: nec ẽ aliqd ppẽ qd magis deo grãs agere debeam⁹: q̃ ppter mortez ipsi⁹. Ideo. xij. aplis in secreto mortis sue annũciauit mysteriũ: q2 semp pciosior thesaur⁹ in meliorib⁹ vas̃ includit̃. Si aũt alij audissent passionẽ christi futurã: viri forsitã turbarẽt̃ ppter infirmitatẽ fidei: et mulieres ppter molliciẽ sue nature: ex q̃ in tali negocio ad lachrymas excitãt̃. CHRY. in ho. Dictũ ẽ qdẽ et ad multos: tñ occulte sicut ibi: Soluite tẽplũ: et signũ nõ dabit̃ ei: nisi signũ ione pphete. Discipul̃ ãt manifeste exposuit dicẽs: Ecce ascẽdi. hierosolymã. CHRY. sup matth. Qd dicit: Ecce cõstãtie smo est: vt memorie pñtie h⁹ in cordib⁹ recõdãt. Dicit autez: Ascẽdam⁹. ac si. d. Uidete quia voluntarie vado ad mortẽ. Cũ g̃ videritis me in cruce pẽdẽtẽ ne estimetis me hoiem eẽ tm̃: nã et si posse mori hoĩs ẽ: velle tamẽ mori: hois nõ ẽ. ORI. Hoc igit̃ cõsiderãtes scire debem⁹: qm̃ frequẽter etiã cogscẽtes qm̃ et tentatões aliq̃s subituri sum⁹: nosipos offerre debem⁹: sed supra dictũ ẽ: Si qs vos psecut⁹ fuerit in vna ciuitate fugite in aliã. sapiẽtis in christo est: vt cognoscat q̃le tps exigit declinatõnem. q̃le obuiatõnem piculorũ.

HIE. Crebro aũt de passiõe sua discipul̃ dixerat: sed q2 multis in medio disputatis poterat labi de memoria qd audierãt: itur⁹ hierosolymã: et secũ ducturus aplos ad tẽtatiõem eos pat: ne cũ veniat psecutio et crucis ignominia scãdalizent̃. CHRY. super matth. Tribulatio. n. cũ superuenerit expectãtib⁹ nobis leuior inuenit̃ q̃3 eẽt futura si repẽtina venisset.

CHRY. in ho. Predicit etiã eis vt discãt: qm̃ pñs ad passiõem venit et volẽs. sed a pn⁹ qdẽ mortẽ pdixit eis solã: qñ aũt exercitati sunt adducit alia. s. qm̃ tradidit eũ gẽtib⁹. RABA. Tradidit. n. iudas dñz iudeis: et ipi tradiderũt eũ gẽtib⁹. i. pilato et ptãti romanoz. Jõ aũt dñs i mũdo noluit psperari s3 grauia pati: vt oñdẽt nobis q̃ ad delectatõem cecidim⁹: cuz q̃ amaritudine redire debeam⁹. vñ seq̃t̃: Ad delu. et fla. et crucifigẽdũ. AVG. xviij. de ci. dei: Passione oñdit qd sustinẽ p veritate: resurrectõe qd spare in trinitate debeam⁹. vñ dicit: Et ter. di. re. CHRY. i ho. Que qdẽ h⁹ grã dixit: vt cũ tristia viderint: resurrectõez expectarẽt. vñ subdit: Et ter. di. re. AVG. .iiij. de ci. dei: Una. n. mors. s. saluatoris sm corpus duob⁹ mortib⁹ nris saluti fuit. s. aie et corpis: et vna ei⁹ resurrectio duas nobis resurrectões pstitit. Hec aũt rõ simplici ad duplũ: orit̃ qdẽ a t̃nario numero vnũ q̃ppe et duo tria sunt. ORI. Hic aũt nõ referũt̃ discipuli dixisse aut fecisse aliqd: cũ audissent tristia hec christo futura recordãtes q̃ dñs dixit ad petrũ: ne audiãt talia vel peiora. et nũc qdẽ q̃ diuinas lrãs scire se arbitrãt̃ scribe: cõdẽnãt iesuz morte et linguis suis flagellãt: et crucifigũt eũ p hoc q̃ tollẽ volũt doctrinã ipsi⁹. Ille autẽ paululũ deficiẽs: surgit apparẽs his qui acceperũt posse videre.

¶ Tũc accessit ad eũ mr̃ filioz zebedei cũ filijs suis adorãs et petẽs aliqd ab eo. Qui dixit ei: Quid uis? Ait illi: Dic ut sedeãt hi duo filij mei un⁹ ad dextrã tuã: et un⁹ ad sinistraz i rgno tuo. Rñdẽs ãt ies⁹ dixit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicẽ quẽ ego bibitur⁹ sũ? Dicũt ei possum⁹. Ait illis: Calicẽ qdẽ meũ bibetis: sedere aũt ad dextrã meam uel sinistrã nõ est meũ dare uobis: sed quib⁹ paratũ est a patre meo.

HIE. Quia p⁹ oĩa dixerat dñs: Et tria die resurget putauit mlr p⁹ resurrectõem illico regnaturũ: et auiditate feminea: pñtia cupit: immemor futuroz. vñ dr̃: Tũc acces. ad eũ mr̃ fili. zebe. cũ fi. suis. CHRY. sup matth. Hec mr̃ filioz zebedei ẽ salome: cui⁹ apud alterũ euãgelistã ponit̃ nomẽ vere pacifica: q̃ vere filios genuit pacis. Magna laus mulieris ex hoc loco colligit̃. q2 nõ solũ filij reliqrũt prẽm: sed ipa reliqrat viz suũ: et secuta fuerat christũ. q2 iste sine illa viuere poterat: ista aũt sine christo salua eẽ nõ poterat nisi forte qs dicat: q2 infra temp⁹ vocatõis aploz et passiõis christi: mortu⁹ est zebede⁹: et sic illa sexu fragilis etate defecta: christi vestigia sequebat̃. q2 fides nunq̃3 senescit: et religio fatigatõnem nõ sentit. Audacẽ aũt fecerat eã ad petẽdũ nature affect⁹. vñ dr̃: Adorãs et petẽs aliqd ab eo. i. reuerẽtia exhibita petit vt qd petierit sibi det̃. Seq̃t̃: Qui dixit ei. qd vis. Nõ interogat q̃si nesciẽs: sed vt illa exponẽte manifestũ faceret irrõnabilẽ eẽ petitõem. vñ subdit̃: Ait illi: Dic vt sedeãt hi duo filij. AVG. de cõ. euã. Qd aũt hoc p mrẽm dictũ esse matthe⁹ expssit: marcus ipos filios zebedei phibet dixisse: cũ illa illoz voluntatẽ attulisset ad dñm: vnde magis ipos q̃3 illam dixisse quod dictũ ẽ: marc⁹ breuit̃ intimauit. CHRY. in home. Uidebãt. n. seipos honoratos p alijs: et audierãt: q̃ sup. xij. thronos sedebitis. vnde primatũ ipi⁹ cathedre petebãt accipe. Et q̃ qdẽ pl⁹ alijs honoris apud christũ habebãt nouerãt: timebãt vero petrũ sibi pferri. vnde et ali⁹ euãgelista dicit: q̃ q2 ppe erãt hierusalẽ: putabãt q̃ regnũ dei esset in ianuis. i. aliquid sensibile. Unde manifestũ est q̃ nihil spũale petebãt: nec intelligẽtiã superioris regni habebant.

ORI. Si. n. in regno mũdiali in honore esse vide

tur qui sedēt cū rege: nō fuit mirū si mulier muliebri
simplicitate vł impitia talia se debere petere estima
uit: & ipsi fratres adhuc impfecti: & nihil alti⁹ cogitā
tes de regno christi talia arbitrati sunt de his qui se
debūt cū iesu. CHRY. sup matthe. Uel aliter: Nō
dicim⁹ ꝙ recte peteret hec mulier: sed hoc dicimus:
quia nō terrena sed celestia filiis suis optabat. non
.n. sentit sicut cetere matres que corpa natoꝝ suorū
amāt: animas aūt cōtēnūt. desiderāt illos valere in
seculo isto: & nō curāt q̄d sint passuri in illo: vt oñ-
dant quia corpū sunt parētes: nō animarū. Estimo
aūt ꝙ hi fratres cum audissent dñm de passione ac
resurrectōe sua ꝓphetātē: ceperūt dicere intra se cuꝫ
eēnt fideles: Ecce rex celestis descēdit ad regna tar-
tarea: vt regē mortis destruat. Cum aūt victoria fu
erit ɔsummata: quid aliō restat: nisi vt regni gloria
subsequat. ORI. Destructo eī peccato q̄ȯ regna
bat in corpib⁹ mortalib⁹ hominū & omni pncipatu
malignaꝝ virtutū: eminētiā christi in hōib⁹ christuꝫ
recipit: quod est ipm sedere in sede glorie sue. ꝙ aūt
omia de⁹ facit ad dextrā & sinistrā: hoc est vt iā nul
lum malū sit ante eū. & qui quideꝫ ꝓcellūt ꝑ ceteris
appropīquātib⁹ christo: sunt a dextris ei⁹: qui autē
inferiores sunt a sinistris sunt eius. Dextrā aūt chri
sti vide si pōt intelligere inuisibilē creaturā: sinistrā
aūt visibilē & corpalē. Appropiquātiū .n. christo q̄-
dā dextrā sortiūt et intelligibilia: alij sinistrā et sen-
sibilia. CHRY. sup mattheū: Qui aūt seipm dona
uit hōibus: quomodo regni sui societatē nō dona-
bit? Petētis negligētia reꝑhēdit: vbi de dātis mise
ricordia dubitat. Si nos rogam⁹ magistrū: forsitan
ceteroꝝ fratrū corda cōcitim⁹. Etsi .n. vinci a carne
nō pñt quasi iam spirituales: tamē percuti pñt quasi
adhuc carnales. ergo submittam⁹ matrem nrām: vt
suo noīe deꝑcet pro nobis. Si .n. reꝑhēsibilis inten
ta fuerit: facile merebit veniā: ipsa .n. ser⁹ excusat errorē
Si aūt nō fuerit importuna: facili⁹ impetrabit mat
pro filiis suis rogās. Ipse .n. dominus qui mīros ani
mos filioꝝ miseratōe impleuit. facili⁹ exaudiet mat
nū affectū tūc domin⁹ occultoꝝ cognitor: nō ad ver
ba intercedētis mulieris respōdit: sed ad cōsilia sug
gerētiū filioꝝ. Bonū quidē erat eoꝝ desideriū: sꝫ in-
cōsiderata petitio. ideo etsi impetrare nō debeāt: sim
plicitas tamē petitōis eoꝝ cōfundi nō merebat: qꝛ
de amore dñi talis petitio nascebat: ꝓpterea solam
ignorātiam in eis dñs reꝑhēdit. vnde sequit: Respō
dēs aūt ie. di. Nesci. q̄d petatis. HIERO. Nec mi
rum si ista arguat: cū & de petro dicat: Nesciēs q̄d
diceret. CHRY. sup mattheū: Nam frequēter do
min⁹ patit discipulos suos aliquid nō recte aut di-
cere aut agere aut cogitare: vt ex illoꝝ culpa occasi
onē inueniat exponēdi regulā pietatis: sciēs quia
error eoꝝ nō nocet pñte mgro: & nō solū i presenti:
sed etiā in futuro doctrina ei⁹ edificat. CHRY. in
home. Hoc aūt dicit oñdēs ꝙ vel nihil spirituale pe
tebāt: vel si nouissent q̄ petebāt: nō ausi fuissent tm̄
q̄d petere q̄ȯ supexcedit supiores vtutes. HYLA.
Nesciūt etiā q̄d petāt: qꝛ nihil de gloria apl'oꝝ ābi-
gēdū erat: iudicaturos .n. eos smo supior exposuit.
CHRY. sup mat. vł Nescitis q̄d petatis. q. d. Ego
vos vocaui ad partē dextram de sinistra: & vos vro
cōsilio curritis ad sinistrā: ideo forsitā ꝑ mulierē res
agebat. Cōtulit .n. se diabol⁹ ad cōsueta arma muli
erū: vt sicut adā ꝑ mulierē spoliauit: ita & istos sepa
raret ꝑ mrēm. sed iam nō poterat ꝑ mulierē pitio i-
troire in sanctos: ex quo de muliere sal⁹ cūctoꝝ ꝓces
sit. Uel ideo dicit: Nescitis q̄d petatis. Nō .n. soluꝫ
debem⁹ cogitare qualē gl'iam seq̄mur: sed quō eua-
dam⁹ ruinā peccati: qꝛ & in seculari bello q̄ semꝑ de
ꝓda victorie cogitat difficile vicit: ideo petēdū erat
Da nobis auxiliū grē tue vt omne malū vincamus
RABA. Nesciebāt etiā quid peterēt: qꝛ sedē glo
rie a dño quā nōduꝫ merebāt inquirūt. Delectabat
eos culmē honoris: sed ꝑus hēbāt exercere viam la
boris. vn̄ subdit: Po. bi. cali. quē ego bibi. sū HIE.
Calicē in scpturis diuinis passiōem intelligim⁹: vt
in psalmo: Calicē salutaris accipiā. statimq̄ꝫ infert
quis iste sit calix: Preciosa in cōspectu dñi mors sā
ctoꝝ eius. CHRY. sup mattheū: Sciebat aūt dñs
qꝛ passiōem ipi⁹ poterāt imitari: sed iō interrogat vt
oēs audiam⁹: qꝛ nemo pōt cuꝫ christo regnare: nisi
passiōem christi fuerit imitat⁹: res .n. ꝓciosa nisi ꝓcio
nō cōpat. Passiōem aūt dñi dicim⁹ nō solū ꝑsecu-
tōem gentiliū: sed oēm violētiā quā patimur cōtra
peccata certātes. CHRY. in home. Dicit ḡ: Pote
stis bibere. Ac si .d. Uos mihi de honore & coronis
loq̄mini: ego aūt de agonib⁹ vobis & sudorib⁹. non
.n. hic est ꝓmioꝝ tps. Ex modo aūt interrogationis
eos attrahit. nō .n. dixit: Potestis sanguinē vrm ef-
fundere: sed Potestis bibere calicem. Deide addit:
Quē ego bibitur⁹ sum. REMI Ut ex cōmunione
ad ipm audiores fierēt: at illi qui iaꝫ martyrii liberta
tem cōstantiāq̄ꝫ retinebāt: bibituros se pollicēt. vn̄
sequit: Di. ei possum⁹. CHRY. sup matthe. Uel di
cūt hoc nō taꝫ ex fiducia sue fortitudinis q̄ȝ ignorā
tia: In expertis .n. leuis videt esse tētatio passionis et
mortis. CHRY. in home Uel hoc ex desiderio ꝓ-
mittūt. Neq̄ .n. hoc dixissent nisi expectassent audi
re q̄ȯ petebāt. Dñs aūt eis ꝓphetat magna bona. i.
martyrio dignos efficiēdos. Sequit: Ait il. Cali. qui.
me. bibetis. ORI. Nō itaq̄ꝫ dixit christ⁹: Calicem
meū bibere potestis: sed ad futurā eoꝝ ꝑfectiōem re
spiciens dixit: Calicē q̄dē meū bibetis. HIERO.
Querit aūt quō calicē martyrii filii zebedei. iacob⁹
videlꝫ & iohānes biberit. cū scriptura narret iacobū
tm̄ aplm ab herode capite trūcatū. iohēs aūt ꝓpria
morte vitā finierit. Sed si legim⁹ in ecclesiastica hi-
storia q̄ ipse iohēs ꝓpter martyriū sit missus i feruē
tis olei doliū & relegat⁹ i pathmos insulā [illegible]
mus martyrio aīm nō defuisse: & bibisse iohannem
calicē ɔfessiōis: quē & tres pueri i camino ignis bi
berūt: lꝫ ꝑsecutor nō fuderit sanguinem. HYLA.
Dñs ḡ collaudās eoꝝ fidē ait. martyrio q̄deꝫ eos cō
pati posse: sed leue ei⁹ ac dextre assidē alias a deo pa
tre fuisse dispositū. vn̄ seq̄t: Sede. aūt ad dex. meam
Et q̄dē q̄tū arbitramur. ita honor iste aliis ē reserua
tus: q̄ tm̄ nec apli ab eo erūt alieni: q̄ i xii. ꝑtriarcharū
sede ɔsidētes israelē iudicabūt & q̄tū scriptura ex ipsis
euāgelus [illegible] i regno celoꝝ moyses & helias assidebūt
qb⁹ comitātib⁹ cū [illegible] i monte apparuit
HIE. Sz mihi [illegible] videt: sꝫ iō sedētiū i regno
celoꝝ vocabla [illegible] dicūt ne pauc⁹ noiat⁹ ceti putarēt
exclusi. regnū .n. celoꝝ nō est tm̄ dātis: sed accipiētis.
Nō ē ꝑsonarū acceptio apud deū: sed quicūq̄ꝫ talē

se prebuerit vt regno celoꝝ dignus fiat hic accipiet quod nõ persone: sed vite paratũ est. Si itaq; tales estis qui cõsequamini regnũ celoꝝ quod pater meꝰ victoribꝰ ꝑparauit: vos quoq; accipietis illud. Ideo tamen non dixit: Non sedebitis. ne duos confunderet: neq; Sedebitis. ne ceteros irritaret. CHRY. in home. Uel aliter: Videt̃ cõmunis omnibꝰ esse locus ille nõ solũ hominibꝰ: sed etiã angelis. sic enim ꝑcipuũ vnigeniti ponit id paulꝰ dicẽs: Ad quẽ autẽ angeloꝝ dixit vnq̃: Sede a dextris meis. Dominꝰ g̃ non quasi existẽtibꝰ quibusdã qui assessari sunt: sed condescẽdens interrogantiũ suspitiõi respõdit. hoc enim vnũ solũ querebãt pre alijs stare apud ipsum. Sed dominꝰ respõdꝫ: Moriemini quidẽ ꝓpter me non tamẽ hoc sufficit vos facere ꝑmũ ordinẽ obtinere. Si. n. aliquis aliꝰ venerit cũ martyrio: ampliorem virtutẽ possidẽs: nõ quia vos amo illũ expellã: ⁊ vobis dabo primatũ. Propter hoc aũt vt nõ ĩfirmus eẽ ostẽdat̃: nõ dixit simplr̃: Nõ est meũ dare sed Non est meũ vobis dare: sed quibꝰ paratũ est. his. s. qui ab operibꝰ possunt fieri clari. ORIGE. Uel aliter: Non est meũ dare vobis. i. supbis talibꝰ quales vos estis: sed humilibꝰ corde: quibꝰ paratum ẽ a patre meo. AVGV. primo de trini. Uel aliter Scdm formã serui discipulis dominꝰ respõdet: Sedere autẽ ad dextrã ⁊c̃. Quod autẽ paratũ est a patre eiꝰ: ⁊ ab ipo filio ẽ paratũ: q2 ⁊ ipe ⁊ pr̃ vnũ sunt.

Et audiẽtes decẽ indignati sunt de duobꝰ fratribus. Jesus autẽ uocauit eos ad se ⁊ ait: Scitis quia ꝑncipes gentiũ dominant̃ eoꝝ: ⁊ qui maiores sunt potestatẽ exercẽt iter eos. Non ita erit inter uos. Sed q cunq; uoluerit int̃ uos maior fieri: sit ur̃ mister. Et q uoluerit int̃ uos ꝑmꝰ eẽ: erit ur̃ suꝰ. Sicut filiꝰ hominis nõ uenit ministrari sed ministrare: ⁊ dare animã suam redemptionẽ pro multis.

CHRYSOS. in homel. Donec christi sententia incerta erat nõ tristabant̃ alij discipuli: sed tunc tristati sunt quãdo eos increpauit. vnde dicit̃: Et audiẽtes. x. indignati sunt de duobꝰ fratribus. HIE. Non ad mulieris audaciã referũt postulãtis: sed ad filios q ignorãtes p mensurã suam nõ modica cupiditate exarserũt. CHRY. in homel. Intellexerũt enĩ quia hec petitio discipuloꝝ fuit quãdo eos dominus increpauit. Quãdo autem eos a domino ꝑhonoratos viderũt in trãffiguratõe: ⁊si fm mentẽ dolebãt: in mediũ efferre nõ audebãt honorãtes doctorem. CHRY. super mattheũ: Sicut autẽ duo carnaliter petierũt: ita ⁊. x. carnaliter cõtristati sũt. nam velle quidẽ esse super omnes vituperabile est: sustinere aũt aliũ super se minꝰ est gloriosum. HIE. Humilis autẽ magister ⁊ mitis nec cupiditatis duos arguit postulãtes: nec. x. reliquos indignatõnis increpat ⁊ liuoris. vnde sequit̃: Jesus autẽ vocauit eos ad se. CHRY. in home. Quia. n. turbati erant: vocatõne eos ↄsolat̃ de ꝓpinquo eis loquẽdo. etenĩ duo a societate. x. seipos separantes ꝓpius stabãt: seorsum domino loquẽtes: nõ tamẽ sicut ꝑus pueros ĩ mediũ ducẽs eos cõsolat̃: sed a cõtrario inseruit dicens: Scitis quia ꝑncipes gentiũ dominãtur eoꝝ. ORIGE. i. nõ cõtenti tm̃ regere suos subiectos: violẽter eis dominari nitũtur: inter vos aũt q estis mei nõ erũt hec. qm̃ sicut omnia carnalia in necessitate sunt posita: spiritalia aũt in volũtate: sic ⁊ qui ꝑncipes sunt silr̃ spiritales: ꝑncipatꝰ eoꝝ in dilectione subditoꝝ debet esse positus: nõ in timore corpali. CHRY. in home. Ostẽdit aũt in hoc q gẽtile ẽ primatus cupere: ⁊ sic gentiũ cõparatõe eoꝝ aĩam estuãtem cõuertit. CHRY. super mattheũ: Et opꝰ q̃dẽ desiderare bonũ: bonũ est: quia nr̃e volũtatis est: et nr̃a est merces. ꝑmatũ autẽ honoris cõcupiscere vanitas est: hoc. n. cõsequi iudiciũ dei est: ꝓpter qđ ex ꝑmatu honoris nescimꝰ si mercedẽ iusticie merẽmur. Neq;. n. apl̃s laudẽ habebit apud deũ q̃a apl̃s fuit: sed si opꝰ aplãtus sui bene impleuit: nec apl̃s ꝓ merito suo antecedẽti honoratꝰ est vt esset apl̃s: sed ad hoc ministeriũ aptus est indicatꝰ fm motũ aĩe sue. Primatꝰ ⁊ fugiẽtem se desiderat: ⁊ desiderãtẽ se honorat. cõuersatio ergo melior desiderãda est: nõ dignior gradus. Uolẽs ergo dominꝰ duoꝝ fratrũ zebedei ⁊ alioꝝ indignatiõem extingueret: introducit differentiã inter ꝑncipes mũdiales ⁊ ecclesiasticos ostendẽs quia ꝑmatꝰ in christo nec ab aliquo appetendꝰ est nõ habẽte: nec alteri inuidẽdus est habẽti quia ꝑncipes mũdi ideo sunt vt dominẽtur minoribus suis: ⁊ eos seruituti subijciãt ⁊ expoliẽt: ⁊ vsq; ad mortẽ eis vtant̃ ad suam vtilitatẽ ⁊ gl̃iam. Principes aũt ecclesie fiũt vt seruiãt minoribꝰ suis: ⁊ ministrent eis quecũq; acceperũt a christo: vt suas vtilitates negligãt ⁊ alioꝝ ꝓcurẽt: ⁊ mori nõ recusent ꝓ salute inferiorũ. Primatũ ergo ecclesie cõcupiscere neq; iustũ est neq; vtile. Quid. n. sapiẽs vult vltro se obijcere seruituti ⁊ piculo tali: vt det ratõnem ꝓ omni ecclesia: nisi forte qui nõ timet dei iudicium abutẽs ꝑmatu suo ecclesiastico seculariter: ita vt cõuertat illũ in secularẽ. HIE. Deniq; sui põit exẽplũ vt si dicta ꝑuipẽderẽt erubescerẽt ad opa. vñ subdit Sicut filꝰ ho. non ve. mini. sed ministrare. ORI. Nã ⁊si angeli ⁊ martha ministrauerũt ei: tñ nõ iõ venit vt ministret̃ sed vt ministret: ⁊ tãtũ creuit ministrãs: vt impleret̃ qđ seq̃t̃: Et daret aĩam suã redẽptõem ꝓ multis. s. q̃ crediderũt in eũ: daret inquam in mortẽ. Sed qm̃ solus erat inter mortuos liber ⁊ fortior omni potestate mortis: omnes sequi se volẽtes liberauit a morte. Ecclesiaꝝ ergo ꝑncipes imitari debẽt christũ accessibilẽ: ⁊ mulieribꝰ loquẽtem: ⁊ pueris manꝰ imponẽtẽ: ⁊ discipulis pedes lauãtem vt ipi silr̃ faciãt fratribꝰ. Nos aũt tales sumꝰ vt etiã ꝑncipũ mũdi excedere videamur supbiã: vel nõ intelligẽtes ⁊ cõtẽnẽtes mãdatũ christi: ⁊ querimus sicut reges acies precedẽtes: ⁊ terribiles nos ⁊ excessu difficiles maxime paupibꝰ exhibemꝰ: nullã affabilitatem habentes: vel habere ad nos permittentes.

CHRYSO. in homel. Quantũcunq; ergo tu humiliatus factus: non poteris tantũ descẽdere q̃tũ dominꝰ tuus.

Et egrediētib⁹ illis ab hierico se
cuta ē eū turba multa. Et ecce duo
ceci sedētes sec⁹ viā: audierūt q2 iesus
trāsiret: ꝛ clamauerūt dicētes: Dn̄e
miserere nr̄i fili dauid. Turba autē i
crepabat eos ut tacerent. At illi ma
gis clamabant dicētes: Dn̄e misere
re nr̄i fili dauid. Et stetit iesus: ꝛ uo
cauit eos ꝛ ait: Quid uultis ut faci
am uobis? Dicūt illi: Dn̄e ut apian
tur oculi nr̄i. Misert⁹ aūt eoꝝ iesus
tetigit oculos eorū. Et cōfestim ui
derūt: ꝛ secuti sunt eum.

¶ CHRY. sup matth. Sicˀ test. monꝰ studiosi agri
cole ē messis fecūda: ita assidui doctoris ē pdicādo
eccl'a plena. vn̄ ꝛ h̄ dr̄: Et egre. il. ab hieri. secu. est eū
tur. mul. Neminē labor itineris ipediuit: q2 amor
spiritalˀ fatigatōem nō sentit. Neminē possessionū
suaꝝ recordatio retraxit: q2 ingrediebāˀ in possessio
nē regni celestis. Uere eni nō h3 sup terrā qd amet:
q̄ bonū celeste i v̄itate gustauerit. Opportune āt ob
lati sūt añ faciē christi duo ceci: vt apertis oculis q̄si
testes v̄tutis ascēderēt cū eo i hierl'm. vn̄ seq̄ˀ: Et ec
ce duo ceci. Hi currētiū strepitū audiebāt ꝛ psonas
nō videbāt: nihil soluꝭ hn̄tes de toto corpe nisi vo
cem. Et iō q2 pedib⁹ eū seq̄ nō poterant: voce seque
banˀ. vn̄ dr̄: Audi. q2 iesus trāſ. ꝛ clama. dicen. Dn̄e
mise. nr̄i fili dauid. AVG. de cō. euā. Hoc aūt scm̄
marc⁹ cōmemorat: s3 de vno ceco scm̄. Que ita solui
tur q̄stio nā duoꝝ cecoꝝ quos matthe⁹ interposuit:
vnū fuisse i illa ciuitate famosissimū: ex h̄ satis appa
ret q̄ ꝛ nomē ei⁹ ꝛ p̄rē ei⁹ marc⁹ cōmemorauit. Bar
thime⁹ .n. timei fili⁹ ex aliq̄ magna felicitate deiect⁹
notissime fuit q̄ nō solū cec⁹: veꝝ ēt mēdic⁹ sedebat.
Hic ē ḡ q̄ ipm̄ solū voluit cōmemorare marc⁹: cui⁹
illuminatio tā clarā famā huic miraculo cōparauit: q̄
erat illi⁹ nota calamitas. Lucas v̄o q̄uis oīo eodē
mō scm̄: tn̄ in alio ceco itelligēd⁹ est paꝝ cōmemora
re miraculū. Ille q̄ppe hoc scm̄ dicˀ cū appropiq̄ret
hiericho: alij cū egredeˀ ab hierico. Seq̄ˀ: Tur. aūt
icre. eos vt tacerēt. CHRY. sup matth. Uidebant
eni sordidas vestes: ꝛ nō cōsiderabāt cōscie claritatē.
Ecce fatua sapia hōiū: existimāt eni iniuriā pati ma
gnos si a paupib⁹ honoreˀ. Quis eni paup ausus ē
diuitē publice salutare? ORIGE. Uel silētiū n̄ cā
honoris exigūt: s3 q̄ acerbe a cecis audiūt qd negā
bāt. s. dn̄m eē dauid filiū. CHRY. Uel q̄ credide
rāt icrepabāt eos: vt nō appellarēt eū cōtēptibili no
mine filiū dauid. sed poti⁹ dicerēt: Fili dei miserere
nr̄i. HYLA. Imitabanˀ aūt magis vetiti quā cō
pescebāˀ. fides eni q̄n vetaˀ mag' accēdiˀ. ꝛ iō i pi
culis secura ē: ꝛ i securitate pichtaˀ. vn̄ seq̄ˀ: At illi
mag' cla. dicē. Misˀ no. fili dauid. Primo eni cla
mabāt: q2 ceci erāt. Secūdo magis clamabāt: q2 ve
tabanˀ ad lumē accedē. CHRY. i ho. Christ⁹ autē
p̄mittebat eos vetari: vt pl⁹ eoꝝ desideriū appareret
Hic āt disce: q̄n si abiecti fuerim⁹ cū studio accedē

tes ad deū: p nosipsos assequmur qd petim⁹. Seq̄ˀ:
Et ste. ie. ꝛ vo. eos ꝛ ait: Quid vul. vt fa. vo. HIER
Iō autem stetit iesus: q2 ceci quo pgerēt ignorabāt
Multe fouee erāt in hierico: multe rupes: ꝛ p̄rupta
in pfūdū vergētia: iccirco dn̄s stat: vt venire possint
ORIG. Uel iesus nō ptransit: sed stat: vt stāte eo
nō transfluat bn̄ficiū: sed q̄si de fonte stāte: misericor
dia defluat vsq3 ad eos. HIERO. Uocari āt iubet
ne turbe phibeāt: ꝛ interrogat q̄d velint: vt ex r̄nsio
ne eoꝝ māifesta debilitas appareat: ꝛ v̄tus ex reme
dio cogn̄scaˀ. CHRY. sup matthe. Uel iterrogabat
ppter fidē: vt dū ceci christū filiū dei cōfitenˀ: cōfun
danˀ vidētes qui eū tn̄ hoiem putant. Dn̄m q̄dem
christū vocauerāt: ꝛ veꝝ dixerāt. Sed dicētes filiū
dauid: dissipabāt qd bn̄ cōfessi sunt: nā abusiue ꝛ ho
mines dn̄i dicunˀ: vere aūt nemo dn̄s nisi de⁹. Cū ḡ
dicūt: Dn̄e fili dauid: abusiue christū sm̄ hoiem ho
norāt. Si aūt solūmō dn̄m dicerēt: deitatē cōfiterēˀ.
iō iterrogat: Quid vultis? Tūc illi iā n̄ dixerūt: Dn̄e
fili dauid: sed tn̄ Dn̄e. Sequiˀ eni: Dicūt illi: Dn̄e vt
apianˀ oculi nr̄i. Fili⁹ eni dauid cecos illuminare
nō pōt. Quādiu ergo dixerūt: Dn̄e fili dauid: suspen
sa est sanitas. Mox aūt vt dixerūt Dn̄e: infusa est sa
nitas. Sequiˀ eni: Miser. aūt eoꝝ iesus teti. ocu. eo.
ꝛ cōfe. vide. Tetigit autē vt hō carnaliter: sanauit vt
de⁹. Prestat eni artifex qd natura non dederat: aut
certe quod debilitas tulerat misericordia donat.
CHRY. in ho. Hi aūt sicut añ donationē fuerūt per
seuerātes: ita ꝛ post donatōem nō fuerūt ingrati.
CHRY. sup matth. Bonū eni mun⁹ obtulerūt xp̄o
sanati. Sequiˀ eni: Et secuti sūt eū. Hoc eni de⁹ a te
requirit s3 pphetā: solicitū te ambulare cū dn̄o deo
tuo. HIERO. Qui ḡ in hierico cōtracti sedebāt ꝛ
clamare tn̄ nouerat: postea sequūˀ iesum: nō tā pe
dib⁹ q̄3 virtutib⁹. RABA. Hierico aūt q̄ iterpreta
tur luna: defectū nr̄e mutabilitatˀ significat. ORI
GE. Mystice aūt hierico itelligiˀ mūd⁹ i quo chri
stus descēdit. Qui aūt sūt in hierico exire nesciūt de
sapia mūdi: nisi viderint nō solū exeūtē de hierico: s3
etiā discipulos ei⁹. Hoc ḡ vidētes: secute sūt eū tur
be multe: mūdū ꝛ mūdana oīa cōtēnētes: vt xp̄o du
ce ascēdāt in hierusalē celestē. Duos cecos possum⁹
dicere iudā ꝛ israel: qui añ christi aduētū ceci fuerˀ:
q2 nō videbāt v̄bū veꝝ qd erat in lege ꝛ pphetis: tn̄
sedētes sec⁹ viā legˀ ꝛ pphaꝝ: ꝛ s3 carnē tn̄ itelligē
tes: clamabāt tn̄ ad eū q̄ fc̄us est ex semie dauid s3
carnē. HIERO. Uel duos cecos pleriq3 pharise
os ꝛ saduceos itelligūt. Uel aliˀ: Duo ceci sedentes
iuxta viā: significat de vtroq3 pplo quosdā iā cohe
berentes p fidē dispēsationi tpali: sm̄ q̄3 christ⁹ via
est: ꝛ desiderātes illuminari. i. aliq̄d de v̄bi eternita
te intelligē: qd trāseūte dn̄o ipetrare cupiebāt. i. per
meritū fidei q̄ crediˀ filius dei ꝛ nat⁹ hō ꝛ passus p
pter nos. p hāc eni dispēsationē q̄si transit iesus: q2
actio tpalis ē. oportebat aūt vt tn̄ clamarēt: donec
resistētis sibi turbe strepitū vincerēt. i. tā pseuerādo
animū intēderēt orādo atq3 pulsando quousq3 cō
suetudinē desideriorꝝ carnaliū: q̄ tanq̄3 turba obstre
pit cognitioni lucē v̄itatˀ eterne vidē conatī: vel ipaꝝ
hōiū carnaliū turbā studia spiritalia ipedientem for
tissima intētione superarēt. AVGV. de v̄bis dn̄i:
Bonos eni christianos volētes facere p̄cepta dei.

christiani mali ꝛ tepidi ꝓhibēt: clamāt tñ illi nō deficientes. cū eni quisqȝ christian⁹ ceperit bñ viuere: mundūqȝ contēnere: in ipsa sui volūtate patiť reprehensores frigidos christianos: sed si ꝑseuerauerint ipsi iā obsequēť qui añ ꝓhibebāt. AVGV. de cō. euā. Itaqȝ audiens iesus qꝛ pulsanti aperieť: stans eos tāgit ꝛ illuminat. qꝛ eni fides incarnationis tp̄alis ad eterna ītelligēda nos ꝑparat: transeunte iesu ā̄moniti sunt vt illuminarenť: ꝛ ab eo stante illuminati sunt: tp̄alia eni transeunt: eterna stāt. CHRY. sup matth. Quidā īterpretanť duos cecos gentiles: vn⁹ ex cham: ali⁹ ex iaphet: q̄ sec⁹ viā sedebāt. i. iuxta v̄itatē ꝯuersabanť: sed v̄itatē īuenire nō poterāt: vel ſm rōnem v̄bi ꝯsistentes: qꝛ noticiā v̄bi nondū acceperāt. RABA. Agnita autē fama nominis christi participes ei⁹ fieri q̄rebāt. ꝯdicebāt mlti: ꝑmo iudei vt in actib⁹ legim⁹: deinde etiā gētiles ꝑsecutione īstabāt: nec tñ eos q̄ erāt ad vitā ordinati: salute ꝑuare valebāt. CHRY. sup matth. Cōsequenť aūt gētium oculos mētis tetigit iesus: dans eis grām spūs scī: q̄ illuminate secute sūt eū opib⁹ bonis. ORI. Et nos ergo sedētes iuxta scripturaꝝ viā: ꝛ ītelligētes in quib⁹ ceci sum⁹: si ex affectu petierim⁹: tāget oculos aīaꝝ nr̄aꝝ: ꝛ recedet a mentib⁹ nr̄is tenebra ignorātie: vt eū in scīe lumine sequamur q̄ dedit nobis posse videre: propter nihil aliud: nisi vt eum sequamur.

CAPI. XXI.

pēdere nō attēdūt. Si popul⁹ decias nō obtulerit: murmurāt oēs. si peccantē populum viderit: nemo murmurat cōtra eos. Sʒ qꝛ scribarū ⁊ pharisеorum ad quos loq̄baꝛ: q̄dā populares erāt: nō ē icōgruū vt aliā expositionē faciam⁹ pp eos q̄ decimā dabāt nā q̄ accipit decimas: recte deciare dr̄: ⁊ q̄ dat. Scribe ḡ ⁊ pharisei minimaꝝ q̄dē rerū decias offereb̄ꝛ: ostēdēde religiōis grā. In iudiciis aūt erāt iniusti in fratrib⁹ sine misericordia: in vitate increduli. ORI. Sʒ qm̄ dirigēs erat vt audiētes q̄dā dn̄m ista loquētē contēnerēt: minimarū rerū deciationē sapienter addidit: ⁊ hec oportuit facē. h̄ ē iudiciū: misericordiā: ⁊ fidē: ⁊ illa non omittē. i. decimationē mēte: anethi ⁊ cymini. REMI. Ostēdit q̄ppe dn̄s his vbis qm̄ oia p̄cepta legis t̄ maxima q̄ minima sūt īpleda. Redarguūt ēt q̄ elemosynas de fructib⁹ terre faciūt putantes se minime posse peccare: quib⁹ nihil psūt elemosyne: nisi a peccatis studeāt cessare. HILA. Et qꝛ minoris piculi ēēt deciationē oleriꝝ q̄ beniuolēcie officiū ptenere: irridet eos dn̄s ⁊ dicens: Duces ceci etc. culi. came. aūt deglu. HIE. Camelū puto eē magnitudinē pceptorū. iudiciū: misericordiā ⁊ fidem. Culicē deciationē mēte: anethi ⁊ cymini ⁊ reliquorū olerū vilium. Hec āt pcepta dei q̄ magna sūt deuoram⁹ atq̄ negligim⁹: ⁊ opationē religiōis in pua q̄ lucrū habēt: cū diligētia demōstram⁹. ORI. Vel excolātes culicē. i. expellētes a se minima delicta que culices nolaut. Camelum āt glutiūt. i. cōmittētes maxima delicta q̄ nolat camelos: aialia videl' tortuosa ⁊ grādia. Scribe āt moraliter sūt: q̄ apl̄'s nihil esse in āt positū i scripturis q̄ simplex s̄mo demonstrat: pharisei āt sūt oēs q̄ iustificāt semetipsos: ⁊ diuidūt se a ceteris dicētes: Noli mihi appropinquare: qm̄ mūdus sū. Mēta āt ⁊ anethū ⁊ cyminū: cibotū condituꝛe sūt: nō pncipales cibi. Sic i querlatiōe nostra q̄dā sūt necessaria ad iustificationē: vt iudiciū. misericordia: ⁊ fides. Alia sūt q̄si cōdiētia actus nostros: ⁊ suauiores eos faciētia: vt abstinētia a risu: ieiuniū: flexio genuū: ⁊ huiusmōi. Quō āt nō estimāt ceci q̄ nō vidēt: quoniā nihil pdest cautū eē dispēsatorē i reb⁹ minimis: cū pncipalia negligūt. Hos ḡ s̄mo pn̄s ꝯfundit: nō quidē leuia pbibēs obsuare: ſʒ pncipalia pcipiens caute custodire. GRE. i. mor. Vel aliter: Culex susurrādo vulnerat. camel⁹ āt spōte se ad suscipienda onera iclinat. Liquauerūt ergo culicē iudei: q̄ seditiosum latronē dimitti petierūt. Camelū vo glutierūt qꝛ eū q̄ ad suscipiēda nostre mortalitatis onera spōte descēderat extiguere clamādo conati sūt.

¶ Ve vobis scribe ⁊ pharisei hypocrite: q mūdatis qd̄ deforis ē calicis ⁊ paropsidis: itus aūt pleni estis rapina ⁊ imūdicia. Pharisee cece: munda pri⁹ qd̄ itus est calicis ⁊ paropsidis ut fiat ⁊ id qd̄ deforis ē mundū.

¶ HIE. Diuersis verbis eodē sēsu q⁹ supra arguit phariseos simulatiōis ⁊ mēdacij: qp aliud ostēdāt hoībus foris: aliud domi agāt. vñ dicit: Ve vo. scri. ⁊ pha. hypo q̄ mūdatis qd̄ deforis ē cali. ⁊ para. Nō h̄ dicit qp i calice ⁊ papside eorū supstitio morāret: ſʒ qp foris hoīb⁹ ondērēt sanctitatē: qd̄ manifestū est ex eo qp addidit dicēs: Int⁹ āt ple. estis rapi. ⁊ imūdicia. CHRY. sup matth. Vel h̄ dicit qꝛ iudei quotiēs ingressuri erāt i tēplū: aut sacrificia oblaturi aut p dies festos seipos ⁊ vestimēta sua ⁊ vtēsilia lauāt: ⁊ a peccatis nemo seipm purgabat: cū de⁹ neq̄ corporis mūdiciā laudet: neq̄ sordes ꝯdēnet. Pone tñ qꝛ deus odit sordes corporū ⁊ vasorū q̄ necesse est vt ipo vsu sordidenꝛ: quāto magis sordes ꝯscie hortet: quā si volum⁹ semp mūdā hēamus. HYLA. Arguit ergo eos q̄ iactātiā inutilis studij sequētes: vtilitatis pfecte misteriū derelinquūt. Calicis nāq̄ vs⁹ interior ē: q̄ si obsorduerit: q̄ pficiet lot⁹ exteri⁹: atq̄ iō interioris cōscie nitor ē obtinēd⁹: vt ea q̄ corporis sūt: forinsec⁹ abluanꝛ. ⁊ iō subdit: Pharisee cece: mūda pri⁹ qd̄ itus ē ca. ⁊ pa. vt fiat ⁊ id qd̄ deforis ē mūdum.

CHRY. sup matth. Nō āt sup h̄ dicit de sensibili calice aut papside: sed de itelligibili: q̄ si nūq̄ tetigerit aquā: mūd⁹ pōt eē apud deū. Si āt peccauerit ⁊ tota aqua pelagi ⁊ fluminū se lauerit: sordid⁹ est ⁊ miser añ deū. CHRY. i ho. Attēde aūt qp vbi de decimis loq̄baꝛ: ꝯuenīēter dixit: Hec oportuit facere ⁊ illa ñ omittē. Decia enī elemosyna q̄daꝫ ē: Quid aūt nocet elemosynā dare: nō tñ h̄ dixit sicut legalē obsuationē īducēs. Hic āt vbi de purgatiōib⁹ ⁊ imūdiciis disputat: ñ ad h̄ addit: sed ostēdit qꝛ de necessitate ad interiorē mūdiciā exterior seq̄ꝛ: qd̄ q̄dē extra calicis ⁊ papsidis corp⁹ vocās: qd̄ āt int⁹ ē aiaꝫ.

ORI. Hic s̄mo nos istruit vt festinem⁹ eē iusti: ñ apparere. Qui enim studet vt appareat iustus. que a foris sunt mūdat: ⁊ que videnꝛ curat: cor autē ⁊ cōscientiam negligit. Qui autē studet ea que intus sunt. i. cogitationes mūdare: cōsequens est vt etiā ea que a foris sunt faciat mūda. Sed omēs falsi dogmatis pfessores calices sunt a foris quasi mūdati pter speciē religionis quā simulāt: abintus āt pleni rapina ⁊ simulatiōe: dū rapiūt homines ad errorem. Calix etiā ē vas ad potū: parapsidis ad cibum. Omis ergo sermo per quē potamur spiritaliter: vel omnis narratio p quā nutrimur: vasa sunt potus ⁊ cibi. Qui ergo studēt compositū pferre sermonem: magis q̄ salutari sensu repletū: calix eius a foris mūdatus ē: abintus autē sordib⁹ vanitatis impletus. Sed ⁊ lr̄e legis ⁊ pphetarū calices spiritalis potus ⁊ parapsides necessariaꝝ escarū sunt. Scribe q̄dem ⁊ pharisei student sensum exteriorē mundū demonstrare. discipuli autē christi: sensum spiritalem mundare festinant.

¶ Ve uobis scribe ⁊ pharisei hypocrite: qꝛ similes estis sepulchris dealbatis: q̄ a foris parēt hōib⁹ speciosa: int⁹ uero plena sūt ossib⁹ mortuorū ⁊ oi spurcitia. Sic ⁊ uos a foris q̄dē parētis hoibus iusti: int⁹ autē pleni estis hypocrisi ⁊ iniq̄tate.

¶ ORI. Sicut habetur superius: intus pleni rapina ⁊ intemperantia: similiē hic pleni sunt hypocrisi ⁊ iniquitate: que comparantur ossib⁹ mortuorū ⁊ immūdicie uniuerse. vñ dicit: Ve uobis scribe ⁊ pharisei

hypocrite qui similes estis sepulchris dealbatis.
CHRY.sup matth. Merito quidē iustorū corpo⸗
ra templa dicunt̄:quia anima in corpore iusti dn̄a⸗
tur:sicut deus in templo.vel quia ipse deus ī corpo
ribus habitat iustis. Corpora autē peccatorū sepul
chra dicunt̄ mortuorū:quia anima mortua ē ī cor⸗
pore peccatorū.nec enī viuens putanda ē:que nihil
viuū aut spiritale agit in corpore HIE.Sepulchra
autē forinsecus leuigata sūt calce ⁊ ornata marmo
ribus in auro : coloribusq̄ distinctis: intus autem
plena sūt ossibus mortuorū.vn̄ dicit̄ : Que apparēt
hominibꝰ speciosa:ītus autē plena sunt ossibꝰ mor
tuorū ⁊ omni spurcitia . Sic autē ⁊ puersi magistri
qui alia docēt:⁊ alia faciūt:mundiciā habitu vestis
⁊ verboꝝ humilitate demōstrāt: ītus autē pleni sūt
omni spurcitia ⁊ auaricia ⁊ libidine.⁊ hoc manife⸗
ste exprimit inferens:Sic ⁊ vos a foris quidē appa.
ho.iusti.intus autē pleni estis hypocrisi ⁊ iniquita
te. ORI.Omnis enī iusticia simulata mortua est
que ꝓpter deū non fit:magis autē neq̄ iusticia est
sic mortuꝰ homo nō est hō.Et sicut mimi qui perso
nas suscipiūt aliorū:⁊ nō sunt ipi quos simulāt.Tā
ta ergo sūt ossa in eis ⁊ imūdicie:quāta bona simu⸗
lant ī malo affectu. Vident̄ aūt a foris corā homi⸗
nibus:nō eis quos scriptura appellat deos:sed corā
eis ꝗ sicut homies moriunt̄. GRE.xxvi.moraliū.
Ante districtū vero iudicē excusationē iō de igno⸗
rātia habere nō possūt:q2 dū ante oculos hominū
oēm modū sanctitatis ondunt:ipi sibi sunt testimo
nio:q2 bn̄ viuere nō ignorāt. CHRY.sup mattheū
Dic autē hypocrita si bonū ē esse malū:vt q̄d nō vis
apparere quod vis esse? Nā quod turpe ē apparere
turpius ē esse: quod aūt formosū est apparere:for⸗
mosius est esse.Ergo aut esto quod appares: aut ap
pare quod es.

¶ Ve uobis scribe ⁊ pharisei hypo
crite: qui edificatis sepulchra ꝓphe
tarum ⁊ ornatis monumenta iusto
rum:⁊ dicitis : Si fuissemus in die
bus patrū nostrorū : non essemus
socij eorū in sanguine prophetaꝝ.
Itaq̄ testionio estis uobismetipis:
q2 filij estis eorum qui prophetas
occiderunt.

¶ HIE. Prudētissimo sylogismo arguit eos esse fili
os homicidarū:dū ipsi opinione bonitatis ⁊ glorie
in pupulo edificāt sepulchra ꝓphetarū:quos maio
res eorū interfecerūt.Et hoc ē quod dicit: Veh vo⸗
bis scribe ⁊ pharisei hypocrite qui edificatis sepul⸗
chra ꝓphetarū ⁊ ornatis monumēta iustoꝝ. ORI.
Nō satis rationabiliter cōminari videt̄ : aduersus
eos ꝗ edificāt sepulchra ꝓphetarū . quātū enī ad h
laudabile aliq̄d faciebāt:quō ergo erāt digni susci⸗
pere veh? CHRY.i ho. Nō ergo eos icusat:qm̄ se⸗
pulcra edificāt:sed intētiōi eorū detrahit : cum qua
edificabāt:qm̄ nō ꝑ honorē eorū ꝗ occisi fuerant:
sed sicut pompā sibi statuētes ī occisionibꝰ illorū:⁊
formidātes:ne forte tēpore ꝓcedente sepulchris de

structis:tabescat tante audacie memoria. CHRY.
sup matth.Vel q2 dicebāt apud se:Si bn̄fecerimus
paupibꝰ:nō multi vidēt:⁊ ꝑ tēpore vidēt . Nōne ꝗ
meliꝰ edificia facimꝰ ꝗ oēs aspiciūt:nō solū ī hoc tē
pore:sed etiā ī posterū . O insipiēs hō:q̄d tibi ꝓdest
post mortē ista memoria:si vbi es torqueris: ⁊ vbi nō
es laudaris? Dū aūt iudeos castigat dn̄s:christianos
docet.nā si ad illos solos dixisset hec : dicta fuissent
tm̄ nō etiā scripta:nūc aūt ⁊ dicta sūt ꝓpter illos:⁊
scripta ꝓpter istos. Si ergo iuxta alia bona fecerit
hō edificia sancta:additamētū ē bonis.si aūt sine a⸗
lijs bonis opibus:passio ē glorie secularis . Nō eniꝫ
gaudēt martyres quādo ex illis pecunijs honoran
tur ī q̄bus paupes plorāt.Semꝑ etiā iudei p̄teritoꝝ
sanctorū cultores fuerūt ⁊ p̄sentiū contēptores:ma
gis aūt ⁊ ꝑsecutores. Nō enī sustinētes icrepatiōes
ꝓphetarū suorū:ꝑsequebant̄ eos ⁊ occidebant:po⸗
stea vero nascētes filij itelligebāt culpas patrū suo
rū: ⁊ iō quasi de morte inocētiū ꝓphetarū dolētes.
edificabāt memorias eorū . Et ipi tn̄ similiter perse⸗
quebant̄ ⁊ iterficiebāt suos ꝓphetas:icrepātes eos
ꝓpter peccata sua.⁊ iō subdit̄:Et dicitis : Si fuisse
mus ī diebꝰ patrū nostrorū:nō essemꝰ socij eorū in
sanguine ꝓphetarū. HIE. Hoc aūt ⁊si s̄mone nō
dicāt : ope loquunt̄ ex eo ꝙ ambitiose ⁊ magnifice
edificāt memorias occisorū. CHRY. super matth.
Qualia ergo cogitabāt ī corde: talia loquebāt̄ ⁊ fa
ctis. Naturalē aūt cōsuetudinē oīm malorū homi⸗
num hic christꝰ exponit: q2 alter alteriꝰ culpā cito
itelligit:suā aūt difficile. Hō enī in cā alteriꝰ tranq̄l
lū habet cor:in sua vero turbatū. In cā ergo alterius
de facili possumꝰ oēs iusti iudices eē. Ille aūt vere
iustꝰ ⁊ sapiēs ē:ꝗ sibiipi iudex fieri pōt.Seq̄t̄: Itaq̄
testimonio estis vobismetipis:q2 filij estis eorū ꝗ ꝓ
phetas occiderūt. CHRY.i ho. Qualis aūt ē icusa
tio filiū eē homicide eū ꝗ nō cōmunicat mēti p̄ris:
patet ꝙ nulla.vn̄ manifestū ē ꝙ ꝓpter h dicit:quia
occulte īsinuat malitie similitudinē CHRY.super
matth. Testimonia enī sūt de filijs mores parentuꝫ
si enī pater fuerit bonꝰ ⁊ mater mala:aut ecōuerso:
filij īterdū patrē sequūtur:interdū matrē. Si āt am
bo fuerīt equales:fit quidē aliquando vt de bonis
parētibus mali exeāt filij:aut ecōuerso:ſꝫ raro. Sic
enī hoc ē:sicut cū extra regulā nature nascit̄ hō:aut
sex digitos habēs:aut oculos nō habēs. ORI.Sꝫ
⁊ in ꝓpheticis dictis narratio s̄m historiā ē corpus
spiritalis aūt sensus ē aīa. Sepulchra ipe lr̄e scriptu
rarū ⁊ libri.Qui ergo solā historiā attendunt corpa
ꝓphetarū colūt in lr̄is posita quasi in q̄busdā sepul
chris.⁊ dicunt̄ pharisei.i.precisi:quasi animā ꝓphe
tarū precidētes a corpore.

¶ Et uos implete mensurā patruꝫ
uestrorū. Serpētes genimina uipe
raꝝ:quō fugietis a iudicio gehēne?
Iō dico uobis: Ecce ego mitto ad
uos ꝓphetas ⁊ sapiētes ⁊ scribas:⁊
ex illis occidetis ⁊ crucifigetis:⁊ ex
eis flagellabitis i synagogis uestris

⁊ ꝑsequimini de ciuitate in ciuitatē
ut ueniat sup uos oīs sanguis iustꝰ
q effusus est sup terrā: a sanguine a
bel iusti usqꝫ ad sanguinē zacharie fi
lij barachie: quē occidistis inter tem
plū ⁊ altare. Amē dico uobis ueni
ent hec oīa sup generationē istā.

¶ CHRY. in ho. Quia dixerat ꝯtra phariseos ⁊ scri
bas ꝙ filij essent eoꝝ q occiderūt ꝓphetas: nūc ma
nifestat ꝙ ī malicia eis similes erāt: ⁊ ꝙ fictio erat
hoc ꝙ dicebāt: ꝙ nō cōmunicassent opibus eoꝝ si
fuissent ī tēpore illo. Et iō dicit: Et vos iplete mēsu
rā patrū vestrorū. Nō quidē hoc dicit quasi iniun
gēs: sed quasi pdicēs qḋ futuꝝ erat. CHRY. super
matth. Prophetizat enī vel futuꝝ ē: vt sicut patres
eoꝝ īterfecerūt ꝓphetas: sic ⁊ ipi īterficerēt christū
⁊ apostolos ⁊ ceteros sanctos: vt puta si contra ali
quē litiges aduersariū dicis illi: fac mihi qḋ es factu
rus. nō iubes vt faciat sed ostendis te ītelligere qḋ co
gitat facere. Et quidē quātū ad veritatē excesserūt
mensurā patrū suorū. Illi enī homīes occiderūt: isti
deū crucifixerūt. Sꝫ qꝛ volūtate sua descēdit ī mor
tē: nō īputat illis sue mortis peccatū. īputat autē il
lis mortē apostoloꝝ ceteroꝝq; sanctoꝝ. Et iō di
cit: Implete ⁊ nō supimplete. Nā benigni ⁊ iusti iu
dicis ē suas iniurias contēnere: ⁊ alioꝝ iniurias vī
dicare. ORI. Impleuit etiā mēsurā paterne icredu
tatis: ꝑ hoc ipm ꝙ nō credūt ī christū. Cā āt īcredu
litatis fuit: qm̄ semp animū suū dederūt circa histo
rias corꝑales: nihil spiritale ī eis volētes ītelligere.
HYLA. Quia ergo mēsurā paterne volūtatis im
plebūt: iō ⁊ serpētes ⁊ vipina generatio sūt. vñ seq
tur Serpētes genīmina viperarū quō fugietis a iu
dicio gehēne: HIE. Hoc ipꝫ ⁊ iohānes baptista di
xerat. Sic ergo de viperis inqt nascunt̄ vipere: sic de
homicidis prībꝰ vos nati estis homicide. CHRY.
sup matth. Genimina aūt viparū dicunt̄: qm̄ talis est
viparū natura vt filij rumpāt vterū matris: ⁊ sic ꝓ
cedāt: sic ⁊ iudei semp parētes condēnāt: reꝑhendē
tes eoꝝ facta. Dicit aūt Quō fugietis a iudicio gehē
ne: Nūqḋ sepulchra sanctoꝝ edificātes: Sed pmꝰ
gradꝰ pietatis ē sanctitatē diligere. deinde sanctos:
sine cā ei iustos honorat q iusticiā spernit. Nō pos
sunt sancti amici eē illoꝝ qbus deꝰ ē inimicus: an
forsitan nomē vacuū vos liberabit: qꝛ videmini eē ī
populo dei. puto aūt ꝙ meliꝰ ē inimicꝰ apertus q̄ꝫ
amicꝰ falsus: sicut apud deū odibilior est q seruū dei
se dicit: ⁊ mādata diaboli facit. apud deū quidem q
hominē occidere disponit: añq̄ꝫ occidat: homicida
habet̄. Volūtas enī ē que aut remuneraꝶ ꝓ bono:
aut condēnat̄ ꝓ malo. oꝑa aūt testimonia sunt vo
lūtatis. Nō ergo querit deꝰ oꝑa propter se: vt sciat
quō iudicet: sed ꝓpter alios vt oēs ītelligāt quia iu
stus ē deꝰ. Prouidet autē deꝰ occasioni peccādi ma
lis: non vt peccare faciat: sed vt peccatorē ostēdat: ⁊
bonis pbet occasionē: ꝑ quā ostēdant ꝓpositū volū
tatis sue. Sic ergo scribis ⁊ phariseis dedit occasio
nē ostēdendi volūtatē suā. vñ cōcludit. Iō ecce mit
to vobis ꝓphetas ⁊ sapiētes ⁊ scribas. HYLA. i. a
postolos q de futuroꝝ reuelatiōe prophete sūt: de
christi agnitiōe sapiētes: de legis ītelligētia scribe.
HIE. Vel obserua iuxta apostolū scribentē ad cori
thios varia dona esse discipuloꝝ christi. alios pro
phetas q vētura pdicāt: alios sapiētes q nouerūt qñ
dñt ꝓferre smonē. alios scribas ī lege doctissimos:
ex qbus lapidatꝰ ē stephanꝰ: paulꝰ occisus: petrus
crucifixꝰ. flagellati ī actibꝰ apostoloꝝ discipuli. ⁊ ꝑ
secuti sūt eos de ciuitate ī ciuitatē: expellētes de iu
dea vt ad gentiū populos trāsmigrarēt. ORI. Vel
scribe q mittunt̄ a christo sūt sm̄ euāgeliū quos ⁊
spūs viuificat ⁊ līa nō occidit: sicut līa legis quā se
quētes ī varias supstitiōes īcurrūt. Simplex āt euā
gelij narratio sufficit ad salutē. Scribe aūt legis scri
bas noui testamēti adhuc ꝑ detractionē flagellant
ī synagogis suis sed ⁊ heretici q sūt spūales phari
sei: linguis suis christianos flagellāt ⁊ ꝑsequūtur de
ciuitate ī ciuitatē: interdū corꝑaliter: aliqñ aūt spiri
taliter volētes eos expellere: q̄si de ꝓpria ciuitate le
gis ⁊ ꝓphetarū ⁊ euāgelij ī aliō euāgeliū. CHRY.
sup matth. Deide vt ostēdat qm̄ nō īpune hoc faciūt
ieffabilē eis ex his timorē īcutit. vñ subdit̄: Ut veni
at sup vos oīs sanguis. RABA. i. omīs debita vl
tio ꝓ effuso sanguie iustoꝝ. HIE. De abel quidē
nulla ē ambiguitas qn̄ his sit quē chain frater occi
derit. Iustus aūt nō solū ex dñi nūc snīa: sed ex gene
sis testimonio cōprobat̄: vbi accepta eiꝰ a deo nar
rantur munera. Querimꝰ āt qs fuerit iste zacharias
filiꝰ barachie: qꝛ multos legimꝰ zacharias: ⁊ ne libe
ra nobis tribueret̄ erroris facultas additū ē: Quem
occidistis īter templū ⁊ altare. Alij zachariā filium
barachie dicūt q in. xij. ꝓphetis vndecimꝰ ē: patris
q; in eo nomē cōsentit. sed vbi occisus sit īter tēplū
⁊ altare scriptura nō loquit̄: maxie cū tēporibꝰ eius
vix ruine tēpli fuerit. Alij zachariā patrē iohānis in
telligi volūt. ORI. Venit enī ad nos quedā tradi
tio talis: quasi sit aliqs locꝰ ī tēplo: vbi virginibꝰ q
dem licet adorare deū: ex pte āt earū thoꝝ virilē nō
ꝑmittebāt ī eo cōsistere. Maria aūt postq̄ꝫ genuit
saluatorē: īgrediēs ad orandū stetit ī illo virginū lo
co: ꝓhibētibus aūt eis q nouerāt eā iā filiū genuisse
Zacharias dixit: qm̄ digna ē virginū loco cū adhuc
sit virgo. Ergo quasi manifestissime aduersus legē
agentē occiderūt eū īter templū ⁊ altare viri genera
tionis illiꝰ. HIE. Hoc tñ qꝛ de scripturis nō habet
auctoritatē: eadē facilitate contēnitur q ꝓbat̄. Alij
istū volūt esse zachariā q occisus sit a ioas rege iude
īter templū ⁊ altare. i. ī atrio tēpli. Sed obseruādū
ꝙ ille zacharias nō fuit filiꝰ barachie sed ioiade sa
cerdotis. Sed barachias in lingua nostra bñdicens
deū dicit̄: ⁊ sacerdotis ioiade iusticia hebreo nomi
ne demōstrat̄. In euāgelio vero quo vtunt̄ nazare
ni: ꝓ filio barachie filiū ioiade scriptū reperimus.
REMI. Querendū est aūt quō vsq; ad sanguinē za
charie dixerit: cū plurimoꝝ sanctorum sanguis po
stea fuit effusus: Soluit̄ aūt sic: Abel pastor ouium
fuit ⁊ ī campo occisus. zacharias fuit sacerdos ī atrio
tēpli īterfectꝰ. Iō ergo dñs hos duos cōmemorat:
quoniā ꝑ hos oēs sancti martyres designant̄ laica
lis. s. ⁊ sacerdotalis ordinis. CHRY. in ho. Abel ēt
cōmemorauit: ostēdens qm̄ ex inuidia essent christū
⁊ discipulos eiꝰ occisuri. Zacharie aūt mētionē fe

et: quoniā duplex ꝑsumptio fuit in eiꝰ occisiōe. nō eni solū i sancto hoīe facta est: sed ꝫ in loco sancto. ORI. Zacharias etiā iterpretat memoria dei oīs ergo q̄ memoriā dei dispdere festinat: i eis quos scādalizat zacharie sanguinē videt effundē filij barachie. Per bñdictionē eni dei: memores sumꝰ dei. Ab impiis etiā memoria iterficit dei: qñ ꝫ templū dei a lasciuis corrūpitur: ꝫ altare eiꝰ ꝑ negligentiā orationū sordidarū sordidat. Abel aūt luctꝰ interptatur. Qui ergo nō recipit quod scriptū ē: Beati q̄ lugēt: sanguinē effundit abel: hoc ē veritatē luctus salutaris. Effundūt etiā aliq̄ veritatē scripturarū q̄si sanguinē earū: q: oīs scriptura nisi fm̄ veritatē itelligat: mortua ē. CHRY. in ho. Et vt omnē excusationē illis adimeret: ne dicerēt: qm̄ ad gētes eos misisti: ꝓpter hoc scādalizati sumꝰ: ꝑdixerat ꝙ ad eos essent mittēdi discipuli: ꝫ iō de vltione eorū subdit: Amē dico vobis: veniēt hec omīa sup generationē istā. GLO. Non hos tm̄ ꝑsentes dicit: sed oēm generationē precedentē ꝫ futurā: q: oēs vna ciuitas sunt: ꝫ vnū corpꝰ diaboli. HIE. Regula autē scripturarū ē: duas generatiōes bonorū ꝫ malorū nosse. De generatiōe bonorū dicit: Generatio iustorū benedicet: de malis vero in ꝑsenti loco generatio viperarū. Ergo ꝫ isti q: similia sicut chain. ꝫ ioas ꝯ aplōs gesserūt: de vna generatiōe eē referūt. CHRY. in ho. Uel aliter q: gehēne pena quā eis cōminatꝰ fuerat tardabat. Cōminat etiā eis ꝑntia mala cū dicit: Ueniēt hec oīa sup generatiōē istā. CHRY. sup matth. Sicut. n. oīa bona: q̄ in singulis generatiōibus ꝯstitutiōe mūdi oēs sancti merebāt: illis nouissimis sūt donata: q̄ receperūt christū: sic omīa mala q̄ i singulis generatiōibꝰ a cōstitutiōe mūdi pati meruerūt oēs iniqui: sup nouissimos iudeos venerūt: q: christū repulerūt. Aut ita: sicut oīs iusticia ꝑcedētiū sanctorū imo oīm sāctorū tātū mereri ñ potuit q̄ntū gratie datū est hoībꝰ i christo: sic oīm peccata impiorū tantū mereri nō potuerūt quātū venit sup iudeos vt corporalia paterēt: qualia passi sūt a romanis. ꝫ sic postmodū oēs generatiōes eorū vsq̄ in finē seculi ꝓicerētur a deo: ꝫ ludibriū fierēt gētibꝰ vniuersis. Quid enī peiꝰ pōt fieri q̄ filiū cū misericordia ꝫ pietate veniētē nō suscipe sꝫ tali mō interficere? Uel ita: oīs gens vel ciuitas ñ stati cū peccauerit punit eam deus: sꝫ expectat ꝑ multas generatiōes. quādo aūt placuerit deo: ꝑdere ciuitatē illā aut gētē videt oīm generationū peccata reddere illis: qm̄ que oēs merebāt: hec sola passa est: sic ꝫ generatio iudeorū ꝑ patribꝰ suis videt punita. Uere aūt nō ꝓ illis sed ꝓ se cōdemnati sūt. CRHY. i. ho. Qui. n. mltos iā peccātes vidit ꝫ incorrectꝰ ꝑmāsit: eadē rursus vel grauiora faciēs: maiori ē pene obnoxius.

¶ Hierusalē hierusalē: que occidis ꝓphetas ꝫ lapidas eos q ad te missi sūt: quotiēs uolui cōgregare filios tuos q̄ēadmodū gallina cōgregat pullos suos sb alas: ꝫ noluisti. Ecce reliq̄tur uobis domus ūr̄a deſta. Dico eni uob nō me uidebitis ām̄ donec dicatis: Benedictus q uenit iu nomine domini.

¶ CHRY. i. ho. Post ꝑdicta ad ciuitatem cōuertit oñs ſmonē: et hoc erudire volens auditores. vnde dicit: hierusalē hierusalē. Hec aūt duplicatio miserētis ē: ꝫ valde diligēt. HIE. hierlm āt nō saxa ꝫ edificia ciuitatis sꝫ habitatores vocat: quā ꝑris plāgit affectu. CHRY. sup matth. Preuidēs ruinam ciuitatis illius ꝫ plagā: que a romanis superuentura erat recordabat q̄dē sanguinis scōrū suorū: q̄ effusus erat ab illis ꝫ postmodū effūdēdus. vn̄ addit: Que occidis ꝓphetas: ꝫ lapidas eos qui ad te missi sunt. Missum ad te isaiā occidisti: ꝫ suū meū hieremiā lapidasti. Ezechielē tractū per lapides excerebrasti: quō saluaberis: q̄ ad medicū nō venire ꝑmittis? ꝫ ñ dixit Occidisti aut lapidasti: sꝫ Occidis ꝫ lapidas. i. quasi hoc ꝓpriū ꝫ naturalē cōsuetudinē hñs: vt occidas ꝫ lapides sanctos. Eadē fecit aplis q̄ fecerat aliq̄n ꝓphetis. CHRY. in ho. Deinde cū vocasset eam: ꝫ abominabiles eius occisiones dixisset: q̄si se excusādo dixit: Quotiēs volui cōgregare filios tuos q. d. neq̄ predictis occisionibꝰ me a tua beniuolētia auertisti: sed volui te mihi adiungere: nō semel aut bis sꝫ mltociēs. Magnitudinē aūt amoris sub similitudine galline ostendit. AVG. de questi. euan. Hoc. n. genus animātis magnū affectū in filios hꝫ: ita vt eorū īfirmitate affecta ifirmet ꝫ ipa. Et quod difficile i ceteris aiātibꝰ inuenies: alias suis filios ꝓtegēs cōtra miluū pugnat: sic ꝫ mater nr̄a dei sapiētia: ꝑ carnis susceptionē ifirmata quodamō: fm̄ illud apostoli. Quod ifirmū ē dei: fortius est hominibꝰ: ꝓtegit ifirmitatē nostram: ꝫ resistit diabolo ne nos rapiat. ORI. Filios aūt hierusalē dicit fm̄ ꝙ dicimꝰ semp: ciuiū successores ꝑcedētiū filios. Dicit aūt: Quotiēs volui: cū sit manifestū semel eū docuisse in corpore iudeos. Semp enim christus presens fuit ꝫ in moyse ꝫ in ꝓphetis ꝫ i āgelis ministrātibꝰ saluti humane ꝑ singulas generatiōes. Siquis autē nō fuerit cōgregatus ab eo iudicabit q̄si voluerit ꝯgregari. RABA. Cessent igit heretici christo ꝑncipiū ex virgine dare: omittāt aliū legis ꝫ ꝓphetarū deū ꝑdicare. AVG. in enchendion: Ubi est autē illa oīpotentia qua in celo ꝫ in terra oīa quecūq̄ voluit fecit: si colligere filios hierusalē voluit ꝫ non fecit? An nō potius illa quidem filios tuos ab ipo colligi noluit: sꝫ ea quoq̄ nolēte: filios eiꝰ colligit ipe quos voluit. CHRY. i. ho. Deinde cōminatur penā quā semp formidauerūt. s. ciuitatis ꝫ templi euersionē dicēs: Ecce relīquitur vobis domꝰ vr̄a deserta. CHRY. sup matth. Sicut eni corpꝰ anima recedēte ꝑus q̄dē frigescit: deīde putrescit ꝫ soluit: sic ꝫ tēplū nostrū dei spiritu recedēte ꝑaus seditiōibus ꝫ in disciplinatiōe replebit: deinde veniet ad ruinā. ORI. Semp etiā eis q̄ noluerūt ꝯgregari sub alis eius comminatur christus: Ecce relinquetur vobis domꝰ vestra deserta. i. anima ꝫ corpus. Sed ꝫ siquis ex vobis noluerit congregari sub alis christi: et tempore illo ex quo cōgregatiōem refugit, actu magis q̄ corpore non videbit pulchritudinē verbi: donec penitens a ꝓposito malo dicat: Benedictus qui venit in nomine domini. Tunc eni verbū dei bñdictū

venit super coꝛ hoīs: qñ fuerit q̄s cōuersus ad deū. vñ seq̄tur: Dico enī vobis: non me videbitis ammō donec dicatis: Benedictus qui venit in noīe dñi.

HIE. q. o. Nisi penitētiā egeritis ⁊ cōfessi fueritis ipm eē me: de quo ꝓphete cecinerūt filiū oīpotētis patris: faciē meā nō videbitis. Dāt ergo iudei datuȝ sibi tempus penitētie. Cōfiteātur benedictū qui venit in nomine domini: ⁊ chꝛisti voꝛa conspicient.

CHRY. in. ho. Uel aliter: Per h̄ occulte secūduȝ aduentū significauit: quoniā tūc oīo eū adoꝛabūt. Quod aūt dicit Ammodo: ad tēpꝰ crucis refertur.

.CAPI. XXIIII.

Et egressus iesus de templo ibat. Et accesserūt dicipuli eius: ut ostenderēt ei edificatiōes tēpli. Ipse aūt rñdēs: dixit illis: Uidetis hec oīa? Amen dico uobis: nō relinq̄tur hic lapis sup lapidem: q nō destruaᷓ.

ORI. Postq̄ oīa que sup hierusaleȝ vētura erāt chꝛistꝰ ꝑdixit: exijt de tēplo qui cōseruauerat tēplū ne caderet donec fuit ī eo. vñ dicit: Et egressus iesꝰ de templo ibat. Sed ⁊ vnusq̄sq̧ cū sit templū dei ꝓpter spiritū dei inhabitantē ī se: ipse sit cā sue desertiōis vt aggrediaᷓ chꝛistꝰ. Seq̄ᷓ: Et accesserūt ad eū discipuli eiꝰ vt ondērent ei edificatiōes tēpli. Dignū ē videre q̄ō ostendūt ei structuras tēpli: quasi nūq̄ viderit templū. Ad qđ rñdendū ē: ꝙ cū chꝛistꝰ ꝓphetizasset supius ruinā tēpli futurā: audiētes discipuli mirati sūt talē ac tantā tēpli structurā ad nihilū redigēdā: ꝓpterea ondūt ei: vt flecterēt eum ad misericoꝛdiā loci illiꝰ ne faceret quod fuerat cōminatus. Sed ⁊ cū sit humane nature admirabilis cōstructio facta videlicet tēplū dei: discipuli ceteriq̧ sancti etiā mō mirāda opa dei erga figmētū humanum cōsitētes: ante cōspectū chꝛisti ītercedūt: ne deserat genꝰ humanū ꝓpter peccata ipsoꝛū. Sequitur Ipse autē respondēs dixit eis: Uidetis hec omnia? Amē dico vobis: nō relinq̄ᷓ hic lapis sup lapidē q̄ nō destruaᷓ. RABA. Iuxta histoꝛiā manifestꝰ ē sensus: q2 xlij. anno post passionē dñi: sub Uespasiano ⁊ Tito romanis p̄cipibꝰ ciuitas euersa ē cum tēplo. REMI. Diuinitꝰ aūt ꝓcuratū ē vt reuelata iā luce grē: tēplū cū suis cerimonijs tolleretᷓ: ne foꝛte aliq̄s puulus ī fide dū videret oīa illa que a dño fuerāt īstituta ⁊ a ꝓphetis sanctificata adhuc pmanere: paulatim recedendo a synceritate fidei: ad carnalē iudaismū trāsirēt. CHRY. i ho. Sed qualiter verū ē ꝙ nō māsit lapis sup lapidē? Uel enī desolationē eiꝰ ondens oīmodā h̄ dixit: vel ſm illū locum vbi erat: sūt enī eiꝰ ptes vsq̧ ad fundamēta destructe. Cū his ⁊ illud dicēdū: qm ex his q̄ facta sūt ⁊ de reliquis opoꝛtet credere ꝙ pibūt pfecte. HIE. Mystice aūt recedēte dño de tēplo: oīa legis edificia ⁊ compositio mādatoꝛū ita destructa ē vt nihil a iudeis possit ipleri: ⁊ capite sublato vniuersa īter se mēbra cōpugnēt. ORI. Oīs etiā hō q̄ suscipiēs ī se verbū dei templū ē: si post peccatū adhuc fuat ex pte vestigia fidei ⁊ religiōis tēplū ē ex pte destructū ⁊ ex pte cōsistēs. Qui aūt postq̄ peccauerit curā sui nō habet: paulatiȝ minuiᷓ donec ad plenū recedat a deo viuēte. ⁊ sic nō relinq̄ᷓ lapis super lapidē mādatoꝛū dei qui nō destruaᷓ.

Sedēte aūt eo sup montē oliueti accesserūt ad eū discipuli secreto dicentes: Dic nobis qñ hec erūt: ⁊ qđ signū aduētus tui: ⁊ cōsumatiōis seculi. Et rñdens iesus dixit eis: Uidete ne quis uos seducat. Multi eī uenient in nomie meo: dicentes: ego sum chꝛistꝰ: ⁊ multos seducent.

REMI. Perseuerās dñs ī itinere ꝑuenit ad montē oliueti: ⁊ q̄busdā discipulis ī via ondentibꝰ ⁊ laudātibus edificationē tēpli: ipe palā ꝑdixerat oīa eē destruēda ideirco cū ꝑuenissent ad mōtē oliueti: accesserūt ad eū īterrogātes. vñ dicitᷓ: Sedente aūt eo sup mōtē oliueti. CHRY. Propter h̄ autē secreto accesserūt: q2 de magnis erāt īterrogaturi. Etenī cupiebāt discere diē aduētus eiꝰ q2 vehemēter desiderabāt gloꝛiā eius videre. HIE. Et īterrogāt tria. ꝑmo quo tēpoꝛe hierusalē destruēda sit dicētes: Dic nobis quādo hec erūt: secūdo quo tēpoꝛe chꝛistꝰ venturus sit. vñ dicūt: Et quod signū aduētus tui? tercio quo tempoꝛe cōsumatio seculi sit futura. vñ dicūt: Et cōsumationis seculi? CHRY. Lucas auteȝ aīt vnā esse īterrogationē q̄ ē de hierosolyma. quasi estimātibꝰ discipulis tūc futurū eē chꝛisti aduētum ⁊ finē mūdi: quasi hierosolyma destrueretᷓ: Marcꝰ aūt nō omnes eos de cōsumatione hierosolyme: ſȝ petrū iacobū iohānem ⁊ andreā quasi liberius ⁊ securius chꝛisto loquētes. ORI. Puto aūt monteȝ oliueti mysteriū eē ecclesie que ex gētibus ē. REMI. Mons enī oliueti nō habet īfructuosas arboꝛes: sed oliueta q̄bus lumē nutriᷓ ad fugādas tenebras: ⁊ q̄bus fessis requies īfirmis salꝰ ꝑstaᷓ. Sedēs aūt dominus supꝛa montē oliueti cōtra tēplum: de ruina ipius ⁊ excidio iudaice gētis disputat: vt etiaȝ ipso situ coꝛpis monstret: quia quietus manens in ecclesia impioꝛum superbiam condēnat. ORIG. Agricola enim residens in monte oliueti: verbum dei est in ecclesia confirmatū: chꝛistus. s. qui semper oleastri ramos inserit in bonam oliuam patrū. Qui autem habēt fiduciā ante chꝛistum: discere volunt signum aduētus chꝛisti ⁊ consumationis seculi. Est autē duplex aduētus verbi in anima. Pꝛimus quideȝ stulta pꝛedicatio de chꝛisto: quando pꝛedicamꝰ chꝛistū natum ⁊ crucifixum. Secundus autem aduentus est in viris perfectis: de quibus dicitur: Sapientiam loquimur inter perfectos. ⁊ huic secundo aduētu adiungitur consumatio seculi in viro perfecto cui mūdus crucifixus est. HYLA. Et q2 tria a discipulis quesita sunt: distinctis ⁊ tempoꝛibus ⁊ intelligentie significationibus sepantur. Respondeᷓ ergo pꝛimo de ciuitatis occasu: ⁊ quando confirmatur veritate doctrine: ne quis fallax ignoꝛātibꝰ possit obrepere. vnde sequitur: Et respondens iesus dixit eis: Uidete ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes: Ego sum chꝛistus

CHRY. Neqȝ.n. de hierosolyma: neqȝ de secundo aduētu respōdit statim: sed de malis quibꝰ statī obuiandum erat. HIERO. Unꝰ aūt eorū de quibus loquit̄ fuit simon samaritanꝰ: quem in actibꝰ apostolorū legimus: qui se magnā dicebat esse virtutē: hic quoqȝ inter cetera in suis voluminibꝰ scripta dimittens: Ego sum sermo dei: ego omnipotens: ego omnia dei. Sed ꝛ iohānes apostolꝰ in epistola sua loquit̄: Audistis quia antichristꝰ vēturꝰ est: nūc autē antichristi multi sunt. Ego reor omēs heresiarchas antichristos esse: ꝛ sub nomīe christi ea docere: que cōtraria sunt christo: nec mirū si aliquos ab his videamꝰ seduci: cū dominꝰ dixerit: Et multos seducēt. ORIGE. Multi aūt sunt qui seducunt̄: quia larga est porta que ducit ad pditōem: ꝛ multi sunt q̄ intrāt per eam. Hoc aūt solū sufficit ad cognoscendū seditōem antichristorū qui dicūt: Ego sū christꝰ: qd̄ nūqȝ legit̄ xp̄s dixisse: Sufficiebāt.n. ad credēdū q̄ ipe est xp̄s opera dei: et sermo quē docebat: ꝛ virtus ipius. Omis etiā s̄mo qui ꝓfitet̄ expositionem scripturarū s̄m fidē earuȝ et nō habet vītatē a antixp̄us est. Sed ꝛ omēs virtutes inuenimꝰ esse xp̄m: ꝛ omnes simulatas v̄tutes antixp̄m: qm̄ oēs spēs boni quascūqȝ habet xp̄us ī se: in veritate ad edificationem hoim̄ omnes eas habȝ diabulus ī specie ad seductōes sanctoꝝ. Opus ḡ ē nobis deo auxiliatore: ne quis nos seducat vł sermo vel v̄tus. Malum enī iuenire aliquē s̄m mores vite errātem. Multo autē peius arbitror esse non s̄m verissimam regulā scripturaꝝ sentire.

¶ Audituri eī estis prelia ꝛ opiniones p̄lioꝝ uidete ne turbemī. Oportet enī hec fieri: sed nondum ē finis: Cōsurget enī gens in gētē: ꝛ regnū ī regnū: ꝛ erūt pestilētie ꝛ fames: ꝛ terremotꝰ p̄ loca. Hec autē omnia initia sūt doloꝝ.

¶ AVG. Ad esichiū. Interogantibꝰ discipłis ea dominus respondit que iā ex illo tempore fuerāt secutura: siue d̄ excidio hierusalē. vnde orta est ipius interrogatōis occasio: siue de aduētu suo per ecclesiā in qua vsqȝ ad finē venire nō cessat. in suis.n. veniēs agnoscit̄: dum eiꝰ quotidie mēbra nascūtur: siue de ipo fine in quo apparebit viuos iudicaturꝰ ꝛ mortuos. Cum itaqȝ signa dicat que ad ista tria ptinent: qd̄ eoꝝ triū signorū ad aliquid horū referēdū sit diligēter cōsiderādū est: ne forte quod ptinet ad vnuȝ referendū putemꝰ ad alterū. CHRY. Hic aūt loqt̄ de prelus que hierosolymis erant futura cum dicit Audituri.n. estis prelia: ꝛ opiniones p̄lioꝝ. ORI. Qui audit ipas voces que fiūt in p̄liis: audit prelia. qui aūt de prelis longe gestis audit: opiones vel rumores audit p̄lioꝝ. CHRY. in home. Quia vero p hoc turbari etiā discipuli poterant: ideo subdit: Uidete ne turbemini. Deinde quia ei nunciabit post illd bellū quo hierusalē destrueret̄: statim finē mūdi eē vēturū: eos in vera opiniōe stabilit dicēs: Oportet enī hec fieri: sed nondū est finis. HIE. i. nō putemꝰ diez instare iudicij: sed in tempꝰ aliud reseruari: cuiꝰ signū ꝑspicue in cōsequētibꝰ ponit̄: Cōsurget.n. gēs in gentē: ꝛ regnū in regnū. RABA. Uel admonētur apostoli ne his aduenientibꝰ terreant̄: vt hierosolymā iudeāqȝ deserāt: quia nō statim finis: sed in quadragesimū annū desolatio ꝓuincie: vltimūqȝ vrbis ꝛ templi sequet̄ excidiū: de qbꝰ subdit̄: Consurgꝫ enim gens in gentē: ꝛ regnū in regnū. Cōstat autē hic acerbissimos dolores quibꝰ omis vastata est ꝓuincia ad litterā cōtigisse. CHRY. in home. Deinde vt ostēdat quoniā ꝛ ipe preliabit̄ contra iudeos nō solum bella prenūciat: sed ꝛ plagas diuinitꝰ illatas. vnde subdit: Et erunt pestilētie: ꝛ fames: ꝛ terre motꝰ per loca. RABA. Notandū q̄ in hoc q̄ dicit: Cōsurget gens in gentē. ostēdit̄ pturbatio hoīm. Erūt pestilētie: ecce inequalitas corpoꝝ. Erit fames ecce sterilitas. Terre motꝰ p̄ loca: ecce respectꝰ ire desup. CHRY. in home. Et nota simpliciter hec fieri s̄m cōsuetudinē antea in hominibꝰ existentē: sed ex ira que erit desuper. Et ꝓpter hoc nō simpliciter dixit ea esse ventura neqȝ repēte: sed cum quadam significatōe. vnde subdit: Hec aūt omnia sunt initia dolorū. i. iudaicorū malorū. ORIGE. Uel aliter: Sicut egrotāt corpa ante mortē: sic necesse est ante corruptiōem mūdi vt quasi languēs terra frequētibꝰ terre motibꝰ cōquasset̄. Aer.n. vim mortiferā concipiens pestilēs fiat: ꝛ vitalis virtꝰ deficiens: suffocet fructus. Consequēs aūt est vt ꝓpter inopiā ciborū ī auariciā ꝛ bella hoīes excitēt̄: sed q2 insurrectōes ꝛ lites interdū fiūt ꝓpter auariciā: iterdū aūt ꝓpter cōcupiscētiā p̄ncipatꝰ ꝛ gl̄iam vanā: adhuc ꝓfūdiorē dabit aliquis cām eorū que ante finē mūdi sunt vētura. Sicut.n. aduētꝰ christi in pluribꝰ gētibꝰ diuina virtute fecit pacē: sic ɔ̄ńs est vt ꝓpter abūdantiā iniquitatis refrigiuerit charitas multoꝝ: ꝛ id̄ dereliq̄rit illos deꝰ ꝛ christꝰ eius: iterū fieri p̄lia dū nō ꝓhibet̄ a sanctitate opatōes seminatrices bellorū: sed ꝛ aduersarie virtutes dū non vetāt̄ a sanctis: ꝛ a christo absqȝ ꝓhibitōe operabūt̄ in cordibꝰ hominū vt excitent gētes aduersus gentē: ꝛ regnū aduersus regnū. Si autem sicut quibusdā placet: ꝛ fames ꝛ pestilētie ab angelis sathane fiūt: hi etiā tūc inualescēt ab aduersis virtutibꝰ quādo nō fuerint sales terre ꝛ lux mūdi christi discipuli: destruētes que ex demonum malicia semināt̄. Et alqādo quidē in isrł̄ fames et pestilētie fiebāt ꝓpter peccata quas o. ōēs sanctorū soluebāt. Bene aūt p loca. nō.n. insimul vult deus pdere humanū genꝰ: sȝ iudicās p ptes: dat penitētie locū. Si aūt incipiētibꝰ hmōi malis: nō fuerit facta correptio: ꝓficiēt ad peius. vnde sequit̄: Hec autē oia initia sunt dolorū. generaliū. s. in vniuerso mundo: ꝛ eoꝝ qui secuturi sunt aduersus impios vt ī dolorībꝰ acutissimis crucient̄. HIE. Mystice aūt videtur regnū cōtra regnū ɔsurgere: ꝛ pestilētia eorum quoꝝ s̄mo serpit vt cācer: ꝛ fames audiēdi v̄bū dei: ꝛ cōmotio vniuerse terre ꝛ a vera fide sepatio ī hereticis magis intelligi: qui cōtra seinuicē dimicātes: ecclesie victoriā faciūt. ORI. Oportet autē hec fieri anteqȝ videamꝰ pfectōem sapiētie que est in christo sed nō statim erit finis quē q̄rimꝰ. pacificꝰ enī finis lōge est ab hoībꝰ istis. HIE. Qd̄ aūt dixit: Hec oia initia sunt doloꝝ: meliꝰ trāsfert̄ pturitionū: vt q̄i cōceptꝰ quidā aduētꝰ antichristi nō partꝰ intelligitur.

Tūc tradēt uos in tribulatōez et occidēt uos: ⁊ eritis odio oib⁹ genti b⁹ pp nomē meū. Et tūc scandaliza būt mlti: ⁊ inuicē tradēt: ⁊ odio ha bebūt inuicē. Et mlti pseudo ꝓphe te surgēt: ⁊ seducent multos: ⁊ qm̄ abundabit iniqtas: refrigescet cha ritas multorū. Qui autē perseuera uerit usqz in finem: hic saluus erit. Et predicabitur hoc euangeliuz re gni in uniuerso orbe in testimoniuz omnibus gētibus: ⁊ tunc ueniet cō summatio.

¶ RABA. Quo merito bierosolymis ac ꝓuīcie iu deoꝝ vniuerse: tot irrogāda fuerit aduersa dn̄s mā festat subdēs: Tūc tradēt vos CHRY. in bo. Uel alr̄: qr discipuli audiētes ea q̄ de bierosolyma dice bāt: sic dispositi erāt vt ex turbatōem eēnt quasi de alia pena audiētes: sibi vō ꝓspa supuētura spabāt: q̄ aduēire valde desiderabāt: pp h̄ eis grauia ꝓnūci ciat i solitudinē eos statuēs. ⁊ ꝓus q̄dē iusserat eos vigilare ꝯ deceptōes seductoꝝ: nūc aūt tyrānoꝝ vio lētiā eis ꝓdicit dicēs: Tūc tra. vos in tribu. ⁊ oc. vos Opportune. n. eoꝝ mala inꝑposuit: mitigatiōem hn̄ tia a cōib⁹ malis. nec solū ita eos ꝯsolat⁹ ē: sed osn̄dē do tribulatōis cām: adiūgēs q pp nomē ei⁹ h̄ eēnt passuri. vn̄ seq̄r: Et eri. odi. oi. bo. ꝓ. no. meū ORI. Sed quō ēt in vltis ptib⁹ terre cōmorāt. b⁹ gētibus odio hr̄ ppl's xp̄i: nisi forte ⁊ h̄ aliq̄s dicat pp exag gerati ōez positū oib⁹ ꝓ mltis. sed ⁊ h̄ qō dicit: Tūc tradēt vos hꝫ q̄ōem. Nā ⁊ ꝓusq̄ hec fierent tradi ti sunt xp̄iani in tribulatōes: sꝫ aliq̄s r̄ndebit: qm̄ tunc marie tradēt xp̄iani in tribulatiōes quēadmodum vnq̄. Amāt. n. q in calamitatib⁹ sunt: cās eaꝝ discu tiētes inuēire aliq̄d qō loq̄nt. Cōseq̄ns g̊ ē vt q̄i de linq̄ntib⁹ dōib⁹ deoꝝ culturā pp multitudinē xp̄ia noꝝ: dicāt fieri bella fames ⁊ pestilētias: sꝫ ⁊ t̄remo tus cām dicēnt xp̄ianos: pp qō ⁊ ꝑsecutōnes passe sūt eccl'ie. CHRY. i bo. Postq̄ aūt iā duplex ꝑ'lū posuit. s. qō a seductorib⁹ ⁊ qō ē ab inimicis: ōn̄t t'tiū ꝑ'liū pōit: qō ē a fals' frib⁹. vn̄ subdit: Et tūc scā. ml. ⁊ i ui. tra. ⁊ odio ha. inuicē. Unde aūt ⁊ paulū hec plo rātē ⁊ dicētē: Foris pugne: int⁹ timores. ⁊ alibi pi cula i fals' frib⁹. de q̄b⁹ alibi dicit: Tales sūt pseudo apl'i opariij subdoli. vn̄ ⁊ h̄ subdit: Et mul. pseu. pro. sur. ⁊ sedu. mltos. REMI. Imminēte. n. captiuita te bierl'm: mlti insurrexerūt xp̄ianos se eē dicētes: et mltos seduxerūt: quos paul⁹ noiat falsos frēs: iohā nes vō antixp̄os. HYLA. Ut nicola⁹ vn⁹ ex septez diaconib⁹ fuit: qui multos mentita v̄itate peruertit CHRY. i bo. Deīde qō his difficili⁹ ē ostn̄dit: q̄a ta les pseudo ꝓphe nullā mitigatōem a charitate acci piēt. vn̄ seq̄r: Et qm̄ abū. ini. re. cha. mlto. REMI. .i. vera dilectio erga deū ⁊ ꝓxim. Nā q̄tomagis ab vnoquoqz iniq̄tas suscipit: tātomagis in corde ipsi⁹ ardor charitatis extīguit. HIE. Cōsiderādū āt q n̄ negauit oīm futurā eē charitatē: sꝫ mltoꝝ. Nam in apl'is ⁊ eoꝝ silib⁹ ꝑmāsura ē charitas: de q̄ paul⁹ dic̄ Quis nos sepabit a charitate xp̄i: pp qō ⁊ h̄ subdit̄ Qui aūt pse. vsqz in fi. h̄ sal. erit. REMI. Usqz in fi nē dic̄. vsqz ad terminū vite sue in ꝯfessiōe nois xp̄i pseuerauerit: ⁊ in charitate saluꝰ factꝰ ē. CHRY. i bo. Deīde ne dicerēt: q̄l'r g̊ īter tot mala viuemus: qō pl⁹ ē ꝓmittit. q n̄ solū viuerēt: sꝫ ēt vbiqz docerēt vn̄ subdit: Et ꝓdi. h̄ euan. reg. in vni. orbe. REMI. Quia. n. nouerat dn̄s corda discipl'oꝝ ꝯtristāda esse de excidio bierl'm ⁊ ꝑditōne sue gētis: hec ꝯsolatio ꝯsolat' eos: vel q mltoplures credituri erāt de gētibus q̄z ō iudeis ꝑirēt CHRY. in bo. Qō aūt ⁊ an̄ capti onē bierosolyme vbiqz ꝓdicatū ē euāgeliū: audi qō ait paul⁹: In oēm terrā exiuit son⁹ eoꝝ. Et vides eū a bierl'm ad hispaniā currētē. Si aūt vn⁹ tātā porti onē accepit excogita: reliqui q̄ta opati sunt. Unde ⁊ q̄busdā scribēs de euangelio dicit: q fructificat ⁊ crescit in oī creatura que sub celo est. Hoc aūt ē ma ximū signū v̄tutis xp̄i: q in. xxx. ānis l' paꝝ āpli⁹ euāge lij smo fines orbis terraꝝ ipleuit. q̄uis aūt euāgeliū vbiqz ꝓdicatū fuerit: nō tn̄ oēs crediderūt. pp quod subdit: In testi. om. gētib⁹. i. in accusatōem his q nō crediderūt. Qui. n. crediderūt: testabūt' aduersus eos q nō crediderūt: ⁊ ꝯdēnabūt eos. Cōueniēter autez postq̄ ꝓdicatū ē euāgeliū ꝑ orbē terraꝝ tūc bieroso lyma ꝑijt. vn̄ seq̄r: Et tūc ve. ꝯsumatio. i. finis hiero solymoꝝ. Qui. n. viderit xp̄i v̄tutē vbiqz refulgētē: ⁊ in breui tpe orbē terraꝝ supgressā: quā veniā hr̄e de buerūt: in ingratitudine ꝑmanētes? REMI. Pōt aūt ⁊ tot⁹ loc⁹ iste referri ad cōsūmatiōem scl'i. Tūc .n. plurimi scādalizabūt' recedētes a fide: videtes mlti tudinē ⁊ diuitias maloꝝ ⁊ miracla anti xp̄i ⁊ ꝑ'o cuos ꝑsequēt': ⁊ antixp̄o mittet pseudo ꝓphas qui se ducēt mltos: ⁊ abūdabit iniq̄tas: qm̄ numer⁹ malo rū augebit': ⁊ refrigescet charitas: qm̄ numer⁹ bono rū minuet' HIE. Signū eniā dn̄ici aduēt⁹ ē in toto orbe euāgeliū ꝓdicari. vt null⁹ sit excusabil'. ORI. Qō aūt dr̄: Eritis odio oib⁹ h̄ō. b⁹ pp nomē meū: sic saluare q̄s potest. q: nūc q̄dē in vnū ꝯsenserūt oēs gētes aduersus xp̄ianos. Cū aūt cōtigerit q̄ xp̄s ꝓdi xit: tūc fiēt ꝑsecutōes iā nō ex pte sic ante sꝫ genera liter vbiqz aduersus ppl'm dei. AVG. Sꝫ q putāt hoc quod dicit': Predicabit' euangeliū regni in vni uerso orbe per ipsos apl'os factū esse: nō ita eē certis documētis probatū est. Sūt enī in aphrica barba re innumerabiles gētes in quib⁹ nōdū predicatū ē euāgeliū ex his qui ducūt' inde captiui addiscere in ꝓmptu est. Neqz tamen vllo recte dici pōt istos ad ꝓmissiōem dei nō ꝑtinere. Nō enī romanos solū: sed omēs gētes dn̄s semini abrae iurādo ꝓmisit. In quib⁹ ergo gentib⁹ nondū est ecclesia: oportet q sit: vt omnes qui ibi fuerit credāt. quomodo enī ⁊ illō implebitur: Eritis odio oib⁹ gentib⁹ ꝓpter nomen meuꝫ. nisi in omnib⁹ gentibus sint: ⁊ qui oderint: et quos oderint? Non est igit' ab apostolis ꝓdicatio ista cōpleta quādo adhuc sunt gētes: in quib⁹ non dum cepit impleri. quod aūt dixit apostol⁹: In om nem terrā exiuit son⁹ eorū. q̄uis locutus sit preteriti tēporis: verbis tamē quod futuruꝫ erat dixit. nō qō iam factū atqz cōpletū: sicut ⁊ ipe ꝓpheta quo vsus ē teste fructificare ⁊ crescē dixit euāgeliū i vniuerso mūdo: vt ita significaret: vsqz quo crescēdo eēt futuꝝ.

Si ergo latet qñ euãgelio vniuersus orbis iplebit:
pculdubio latet qñdo finis erit: aut quippe non
erit. ORI. Cũ ergo omis gẽs audiuerit euãgelij p
dicatõem: tũc erit seculi finis. ꝛ hoc est qḋ sequitur
Et tũc erit cõsummatio. Multe.n. non solũ barba
roꝝ: sed etiã nrõꝝ gẽtiũ nondũ audierũt christiani
tatis verbũ. GLO. Utrũqꝫ aũt dictoꝝ tueri põt. si
tñ diuerso modo diffusio pdicatõis euãgelij intelli
gat. Si.n. intelligat ꝙtũ ad fructũ pdicatõis: qui ẽ
vt in singulis gẽtib⁹ fundet ecclesia credẽtiũ in chri
stũ: vt augustin⁹ exponit: est signũ qḋ oportet prece
dere ante finẽ mũdi: nõ tñ pcessit añ destructõnem
hierosolyme. Si autẽ intelligat ꝙtũ ad famã pdica
tõis: sic ante finẽ hierosolyme fuit cõpletũ discipl'is
christi p q̃tuor mũdi ptes dispsis. Unde hiero. dicit
Nõ puto aliquã remãsisse gẽtẽ q̃ xpi nomen ignoret:
ꝛ ꝙuis nõ haberet pdicatorẽ: tñ ex vicinis gẽtib⁹ opi
nionẽ fidei nõ potest ignorare. ORI. Moraliter
aũt qui visur⁹ est ẜm verbũ dei aduẽtũ gloriosũ illũ
in aĩam suã: necesse est vt ẜm mẽsurã pfect⁹ sui insi
dias a cõtrarijs opatõib⁹ patiat q̃ magn⁹ athleta: ꝛ
christ⁹ in eo ab oĩb⁹ odiat: nõ tñ a gẽtib⁹ ẜm carnē
ꝙtũ a gentib⁹ spiritaliũ neq̃ciarũ: sed ꝛ in q̃õnibus
pauci erũt veritatẽ pleni⁹ attingẽtes. Plures autẽ
scãdalizabũt ꝛ cadent ab ea pditores ꝛ accusatores
alterutrũ: ppter dissensionẽ dogmatū veritatis: q̃
causa fiet vt odiãt seinuicẽ. Multi etiã erũt non sa
ne tradẽtes de futuris sermonẽ: ꝛ quõ nõ oportet
interptãtes, pphas: quos pseudo pphas dicit: sedu
cẽtes multos ꝛ feruẽtẽ dilectõnem q̃ pus fuerat in
simplicitate fidei refrigescere faciẽt: sed qui potuerit
manere in apostolice traditõis pposito: ipe saluabi
tur: ꝛ sic predicatũ euangeliũ in aĩas oĩm erit in te
stimoniũ omnib⁹ gẽtibus. i. omnib⁹ cogitatõnib⁹ in
credulis animarũ.

¶ Cũ ergo uideritis abominatõnẽ
desolationis: que dicta est a daniele
propheta stantẽ in loco sancto: qui
legit intelligat. Tũc q in iudea sunt
fugiant ad mõtes: ꝛ qui in tecto: nõ
descendãt tollere aliquid de domo
sua. ꝛ qui in agro non reuertant tol
lere tunicã suam. Ue aũt pgnãtib⁹
ꝛ nutrientib⁹ in illis diebus. Orate
autẽ ut non fiat fuga uestra hyeme
uel sabbato. Erit eni tũc tribulatio
magna: qualis nõ fuit ab initio mũ
di usqꝫ modo: neqꝫ fiet. Et nisi bre
uiati fuissent dies illi: non fieret sal
ua omnis caro: sed propter electos
breuiabũtur dies illi.

¶ CHRY. in home. Quia supra occulte insinuauit
hierosolyme finẽ: cõñter idẽ mãifeste oñdit ppheta
inducẽs q̃ destructõem iudeoꝝ credẽ facit. vñ dicit:
Cũ ergo vide. abo. deso. q̃ di. ẽ a danie. stã. in lo. san.
q̃ le. intelligat. HIE. Hoc aũt qḋ dictũ ẽ: Qui legit
intelligat: ponit vt ad intelligentiã mysticã puoce
mur. Legim⁹ aũt in daniele h̄ modo: Et in dimidio
hebdomadis auferet sacrificiũ ꝛ libamina: ꝛ i tẽplo
desolationũ abominatio erit vsqꝫ ad cõsũmatõnem
tpis: ꝛ cõsũmatio dabit sup solitudinẽ. AVG. Lu
cas quidẽ vt oñderet tũc factã fuisse abominatiõē
desolatõis: q̃ a daniele pdicta est qñ expugnata est
hierusalẽ: eodẽ loco hec dñi verba cõmemorat: Cũ
videritis circũdari ab exercitu hierusalẽ: tũc scitote
qꝛ appropinq̃bit desolatio ei⁹. CHRY. in ho. Un
de abominatõem desolatiõis videt exercitũ dicere:
quo. s. desolata est ciuitas sancta hierusalẽ. HIE.
Aut põt intelligi de imagine cesaris: quã pilat⁹ po
suit in tẽplo: aut de hadriani equestri statua: que i
ipo sancta sanctoꝝ loco stetit vsqꝫ in pñtẽ diẽ. Abo
minatio.n. ẜm veterẽ scptură idolũ nũcupatur: ꝛ ic
circo addit desolatõis: qꝛ in desolato tẽplo atqꝫ de
serto idolũ positũ sit. CHRY. in ho. Uel q̇a ille q̇
dissoluit ciuitatẽ ꝛ tẽpliũ: statuã int⁹ posuit. Ut aũt
discãt qñ viuẽtib⁹ quibusdã eoꝝ hec erũt. pp hoc di
xit: Cũ videritis. Ex quo admirare christi virtutẽ: et
discipuloꝝ fortitudinẽ qui in talib⁹ tpib⁹ pdicabãt
in quib⁹ oĩa iudaica ipugnabãt. Apl'i aũt ex iudeis
exñtes leges introduxerũt nouas: aduersus rõanos
tũc dominãtes: infinita milia iudeoꝝ ceperunt ro
mani: ꝛ duodeci viros nõ supauerũt nudos ꝛ iner
mes. Quia vero mltociẽs cõtigerat i grau. b⁹ plis iude
os restauratos fuisse: sicut tpib⁹ sẽnacherib ꝛ ãnochi
ne aliq̇s suspicet tale aliq̇d futurũ: suis fugiẽdũ eẽ p
cepit cũ subdit: Tũc q̇ i iu. sũt: fu. ad mõ. REMI.
Hec.n. oĩa iminẽte desolatiõe hierl'm cõstat fuisse i
pleta. appropiquãte nãqꝫ rõano exercitu: oẽs xpiãi
q̇ in puĩcia erãt: sicut historia eccl'iastica refert diuino
miraculo moniti lõgi⁹ recesserũt: trãseũtes iordanē
veneriũt i pellã ciuitatẽ: ꝛ ibi sub tutela agrippe regi
cui⁹ mẽtio i actib⁹ apl'oꝝ fit aliq̃to tpe mãserũt: ipe
aũt agrippa cũ pte iudeoꝝ q̃ sibi obtẽpabat rõano
subdit⁹ erat ipio. CHRY. in ho. Deĩde oñdẽs ītol
erabilia mala futura eẽ in iudeis: ꝛ īfinitã calamita
tẽ subdit: Et q̇ in tecto ẽ: nõ descẽ. tol. ali. de do. sua.
Eligibili⁹.n. erat nudo corpe saluari: ꝙ intrare do
mũ vt tollẽt vestimẽtũ. pp qḋ ꝛ de eo q̇ ẽ i agro sub
dit: ꝛ q̇ i agro ẽ nõ reuer. tol. tu. sui. Si.n. q̇ i ciuita
te sũt fugiũt: mltomag' q̇ foris sũt nõ dꝫ ad ciuitatẽ
refugẽ. ꝛ q̇dẽ pecunias cõtẽnẽ facile ẽ ꝛ puidẽ sibi in
vestimẽtis ñ difficile. q̃ ãt a nã sũt. q̇l'r al. q̇s fugiet:
Qualr.n. pgnãs fiet leuis ad fugã: aut lactãs poterit
eũ quẽ pepit deserẽ: pp qḋ subdit. Ue ãt pg. ꝛ nu. in
il. dieb⁹. His q̇dẽ qꝛ pigriores sũt: ꝛ qꝛ facile fugẽ nõ
pñt onẽ cõceptõis grauate: his aũt qꝛ cõtinẽt viculo
cõpassiõis filioꝝ: ꝛ ñ pñt sil' saluare eos quos lactãt.
ORI. Uel qñ nõ erit tũc tps miserendi: neqꝫ sup
pgnãtes: neqꝫ sup lactãtes: neqꝫ sup ĩfãtes eaꝝ: ꝛ q̃si
ad iudeos loq̃ns: q̇ arbitrabãt i sabbato ñ oportere
ãbulare viã ăpli⁹ q̃ ẽ sabbati iter subdit: Orate aũt
vt nõ fiat fuga ve. hye. vel sabbato. HIE. Quia. s. i
altero duricia frigoris phibet ad solitudines pgẽ ꝛ
in mõtib⁹ desertisqꝫ latitare: i alt'o ãt trãsgressio leg'
est si fugẽ voluerint: aut mors imminẽs si remãserit
CHRY. in ho. Uide aũt qñ aduersus iudeos ẽ h̄
smo. nõ.n. apl'i sabbatũ erãt obsuaturi neqꝫ ibi mã

suri: cū vespasian⁹ h̄ egit: eteni plures eorū p̄mortui
erāt. Si aūt aliq̄s remāserat in alijs ptib⁹ orbis trax
tūc cōuersabaᷓ. pp q̄d aūt h̄ orādū eē dixerit subdit
Erit.n.tribu.mag.qua.nō fu.ab ini.mū.vsq̄ȝ mo.ne.
fiet AVG.ad esichiū: Apud lucā sic legiᷓ: Erit aūt
p̄ssura magna sup terraȝ: ꝛ ira pplo huic: ꝛ cadēt in
ore gladij: ꝛ captiui ducēᷓ in omēs gētes. Nā ꝛ iose
ph⁹ q̄ iudaicā scp̄sit historiā talia mala dic̄ illi pplo
tūc accidisse: vt vix credibilia eēnt. vn̄ nō immerito
dictū ē: talē tribulatōem nec fuisse a creature initio:
nec futurā: sȝ ꝛ si tpe antixp̄i talis aut maior forsitā
erit: intelligēdū est de illo pplo dictū: q̄ eis tal' am
pli⁹ futura nō erit. Si.n.antixp̄m illi p̄mit⁹ ꝛ p̄cipue
recepturi sunt: factur⁹ ē tūc idē ppl's tribulatōeȝ po
ti⁹ q̄ȝ passur⁹. CHRY.in ho. Interrogo āt iudeos
vnde tā intolerabilis ira diuinit⁹ venit sup eos oib⁹
q̄ an̄ facte sunt difficilior: nā manifestū ē q̄m pp̄ter
crucis manifestatōeȝ. sed adhuc ondit oipotēs gra
uiori pena fuisse dignos in h̄ q̄ dr̄: Et nisi breuiati
fuissent dies illi: nō fieret salua oīs caro. ac si diceᷓ
Si ampli⁹ durasset p̄liū romanoꝝ aduersus ciuita/
tē: vniuersi perissent iudei. Oēm.n.carnē iudaicā di
cit: ꝛ qui foris ꝛ qui int⁹ erāt. nō.n.solū eos q̄ in iu/
dea erāt impugnabāt romani: sed ꝛ eos q̄ vbiq̄ȝ di/
sp̄si erāt p̄seq̄bāᷓ. AVG.ad esichiū: Quidā aūt cō
ueniēter mihi intellexisse videᷓ mala ip̄a significata
noīe dieꝝ: sicut sunt dicti dies mali in alijs scp̄ture
diuine locis. Neq̄ȝ.n.dies ip̄si mali sūt: sed ea q̄ fiūt
in eis. ip̄a.n.dicta sunt breuiari: vt deo tolerātiā do
nāte min⁹ sētirēᷓ: ac sic q̄ magna eēnt: fierēt breuia
CHRY.in ho. Ne vō iudei dicerēt q̄m pp p̄dica/
tōem ꝛ discipulos xp̄i h̄ mala euenerūt. ondit q̄ ni
si illi eēnt: radicit⁹ p̄issēt. vn̄ subdiᷓ: Sȝ p.ele.bre.di.
illi. AVG.ad esichiū: Nō.n.debem⁹ ambigere: q̄m
euersa ē hierusalē fuisse in illo pplo electos dei qui
ex circūcisiōe crediderāt: siue fuerāt credituri: electi
an̄ ɔstitōem mūdi: pp quos breuiarēᷓ dies illi: vt tole
rabilia mala fierēt. Nō autem desūt: q̄ existimāt ita
breuiores dies illos futuros: q̄ curso solis celeriore
breuiēᷓ sic̄ fuit lōgior dies orante iesu naue. HIE.
Nec recordāᷓ illi⁹ scp̄ti: Ordinatōe tua p̄seuerāt di
es: sȝ iuxta tpū q̄litatē. i. abbreuiatos nō mēsura: sed
nūero: ne tpū mora ɔcutiaᷓ credētiū fides. AVG.
ad esichiū: Nō tn̄ putem⁹ hebdomadas daniel': l' pp
dieꝝ breuitatōes fuisse turbatas: vel illo iā tpe non
fuisse cōpletas: sȝ in fine tpū eē cōplēdas. Aptissime
HIERO. Sciebat enī quasi deus quicqđ dixissz torquēdū ad calūniā. Quāto ergo iesus magis tacebat ad indignos respōsiōe sua falsos testes ⁊ sacerdotes impios: tātomagis pōtifex furore supat' euz ad respōdendū ꝓuocat: vt ex qualibet occasiōe sermonis locū inueniat accusandi. vn̄ sequiť: Et prin. sacer. ait illi: Adiuro te p̄ deū viuū vt di. no. si tu es christ' filius dei. ORIGE. Jn lege quidē adiurandi vsum aliquotiēs inuenim'. estimo autē quoniā nō oportet vt vir qui vult sm̄ euangeliū viuere adiuret alterū. Si enī iurare nō licet nec adiurare: sed ⁊ qui respicit iesum imperantē demonib' ⁊ potestatez dantē discipulis super demonia: dicet q̄ sm̄ potestatē datam a saluatore nō est adiurare demōia. Princeps autē sacerdotū peccatū faciebat insidiās iesu: ⁊ ideo imitabať ꝓpriū patrē: qui bis dubie interrogauit saluatorē: Si tu es christ' fili' dei. vnde quis recte dicere potest quoniā dubitare de filio dei vtrū ip̄e sit christ': opus diaboli est. Non decebat autē dominū ad adiuratōez p̄ncipis respōdere sacerdotū quasi vim passum: ꝓpter quod nec denegauit se filiū dei esse: nec manifeste ↄfessus est. vn̄ sequiť: Dicit illi iesus: tu dixisti. Nō. n. erat dign' christi doctrina: ꝓpterea nō eū docet: sed verbū oris ei' accipiēs: in redargutōem ip̄i' cōuertit. Sequiť: Uerūtamē dico vo. ammo. vide. filiū homi. sedē. a dex. virtutis dei. Uidetur mihi quoniā firmitatē quandam regalez significat sessio filij hominis. iuxta virtutē ergo dei qui sol' est virt' fundat' est qui accepit omnē potestatē a patre sicut in celo ⁊ in terra. Erit aūt quādo hāc fundatōem videbūt etiā aduersarij q̄ a t̄pe dispēsatōnis incepit impleri. Uiderūt enī ei' discipuli eū resurgentē a mortuis ⁊ p̄ hoc viderūt eū fundatū ad dextrā virtutis. Uel q: sm̄ lōgitudinē sempiternā que est apud deū a ↄstōe mūdi vsq̄ ad finē est vn' dies. Nihil ergo mirū q̄ h̄ dicit saluator: Ammodo. spaciū est breuissimū vsq̄ ad finē ostēdēs. ⁊ nō solū sedētē eū ad dextrā virtutis visuros prophetabat: sed etiam venientē in nubib' celi. vnde sequiť: Et veni. in nubibus celi. He nubes sunt ꝓphete ⁊ apostoli christi: quib' mādat pluere cum oportet: ⁊ sunt nubes celi non transeūtes: q̄si

portantes imaginem celestis: ⁊ digne sunt vt sint sedes dei quasi heredes dei ⁊ coheredes christi.

HIERO. Pōtificē autē de solio sacerdotali furor excusserat: eadē rabies ad scindēdū vestes ꝓuocat. vnde sequit̄: Tūc p̄nceps sacerdo. scidit vestimēta sua dicēs: Blasphemauit. Consuetudinis enī iudaice est: ꝙ cū aliquid blasphemiū ⁊ quasi contra deū audierit: scindāt vestimēta sua. CHRY. i home. Hoc igit̄ fecit vt accusatōnem redderet grauiorē: ⁊ quod verbis dicebat: factis extolleret. HIE. Per hoc autē ꝙ scidit vestimēta sua: ostēdit iudeos sacerdotalē gloriā ꝑdidisse: ⁊ vacuā sedē habere pōtificis. Dum enī vestē sibi discidit: ipm̄ quo tegebatur velamētū legis abrupit. CHRY. in homelia: Cum ergo scidisset vestimēta sua: nō fecit sentētiaꝫ a seipso sed ab alijs eam exquirit dicēs: Quid vobis videt̄? Sicut in cōfessis peccatis ⁊ blasphemia manifesta fieri solet: ⁊ quasi cogēs ⁊ violentiā inferēs ad sentētiā ꝓferēdā preuenit auditorē dicēs: Quid adhuc egemꝰ testibus? Ecce nūc audi. blasphemiā. Que aūt fuit illa blasphemia? Etenī ante eis cōgregatis dixerat: Dixit dominꝰ dn̄o meo: sede a dextris meis: ⁊ interp̄tatꝰ est eis ⁊ siluerūt: nec decetero cōtradixerūt: qualiter ergo nūc qđ dictū est blasphemiam vocāt? Sequit̄: At illi respōdētes dixerunt: Reus est mortis. Ipsi accusantes: ipsi discutientes: ipsi īsaniam ꝓferētes. ORIGE. Quātū putas fuit erroris: ipsam p̄ncipalē omniū vitā reā mortis ꝓnūciare: ⁊ ꝑ tantorū resurgētiū testimonia: nō respicere fontē vite de quo in oēs resurgētes vita fluebat.

CHRY. in home. Ut aūt venatōem inuenientes ita suam demōstrabāt ebrietatē: ⁊ insania ferebāt̄. Sequit̄. Tūc expue. in fa. eius ⁊ cola. eū ceciderūt.

HIERO. Ut cōpleret̄ quod dictū est: Dedi maxillā meā alapis: ⁊ faciē meā nō auerti a cōfusione sputorū. Sequit̄: Alij aūt pal. in faci. eiꝰ dede. dicē. Prophetiza no. christe: quis est qui te percussit?

GLO. In cōtumeliā enī hoc dicit̄: qui se ꝓphetā haberi voluit a populis. HIERO. Stultū auteꝫ erat verberātibꝰ respōdere ⁊ ꝓphetare cedētē: cum palam ꝑcutiētis insania videret̄. CHRY. i home. Attēde aūt ꝙ euāgelista cū summa diligētia que vident̄ esse exprobratissima exponit: nihil occultans aut verecūdans: sed gloriā existimās maximā dominatorē orbis terrarū pro nobis talia sustinere. Hoc aūt legamꝰ cōtinue: hoc nostre mēti inscribamus ⁊ in his gloriemur. AVGV. de questi. euāg. Quod autem dictū est: Expuerūt in faciē eius, significauit eos qui p̄sentiā gratie eius respuūt. Item tanq̄ȝ colaphis euꝫ cedūt: qui ei honores suos preferūt. Palmas in faciē eius dant: qui perfidia cecati: eum nō venisse affirmāt: tanq̄ȝ presentiā eius exterminātes ⁊ repellētes.

Petrus uero sedebat foris in atrio: ⁊ accessit ad euꝫ una ancilla dicens: Et tu cū iesu galileo eras. At ille negauit corā omnibꝰ dicēs: Nescio quid dicis. Exeūte autē illo ianuam: uidit eū alia ancilla: ⁊ ait his qui erant ibi: Et hic erat cū iesu nazareno. Et iterū negauit cum iuramēto: quia nō noui hominē. Et pꝰ pusillū accesserūt qui stabāt ⁊ dixerunt petro: Uere tu ex illis es. Nā ⁊ loq̄la tua manifestū te facit. Tūc cepit detestari ⁊ iurare: quia nō nouisset hominē. Et continuo gallus cātauit. Et recordatus est petrus uerbi iesu quod dixerat: p̄usq̄ȝ gallus cātet: ter me negabis. Et egressus foras fleuit amare.

AVGV. de con. euā. Inter p̄dictas dn̄i cōtumelias trina negatio petri facta est: quā nō oēs euangeliste eodē ordine narrāt. Lucas eīȝ explicat prius tētatōem petri: tūc demū cōtumelias dn̄i. Sȝ mattheus ⁊ marcꝰ eas p̄mo cōmemorāt: ⁊ deinde petri tentatōem. Sic enī hic sequit̄: Petrꝰ vero sedebat foris in atrio. HIERO. Foris sedebat vt videret exitū rei: ⁊ nō appropiquabat iesu: ne ministris aliqua suspicio nasceret̄. CHRY. in homel. Et qui quādo detentū magistrū vidit solū: ita efferbuit vt gladiū euaginauerit: ⁊ auriculā absciderit: quando cōtumelias christi audiuit negator efficitur: ⁊ vilis puelle minas non sustinet. Sequit̄ enī: Et accessit ad eum vna ancilla dicēs: Et tu cū iesu gali. eras.

RABA. Quid sibi vult quia p̄ma eū ꝓdit ancilla cū viri magis euꝫ potuerit recognoscere: nisi ꝙ iste sexus peccare in nece dn̄i videret̄: vt eius passiōe redimeret̄. Sequit̄: At ille negauit corā omnibꝰ dicēs Nescio quid dicis. Palā coram omnibꝰ negauit: quia se manifestare expauit qđ dicebat̄ se nescire: respondit: quia pro saluatore adhuc mori noluit.

LEO papa in ser. de pas. Ob hoc aūt sicut apparet hesitare permissus est: vt in ecclesie p̄ncipe remediū penitētie conderet̄: ⁊ nemo auderet de sua virtute confidere: quādo mutabilitatis periculū: nec btūs petrus potuisset euadere. CHRY. in home. Non solum autē semel sed et secūdo ⁊ tertio negat ī breui tempe. vnde sequit̄: Exeūte aūt eo ianuā: vidit eū alia ancilla ⁊ ait his qui erāt ibi: Et hic erat cū iesu nazareno. AVGV. de con. euāge. Intelligit̄ autē ꝙ postq̄ȝ exiit foras cum iam semel negasset gallus cātauit primū quod marcus dicit. CHRY. in home. Ut ostēdat ꝙ neq̄ȝ vox galli eum a negatōe detinuit: neq̄ȝ in memoriā sue promissiōis reduxit.

AVGV. de concor. euange. Non autē foris ante ianuam iterum negauit: sed cum redisset ad focū neq̄ȝ enī iam exierat ⁊ foris eum vidit altera ancilla: sed cum exiret eum vidit. i. cum surgeret ⁊ exiret animaduertit: ⁊ dixit his qui erant ibi. i. qui simul aderāt ad ignem in atrio: Et hic erat cum iesu nazareno. Ille autē qui foras exierat: hoc audito regressus est: vt se quasi purgaret negando. Uel quod est credibilius: non audiuit quod de eo dictum fuerat cum foras exiret: et posteaq̄ȝ rediit quod dictuꝫ est ei quod lucas commemorat. Sequitur: Et iterum

negauit cum iuramēto: quia non noui hominē.

HIE. Scio quosdā pio affectu erga apostolū petrū locū hūc ita interptatos: vt dicerēt petrū hominem negasse: nō deū: ⁊ esse sensum: Nescio hoīem. quia scio deū. Hoc ꝗ̄ friuolū sit: prudēs lector itelligit. si enī iste nō negauit: ergo mētitꝰ est dominus qui dixerat: Ter me negabis. RAB. In hac aūt negatōe petri dicimꝰ nō solū abnegare christū: qui dicit eū non esse christū: sed qui eū scit negat se esse christianū. AVG. de cō. euāg. Nūc iam de tertia negatōne inspiciamꝰ. Sequit enī: Et post pusil. accesserūt qui sta. ⁊ dixe. petro: Uere ⁊ tu ex illis es. Lucas aūt dicit: Interuallo facto quasi hore vniꝰ et cum cōuicit. cō. equēter adiūgit: Nā ⁊ loquela tua manifestū te facit. HIE. Nō quo alteriꝰ sermōis eēt petrꝰ aut gētis externe: omēs quippe hebrei erāt et qui arguebāt: ⁊ qui arguebat: sed quo vnaqueq; puīcia habz ꝓprietates suas ⁊ vernaculū loquēdi sonū vitare nō possit. REMI. Uide aūt ꝗ̄ sint noxia prauorū hoīm colloquia: ipa quippe coegerunt petrū negare dnm: quē prius cōfessus fuerat esse dei filiū. Sequit enī. Tūc cepit detestari ⁊ iurare: quia nō nouisset hoīem. RABA. Nota quia pmū ait Nescio quid dicis. scdo cum iuramēto negat. tertio cepit detestari ⁊ iurare: quia nō nouit hominē. Perseuerare quippe in peccato dat incremētū scelerū: ⁊ quia minima spernit: cadit in maiora. REMI. Spiritaliter aūt per hoc ꝙ petrꝰ ante pmū galli cantū negauit: illi designāt qui ante christi resurrectōem nō credebāt eū esse deū eiꝰ morte turbati. Per hoc aūt ꝙ post galli cantum negauit: illi designātur qui in vtraq; dnī nām ⁊ sm deū ⁊ sm hominē errant. Per primā aūt ancillā designat cupiditas: per secundā carnalis delectatio: per illos qui astabant demones intelligūtur: his enī trahuntur hoīes ad christi negatōem. ORIGE. Uel p pmā ancillā intelligit synagoga iudeorū: qui frequēter compulerūt denegare fideles: per secundā congregatio gentiū: qui etiā persecuti sunt christianos: p tertiā stātes in atrio ministri heresum diuersarū.

AVGV. de que. euan. Ter etiā petrꝰ negauit: nā ⁊ error hereticorū de christo tribꝰ generibꝰ terminatur. Aut enī ex diuinitate: aut humanitate: aut de vtroq; fallunt. RAB. Post tertiā aūt negatōnē sequit galli cantꝰ: ⁊ hoc est quod subdit: Et cōti. gallus cātauit. Per quē doctor ecclesie intelligit qui somnolētos increpans ait: Euigilate iusti: ⁊ nolite peccare. Solet aūt sacra scriptura sepe meritū causarū per statū designare temporū. vnde petrꝰ qui media nocte peccauit: ad galli cantū penituit. vnde sequit: Et recordatꝰ est petrꝰ verbi iesu quod dixerat: Priusq; gallus cantet: ter me negabis. HIERO. In alio euāgelio legimꝰ ꝙ post negatōnem petri ⁊ galli cantū respexit saluator petrū: ⁊ intuitu suo eū ad amaras lachrymas ꝓuocauit: non enī fieri poterat vt in negatōis tenebris pmaneret: quē lux respexerat mūdi. vnde ⁊ hic sequit: Et egressus foras fleuit amare. In atrio enim cayphe sedēs nō poterat agere penitentiā. vnde foras egredit de impiorū cōsilio vt pauide negatōis sordes amaris fletibꝰ lauet.

LEO papa: Felices o apostole sancte lachryme tue: que ad diluendā culpā negatiōis: virtutē sacri habuere baptismatis. Affuit enī dextra domini iesu christi: qui labentē te priusq; deciperis: ⁊ firmitatem standi in ipo cadēdi piculo recepisti. cito itaq; ad soliditatē rediit petra: tanq; recipiēs fortitudinē vt qui tūc in christi expauerat passione: in suo post supplicio nō timeret: sz cōstās pmaneret. XXVII

Mane autē facto: cōsiliū inierūt oēs pncipes sacerdotū ⁊ seniores populi aduersus iesum: ut eū morti traderēt. Et uictū adduxerūt eū: ⁊ tradiderūt pōtio pilato presidi. Tūc uidēs iudas qui eū tradidit ꝙ dānatus eēt: penitētia ductus retulit trigita argenteos pncipibꝰ sacerdotū ⁊ senioribus dicēs: Peccaui: tradēs sanguinē iustū. At illi dixerūt: Quid ad nos? Tu uideris. Et proiectis argēteis in templo recessit: ⁊ abiens laqueo se suspendit.

AVGV. de con. euange. Cōtexuerat superius euangelista narratiōez in his que cū domino acta sunt vsq; ad mane. Sed postea rediit ad narrandā petri negatōem: qua terminata rediit ad mane: vt inde cetera cōtexeret. Et hoc est quod dicit: Mane autē facto consiliū inierunt omnes pncipes sacerdotū ⁊ seniores populi aduersus iesum: vt eum morti traderēt. ORIGE. Putātes per mortem extīguere eius doctrinā ⁊ fidem apud eos qui crediderūt in eum quasi in filiū dei. Talia autē consiliantes: alligauerūt iesum soluentē a vinculis. vnde sequitur: Et vinctū adduxerūt eum: ⁊ tradiderūt pōtio pilato presidi. HIERO. Uide sollicitudinem sacerdotū in malum. tota nocte vigilarūt vt homicidium facerēt: ⁊ vinctum tradiderūt pilato. Habebant enim hunc morem: vt quē adiudicassent morti: ligatū iudici traderēt. RABA. Attamē notandum ꝙ non tūc primū ligauerūt: sed mox comprehensum in orto: vt iohānes declarat. CHRY. in home. Ideo autē eum non occulte interfecerūt: qa nō habebāt eius glorie detrahere. multi enī eū ad mirabātur: ⁊ propter hoc studuerūt publice et coram hominibus eum occidere: ⁊ ideo ad presidē eū duxerūt. HIERO. Uidens autē iudas dominum adiudicasse morti: preciū retulit sacerdotibꝰ: quasi in potestate sua esset persecutorū immutare sententiam. vnde sequitur: Tunc videns iudas qui tradidit eum ꝙ damnatus esset: penitētia ductus: retulit trigita argēteos pncipibꝰ sacerdotū ⁊ senioribus populi dicēs: Peccaui: tradēs sanguinē iustum.

ORIGE. Respōdeant mihi qui de naturis quasdā fabulas introducūt: vnde ē ꝙ iudas cognoscēs peccatū suū dixit: Peccaui tradēs sanguinē iustū: nisi ex bona plātatōe mētis ⁊ seminatōe virtutis: q̄ seminata est in q̄libet rōnali aīa: quā non coluit iudas: ⁊ iō cecidit in tale petū. Si aūt nature parētis

est aliquis hominū: magis huius nature fuit iudas
Et siquidē post resurrectōem christi hoc dixisset iu
das: forsitā erat dicēdū qm̄ cōpulit eū penitere de
peccato ipa virt⁹ resurrectōis. Nūc aūt vidēs eum
traditū esse pilato penituit: forsitan recordat⁹ q̄ fre
quēter iesus dixerat de sua resurrectōe futura. For
sitā ꝛ sathanas qui ingressus in eū fuerat: pñto fuit
ei donec iesus tradereť pilato. Postq̄ꝫ aūt fecit qḋ
voluit recessit ab eo: quo recedēte pniam capē po/
tuit. Sed quō vidit iudas qm̄ cōdēnat⁹ est: nōduꝫ
eni a pilato fuerat interrogat⁹: forsitā dicet aliq̄s
qm̄ ꝯsiderat ōe mētis sue vidit exitū rei ex eo ꝙ tra/
ditū aspexit. Ali⁹ āt dicet: qm̄ qḋ scriptū ē: Uidēs iu
das qꝛ ꝯdēnat⁹ est. ad iudā referť: tūc eni sensit ma/
lū suū: ꝛ intellexit se ꝯdēnatū. LEO pa. Dicendo
eni: Peccaui tradēs sanguinē iustū. in impietate sue
pfidia pstitit: qui iesum nō dei filiuꝫ: sed nr̄e tm̄mō
ꝯditōis hoiem: etiā inter extrema mortis sue picula
credidit: cui⁹ flexisset miam si eius oīpotētiā nō ne
gasset. CHRY. in home. Uide aūt qm̄ pniaꝫ agit
qm̄ cōpletū est ꝛ finē accepit peccatū. Nō eni pmit
tit diabol⁹ eos qui nō vigilāt videre malū anq̄ꝫ pfi
ciāt. Sequiť: At illi dixerūt: Quid ad nos: tu videris
Ac si dicāt: Quid ad nos ptinet si iust⁹ ē: tu videris
.i. op⁹ tuū quale sit manifestabiť. Quidā aūt cōiun
ctim voluerūt legere hec verba vt sit sensus: cui⁹ esti
matōis deputaris apud nos qui eū quē tradidisti:
iustū cōfiteris: ORIG. Recedēte autē ab aliquo
diabolo: obseruat tēpus iterū: ꝛ postq̄ꝫ cognouerit ꝛ
ad scdm̄ peccatū induxerit: obseruat etiā tertie de/
ceptōis locū. Sicut ille qui pmo vxorē pris habuit
de h̄ malo postea penituit. Sed postea diabol⁹ vo
luit hācipaꝫ tristiciā exaggerare vt ipa tristicia abū
dātior facta absorberet tristātē. Silr̄ aliq̄d factuꝫ ē
in iuda. Postq̄ꝫ. n. penituit nō seruauit cor suū: sed
suscepit abūdantiorē tristiciā a diabolo sibi submis
sam: qꝛ voluit eū absorbere. vn̄ sequiť: Et abiēs laq̄o
se suspēd. ē. Si aūt locū pnie req̄sisset: ꝛ tps pnie ob
seruasset: forsitā inuenisset eū qui dixit: Nolo mor/
tē pctōris. Uel forte existimauit puenire magistruꝫ
moriturū: ꝛ occurrere ei cum aīa nuda vt cōfitēs ꝛ
depcās miam mereret: nec vidit qꝛ nō cōuenit ser
uū dei seipm̄ expellere de hac vita: sed expectare dei
iudiciū. RABA. Suspēdit aūt se laq̄o: vt se ondē
ret celo terreq̄ꝫ perosum. AVG. de ques. no. ꝛ ve.
testa. Sed occupatis pncipib⁹ sacerdotū ad necem
dn̄i a mane vsq̄ꝫ ad horā nonā quō iudeis retulisse
preciū sanguinis qḋ accepat ante crucē dn̄i pbať
ꝛ dixisse illis i tēplo: peccaui ꝙ tradideri sanguineꝫ
iustū: cū cōstet oēs pncipes ꝛ seniores aū passiōem
dn̄i nō fuisse in tēplo. Quippe cū in cruce posito in
sultarent ei. Nec. n. fide pōt pbari: qꝛ ante passionē
dn̄i relatū est cū sint mlťa que ante facta pbātur: ꝛ
nouissima ordināť. Sed ne forte post horā nonaꝫ
factū sit: vt vidēs iudas occisuꝫ saluatorē: ꝛ ob hoc
velū tēpli scissum: terrā tremuisse: saxa fissa: elemēta
cōterrita: ipo metu corrept⁹ doluerit. Sed post ho/
ram nonā occupati erāt vt existimo seniores ꝛ pn/
cipes sacerdotū ad celebratōnem pasche. Sabbato
aūt sm̄ legē nō licet nūmos portare: ac p hoc non
ē probabile apud me quo die immo tēpore laqueo
vitam finierit iudas.

Principes autē sacerdotū acce
ptis argēteis dixerūt: Nō licet eos
mittere in corbonā: quia preciū san
guinis est. Cōsilio aūt īito: emerūt
ex illis agrū figuli in sepulturā pere
grinorū: ppter hoc vocat⁹ est ager
ille acheldemach: hoc est ager sāgui
nis: vsq̄ꝫ in hodiernū diē. Tunc im
pletū est quod dictū est p hieremiā
pphetā dicētē: Et acceperūt trigi
ta argēteos pciū appciati quē appre
ciauerūt a filijs isrl̄: ꝛ dederūt eos i
agrū figuli: sicut ꝯstituit mihi dn̄s.

CHRY. in home. Quia pncipes sacerdotū noue
rant ꝙ occisiōem emerāt a propa cōsciētia cōdem
nati fuerūt: ꝛ ad hoc ostēdendū subdit euāgelista.
Pricipes aūt sacerdotū acceptis argēteis dixerunt
Non licet eos mittere in corbonā: quia preciū san
guinis est. HIE. Uere culicē liquētes ꝛ camelum
glutiētes. si eni ideo non mittūt pecuniā in corbo
nā hoc est in gazophylatiū ꝛ dona dei: quia pciuꝫ
sanguinis est: cur ipe sanguis effundiť: ORIG.
Uidebāt autē quoniā circa mortuos magis eaꝫ pe
cuniā cōueniebat expendi que preciū sanguis erat.
Sed quia ꝛ inter loca mortuorū sunt differētie: vsi
sunt precio sanguinis iesu ad cōparationē agri fi/
guli alicuius: vt in eo pegrini sepeliant: non sm̄ vo
tum suū in monumētis paternis. vnde sequiť: Cōsi
lio aūt inito emerūt ex illis agrū figuli in sepulturā
peregrinorū. AVG. in ser. de ce. do. Prouidentia
aūt dei factū puto vt preciū saluatoris nō peccato
ribus sumptū prebeat: sed peregrinis requiē submi
nistret: vt iam exinde christ⁹ ꝛ viuos sanguinis sui
passione redimat: ꝛ mortuos preciosa passiōe susci/
piat. Precio ergo dominici sanguinis ager figli cō
parať. Legim⁹ in scripturis ꝙ toti⁹ generis hūani
salus redempta sit sanguine saluatoris. Ager ergo
iste mundus hic totus est. Figulus autē qui mun/
di possit habere dominatū: ipse est qui vascula cor/
poris nostri fecit de limo. Istius itaq̄ꝫ figuli ager
christi sanguine emptus est: peregrinis inquaꝫ qui
sine domo patria ꝛ toto orbe exules iactabanť: re/
quies christi sanguine prouideť. Istos autē pegri/
nos esse dicimus deuotissimos christianos: qui re/
nunciantes seculo: nihil possidētes in mundo: in
christi sanguine requiescūt. Sepultura enim chri/
sti nihil aliud est q̄ꝫ requies christiani. Consepulti
enim sumus: sicut ait apostolus cuꝫ illo per baptis/
mum in morte. Nos ergo peregrini in hoc mundo
sumus: ꝛ tanq̄ꝫ hospites in hac luce versamur.

HIERO. Qui etiam peregrini eramus a lege et
prophetis praua iudeorꝫ studia suscepimus in salu
tem. ORIGE. Uel peregrinos dicimus qui vsq̄ꝫ
ad finem extranei sunt a deo: nam iusti consepulti
sunt christo i monumēto nouo qḋ excisū ē i petra
Qui aūt alieni sunt: a deo vsq̄ꝫ in finē sepulti sunt

in agro figuli operãtis lutũ: qui precio sanguis est comparatꝰ: ⁊ ager sanguinis nominat᷑. vnde sequitur Propter hoc vocatꝰ est ager ille acheldemach: hoc est ager sanguinis vsq; in hodiernã diem. GLO. Quod referendũ est ad tempꝰ quo euãgelista hꝰ scripsit. deinde cõfirmat idẽ ꝓphetico testimonio di. Tunc impletũ est quod dictũ est per Jsaiã prophetam dicentẽ: Et acceperũt trigĩta argẽteos preciũ appreciati quẽ appreciauerũt a filiis israel: ⁊ dederunt eos in agrũ figuli: sicut constituit mihi dominus. HIERO. Hoc in hieremia penitus non inuenitur: sed in zacharia qui penultimus est duodecim prophetarũ quedã similitudo refertur: ⁊ q̃q̃ sensus non multũ discrepet: tamẽ ordo ⁊ verba diuersa sunt. AVGV. de cõcor. euãge. Siquis ergo putat ideo fidei euãgeliste aliquid derogandũ: primo nouerit non omnes codices euangeliorũ habere: qȯ per hieremiã dictũ sit: sed tm̃modo per ꝓphetam. Mihi autẽ hec non placet defensio: quia et plures codices habẽt hieremie nomen ⁊ antiquiores: ⁊ nulli fuit causa cur adderet᷑ hoc nomẽ: ⁊ mẽdositas fieret. Cur autẽ tolleret᷑ fuit vtraq; causa vt hoc audax imperitia faceret: predicta questiõe turbata. Potuit autẽ fieri vt animo matthei euãgeliũ scribẽtis: pro zacharia hieremias occurreret: vt fieri solet: quod tamẽ sine vlla dubitatõne emẽdaret saltem ab his admonitus: qui ipo adhuc in carne viuente hec legere potuerũt: nisi cogitaret recordationis sue que spiritusancto regebatur: non occurrisse aliud pro alio nomẽ prophete: nisi quia dominus hoc ita scribi cõstituit. Cur autẽ constituerit: prima causa est: quia sic insinuat᷑ ita omnes ꝓphetas vno spiritu locutos: mirabili inter se consensione constare: vt hoc multo amplius sit: q̃ si omniũ verba prophetarũ vno vnius hominis ore demonstrẽtur. ⁊ ideo indubitãter accipi debẽt queciq; ꝑ eos spiritussanctꝰ dixit: ⁊ singula esse omniũ: ⁊ omnia singulorũ. Si enĩ hodie quisq; volẽs alicuiꝰ verba indicare: dicat nomẽ alteriꝰ in quo dicta sunt: qui tamẽ sit amicissimus illius: cuius verba dicere voluit: ⁊ cõtinuo recordatus alium pro alio se dixisse ita se corrigat: vt tamẽ dicat: bene dixi: nihil aliud intuens nisi inter ambos esse concordiã: q̃to magis de prophetis sanctis hoc commẽdandũ fuit Est ⁊ alia causa cur hoc nomẽ hieremie in testimonio zacharie sit manere permissum: vel potius sanctispiritus auctoritate preceptũ sit. Est apud hieremiam: ꝙ emerit agrũ a filio fratris sui: ⁊ dederit ei argentũ: nõ quidẽ sub hoc nomine precii: quod positum est apud zachariã triginta argenteis. ꝙ autẽ prophetiã de triginta argẽteis ad hoc interpretatus sit euangelista: quod modo de domino completũ est: manifestũ est: sed ad hoc pertinere etiã illud de agro empto quod hieremias dicit: hinc potest mystice significari: vt non hic zacharie nomẽ poneret᷑ qui dixit: triginta argenteis: sed hieremie qui dixit de agro empto: vt lecto euangelio atq; inuento nomine hieremie: lecto aũt hieremia: ⁊ non inuento testimonio de triginta argenteis: inuento tamen agro empto: admoneat᷑ lector vtrũq; conferre: ⁊ inde sensum enucleare prophetie: quomodo pertineat ad hoc quod in domino completũ est. Nam illud quod subiecit huic testimonio Mattheus cum ait. Quẽ appreciauerũt a filiis israel: ⁊ dederũt eos in agrũ figuli: sicut constituit mihi dominus. nec apud zachariã: nec apud hieremiam reperit᷑. Unde magis ex persona euangeliste accipiendũ est: ⁊ mystice insertũ: quia hoc ex domini reuelatiõe cognouerit ad hanc rem que de christi precio facta est huiusmodi pertinere prophetiã. HIERO. de optimo genere interpretãdi: Absit ergo de pedisse quo christi ꝙ possit argui de falso: cui cura fuit nõ vba ⁊ syllabas aucupari: sed sentẽtias dogmatũ ponere. CHRY. in home. Legi nuper in quodam hebraico volumine: quod nazaree secte mihi hebreus contulit hieremie apochryphũ: in quo hoc ad verbum scriptũ reperi: sed tamẽ mihi videt᷑ magis de zacharia sumptũ testimoniũ euangelistarũ: ⁊ apostolorũ more vulgato: quo verborũ ordine pretermisso: sensus tamẽ de veteri testamẽto proferunt exemplũ.

¶ Jesus autẽ stetit ante presidem ⁊ interrogauit eum preses dicens: Tu es rex iudeorũ? Dicit illi iesus Tu dicis. Et cum accusaret᷑ a principibus sacerdotũ ⁊ seniorihꝰ: nihil respondit. Tũc dicit illi pilatꝰ: Nõ audis quãta aduersum te dicunt testimonia? Et non respõdit ei ad ullum uerbũ: ita ut miraretur preses uehementer.

¶ AVGV. de con. euange. Finitis his que Mattheus de iuda proditore interposuit ad ordinẽ narratõnis reuertit᷑ dicens: Jesus autẽ stetit ante presidem. ORIGE. Judex totiꝰ creature cõstitutus a patre: vide q̃tũ se humiliauit: vt acquiesceret stare ante iudicẽ tũc terre iudee: ⁊ interrogatꝰ est interrogatõem quam forsitan deridẽs aut dubitãs pilatꝰ interrogat. vnde sequit᷑: Et interrogauit eũ preses dicens: Tu es rex iudeorũ? CHRY. in home. Jd pilatus interrogat quod aduersarii cõtra ipsum cõtinue reuoluebãt. Quia enim sciebant pilatũ nullam curam facientẽ legaliũ ad publicas accusationes rem ducũt. ORIGE. Uel pronũciatiue hoc dixit pilatus. vnde ⁊ alibi scripsit in titulo: Rex iudeorũ. Pricipi autẽ sacerdotũ respõdẽs: Tu dixisti oblique arguit eius dubitatiõem. Pilati vero sententiã cõfirmat pronunciãtis. vnde sequit᷑: Dicit ei iesus: Tu dicis. CHRY. in home. Cõfessus est se esse regẽ: sed celestẽ: vt in alio euãgelio manifestiꝰ legit᷑. Regnũ inquit meũ non est de hoc mũdo: vt neq; iudei neq; pilatꝰ excusatõem habeãt: huic accusatõi insistẽtes. HYLA. Uel interrogãti pontifici: an ipse esset iesus cristꝰ dixerat: Tu dixisti. quia semper futurũ christũ ex lege ipe dixisset: huic vero legis ignaro interrogãti an ipe esset rex iudeorũ dꝛ Tu dicis. quia per fidẽ presentis confessiõis salꝰ gẽtium est. HIERO. Attẽde autẽ ꝙ pilato qui inuitus promebat sentẽtiã aliqua ex parte respõdit:

sacerdotib⁹ aũt ꝛ p̃ncipibus sacerdotũ respondere noluit:indignos eos suo sermone iudicãs. vñ seqꝛ: Et cũ accu.a p̃n.sacer.ꝛ senio.nihil rñdit. AVG. de cõ.euã. Lucas autẽ ipa crimina que accusantes obiecerũt aperuit.dicit enĩ: Ceperunt illũ accusare dicẽtes: Hũc inuenim⁹ subuertẽtẽ gentẽ nostraꝫ et ꝓhibentẽ tributa dari cesari: ꝛ dicentẽ se christũ regem esse. Nihil aũt interest ad veritatẽ quo ordine ista retulerit:sicut nihil interest si alius aliud tacet quod ali⁹ cõmemorat. ORIGE. Accusat⁹ autẽ iesus sicut tũc illis nihil respõdit:sic nec ꝛ modo. nõ fit enĩ verbũ dei:sicut aliquãdo fuerat ad ꝓphetas: sed neqꝫ dignũ erat vt pilato interrogãti respõderꝫ: qui nõ habebat ꝑmanẽs ꝛ firmũ de christo iudiciũ sed ad cõtraria trahebat.vnde sequit: Tũc dicit ei pilat⁹: Nõ audis q̃nta aduer.te dicũt testimonia? HIE. Gẽtilis quidẽ est qui contẽnit iesum:sꝫ causam refert in populũ iudeorũ. CHRY.i homelia. Ideo aũt hoc dicebat:qꝛ volebat eũ liberare:dũ se excusando respõderet. Sequit: Et nõ rñ.ei vl.ỹbuꝫ: ita vt mira.p̃ses vehemẽter. Quia enĩ multas hũtes demõstratões ex ipis reb⁹:virtutis ꝛ mãsuetudinis ei⁹ ꝛ humilitatis tamẽ in ipm indignabãt ꝛ ꝑuerso iudicio agebant cõtra ipm: ꝓpter hoc nihil rñdet. ꝛ si aliquãdo rñdet:breuia quidẽ dicit:ne continua taciturnitate ꝑtinacie opĩo de ipso accipiatur.

HIE. Uel ideo iesus nihil rñdere voluit:ne crimẽ diluẽs dimitteret a p̃side ꝛ crucis vtilitas differret.

ORI. Mirat⁹ est aũt p̃ses cõstantiã eius sciens ꝙ idone⁹ esset ꝓnũciare crimẽ: ꝛ tamẽ videbat eum in trãquilla ꝛ quieta sapiẽtia ꝛ grauitate nõ turbabili stare: sed ꝛ vehemẽter mirat. Dignũ enĩ ei videbat magno miraculo vt exhibit⁹ christ⁹ ad crimĩale iudiciũ:imꝑturbabilis staret ante morẽ: que apud oẽs hoĩes terribilis estimat.

¶ Per diẽ aũt solennẽ cõsueuerat p̃ses populo dimittere unũ uictũ quem uoluisset. Habebat autẽ tũc unũ uinctũ insignẽ qui dicebat barrabas. Cõgregatis ergo illis dixit pilat⁹: Quẽ uultis dimittã uobis? barrabã:an iesum qui dicit christus Sciebat enĩ ꝙ ꝑ inuidiã tradidissẽt eum. Sedẽte aũt illo pro tribunali misit ad eũ uxor eius dicẽs: Nihil tibi ꝛ iusto illi. Multa enĩ passa suꝫ hodie ꝑ uisum ꝓpter eũ. Principes aũt sacerdotũ ꝛ seniores ꝑsuaserũt populis ut peterẽt barrabaꝫ:iesum uero ꝑderẽt. Respõdẽs aũt p̃ses ait illis: Quẽ uultis uob de duob⁹ dimitti? At illi dixerũt: Barrabã. Dicit illis pilat⁹: Quid igit faciam de iesu qui dicit christ⁹? Dicũt oẽs Crucifigat. Ait ill' p̃ses: Quid.n. mali fecit? At illi magis clamabãt dicẽtes: Crucifigat. Uidẽs aũt pilatus qꝛ nihil ꝓficeret sed magis tumult⁹ fieret: accepta aqua lauit manus corã ppl'o dicẽs: Innocẽs ego sum a sanguie iusti hui⁹: uos uideritis. Et rñdẽs uniuersus ppl's dixit Sanguis ei⁹ sup nos: ꝛ super filios nostros. Tũc dimisit illis barrabã: iesum aũt flagellatũ tradidit eis ut crucifigeretur.

¶ CHRY. in home. Quia christ⁹ ad accusatões iudeorũ nihil respõderat:per quod posset eum pilat⁹ ab accusatõib⁹ iudeorũ excusatũ habere: aliud machinatur:per quod eũ liberare possit. vnde dicitur: Per diẽ aũt solẽ.cõsue.p̃se.dimit.po.vinc.vnũ quẽ voluisset. ORI. Sic enĩ quasdã gratias p̃stant gẽtes eis quos subijciũt sibi: donec cõfirmet super eos iugũ ipsorũ: tamẽ cõsuetudo hec aliquãdo fuit apud iudeos. Saul enĩ non interfecit ionathã: omnĩ populo petẽte eũ ad vitã. CHRY. in homelia: Per hãc aũt cõsuetudinẽ christũ eripe tẽtauit: vt ꝛ neqꝫ vmbrã excusatõis iudei sibi derelinquãt: manifestus homicida in cõparatõe christi adducitur: de quo sequit: Habe.aũt tũc vnũ vinctũ insignẽ q̃ dice.barrabas. Non simpliciter dicit latronẽ:sed insignẽ:hoc est in malicia diffamatũ. HIE. Iste barrabas in euãgelio quod inscribit iuxta hebreos: fil⁹ magistri eorum interꝑtat: qui ꝓpter seditõnem ꝛ homicidiũ fuerat cõdẽnat⁹. Offert aũt optõem eis pilat⁹ dimittẽdi quẽ vellẽt:latronẽ: an iesum: non dubitãs iesum poti⁹ eligendũ. vnde sequit: Cõgre. aũt illis dixit pilat⁹: Quẽ vult] dimitti vobis: barrabã an iesum qui vocat christ⁹? CHRY. in home. q.o. Si nõ vultis sicut innocẽtẽ dimittere: saltẽ cũ demnatũ festiuitati dimittatis. Si enĩ oportebat ĩ peccatis manifestis existẽtẽ dimittere: multomagis in dubijs. Uide aũt ordinẽ cõuersum: Petitio pro condẽnatis solet esse plebis: cõcessio aũt principis nũc aũt contrariũ gestũ est. p̃ceps enĩ petit a plebe: ꝛ plebs ferocior reddit. GLO. Quare aũt pilatus ad liberatõem christi laborauit manifestat euãgelista cum subdit: Sciebat enĩ ꝙ per inuidiaꝫ tradidissent eum. REMI. Que aũt inuidia fuerit iohannes manifestat: qui narrat eos dixisse: Ecce mũdus totus post eũ vadit: ꝛ si dimittim⁹ eum sic: oẽs credẽt in eum. Notandũ etiã quia loco eius quod matthe⁹ dicit: An iesum qui dicit christ⁹. Marcus dicit: Uultis dimittã vobis regeꝫ iudeorũ. soli nãqꝫ reges iudeorũ vngebãt: ꝛ ab ipa vnctõne christi vocabant. CHRY. in ho. Deinde subdit aliud quod sufficiẽs erat oẽs a passiõe reuocare. Seqꝛ enĩ: Sedente autẽ eo pro tribunali: misit ad eũ vxor ei⁹ di. Nihil tibi ꝛ iusto illi. Cũ demõstratõe enĩ q̃ erat a reb⁹: sõn⁹ nõ ꝑuũ q̃d erat. RAB. Notãdũ vo qꝛ tribunal' sedes ẽ iudic]: soliũ regũ: cathedre mgr̃oꝝ.

In visionib⁹ aūt ꝛ somnijs gētilis viri vxoꝛ hoc intellexit: qḋ iudei vigilātes nec credere nec intelligere voluerūt. HIERO. Nota etiā ꝙ gētilib⁹ sepe a deo somnia reuelāť: ꝛ ꝙ in pilato ꝛ vxore ei⁹ iustū dominū cōfitētib⁹ gentilis populi testimoniū fit.

CHRY. in home. Sed cui⁹ gratia nō ipse pilatus somnuū videbat: quia illa magis digna erat: vel qꝛ si pilat⁹ vidisset: nō equaliter sibi creditū esset: vel forte neqꝫ dixisset: ꝑpter hoc dispensať a deo ꝙ mulier vidit: vt manifestū omnib⁹ fieret. Et nō simpliciť videt: sꝫ ꝛ patiť multa. Sequiť enī: Multa enī passa sum ho. per vi. propter eū. vt. s. a passiōe que erat ad vxorē: desidioꝛ fieret vir circa occisionē. sed ꝛ tēp⁹ nō parū cōferebat: etenī eadē nocte vidit. AVG. in sermo. de pas. Sic ergo iudex terreť in cōiuge: et vt crimini iudeoꝝ nō prebeat in iudicio cōsensum pertulit in vxoris afflictōe iudiciū. iudicať ipse qui iudicat: ꝛ torqueť anteqꝫ torqueat. RABA. Uel aliter: Nūc demū diabolus intelligēs per christū se spolia sua amissurū: sicut primū per mulierē mortē intulerat: ita per mulierē vult christū de manibus iudeoꝝ liberare: ne per eius mortē: mortis amittat imperiū. CHRY. in home. Nihil aūt premissoꝝ christi aduersarios mouit: quia eos omnino inuidia excecauerat: vnde ex ꝓpria malicia plebē corrūpūt. ꝛ hoc est quod sequiť: Principes aūt ꝛ seni. ꝑsuase. pplo vt pete. barra. Je. vo ꝑderēt. ORI. Et est videre nūc quō ppls iudeoꝝ a seniorib⁹ suis: ꝛ iudaice culture doctorib⁹ suadeť: ꝛ excitať aduersus iesū vt perdāt eū. Sequiť. Respō. aūt ꝑses ait illis: Queꝫ vul. vo. de duo. dimittā? GLO. Respōdisse auteꝫ diciť pilat⁹ hec dicens: siue ad ea que vxoꝛ nūciauerat: siue ad petitiōem populi: qui iuxta ꝯsuetudinē aliquē in die festo sibi dimitti petebāt. ORIGE. Turbe aūt quasi fere que spaciosam ambulāt viā: voluerūt sibi barrabā habere solutū. vnde subditur At illi dixe. Barrabam. Ideo gens illa habet seditiones ꝛ homicidia ꝛ latrocinia ſm quosdā gēt[ı] sue in reb⁹ que foris habenť: ſm aūt oēs int⁹ in anima Ubi enī nō est iesus: illic liteſ ꝛ prelia sunt. vbi aūt est: ibi sunt omīa bona ꝛ pax. Omēs etiā qui iudeiſ sunt similes vel in dogmate vł in vita: barrabā sibi solui desiderāt. Quicūqꝫ enī mala agit: solut⁹ est in corpore ei⁹ barrabas: Christ⁹ aūt vinct⁹. Qui aūt bona agit: christū habet solutū. barrabā vinctū. Uoluit aūt pilat⁹ pudorē tāte iniq̄tatis eis incutere. vnͤ sequiť: Dicit il. pila. Quid igiť faci. de ie. q dr christ⁹ Nō solū aūt hoc: sed ꝛ mēsurā colligere volēs impietatis eoꝝ. Illi aūt nec hoc erubescūt ꝙ pilatus iesum christū esse cōfitebať: nec modū impietat⁹ seruāt. vnde sequr: Dicūt omēs Crucifigať. In quo multiplicauerūt impietatis sue mēsurā: nō solū homicidā postulātes ad vitā: sed etiā iustū ad morteꝫ: ꝛ ad mortē turpissimā crucis. RABA. Pēdētes siquidē in ligno crucifixi: clauib⁹ ad lignū pedibus manibusqꝫ cōfixi: ꝑducta morte necabanť ꝛ diu viuebāt in cruce: nō qꝛ lōgioꝛ vita eligebať: sed quia mors ipa ꝓtendebať: ne doloꝛ citi⁹ finireť. verū iudei de morte pessima cogitabāt: sꝫ a dn̄o sī intelligētibus eis electa erat. ipam enī crucē diabolo superato erat tanqꝫ tropheū in frōtib⁹ fideliū positurus.

HIE. Cū aūt hoc respōderēt: nō statim acquieuit sed iuxta suggestiōem vxoris que mādauerat: Nihil tibi ꝛ iusto illi. Ipse quoqꝫ respōdit. vnde sequitur At illi preses: Quid enī mali fecit: Hoc dicēdo pilat⁹ absoluit iesum. Sequiť: At illi magiſ clamabāt dicentes: Crucifigať. Ut impleret quod in psalmo dicitur: Circūdederūt me canes multi: cōgregatio malignātiū obsedit me. Et illō hieremie: Facta est mihi hereditas mea: sicut leo in silua dederūt super me vocē suā. AVG. de cō. euā. Sepť⁹ aūt pilatus cū iudeis egit: volēs vt dimitteret iesus qḋ paucissimis verbis testať matthe⁹ cū subdit: Uidēs pila. qꝛ nihil ꝓficeret. sed magis tumult⁹ fieret. qḋ nō diceret: nisi multū ille conat⁹ fuisset: q̄uis tacuerit quotiēs hoc tētauit vt erueret iesum furori eoꝝ. Sequitur Accepta aqua lauit man⁹ corā pplo dicēs: Inno. ego sum a san. iusti hui⁹. REMI. Mos enīꝫ erat apud antiquos: vt cū vellet quis se ostēdere immunē ab aliquo crimine: accepta aqua lauaret man⁹ suas corā populo. HIE. Pilat⁹ ergo accepit aquā iuxta illud ꝓpheticū: Lauabo inter īnocētes man⁹ meas. quodāmō ī h̄ cōtestās ꝛ dicēs: Ego qdē innocētē volui liberare. sed qm̄ seditio oriť: ꝛ rebelliōis mihi cōtra cesarē crimē impingiť: innocēs suꝫ a sanguine iusti hui⁹. Judex ergo qui cogiť cōtra dominū ferre sentētiā: nō dānat oblatū sed arguit offerētes: iustū esse pronūciās eū qui crucifigēdus est. Sequiť: Uos videritis. q. d. Ego minister legū sum vox vestra sanguinē fundit. Sequiť: Et respō. vni. po. dixit: San. ei⁹ sup nos ꝛ su. fi. nostros. Perseuerat vsqꝫ in p̄ntē diē hec imp̄catio sup iudeos: ꝛ sanguis domini nō auferť ab eis. CHRY. in homeľ. Intuere autē ꝛ h̄ iudeoꝝ multā ī sania. eoꝝ enī impetus ꝛ ꝑniciosa cōcupiscētia nō ꝑmittit eos que oportet īspicere ꝛ sibi maledicūt di. Sāguis ei⁹ sup nos. quod ad filios maledictiōem attrahūt di. Et super filios nostros. sed tamē misericors de⁹ eoꝝ sententiā nō firmauit: sed ex eis ꝛ eoꝝ filijs suscepit q̄ penitentiā egerūt. etenī ꝛ paul⁹ ex ip̄is fuit: ꝛ multa milia eoꝝ qui in hierosolymis crediderūt. LEO papa: Excessit ergo pilati culpā facinuſ iudeoꝝ: sed nec ipe euasit reatū qui reliquit ꝓpriū iudiciū: ꝛ in crimē trāsiuit alienū. Sequiť enī: Tūc dimi. il. barr. Jesum aūt flagella. tradi. eis vt crucifigereť. HIE. Sciēdū est aūt pilatū romanis legib⁹ ministrasse q̄ bus sancitū est: vt qui ī crucifigiť ꝑus flagellis verberetur. Tradiť igiť iesus militib⁹ verberād⁹: ꝛ illō sanctissimū corp⁹ pect⁹ dei capax flagellis secuerunt.

AVG. in ser. de passi. Ecce dn̄s aptať ad verbera: ecce iam cediť. rūpit sanctā cutē violētia flagelloꝝ repetitis ictib⁹ crudelia verbera scapularū terga cōcindūt. Proh doloꝛ iacet extēsus ante hominē de⁹ ꝛ supplicia patiť rei: in quo nullū peccati vestigiuꝫ potuit inueniri. HIE. Hoc aūt factū est: vt qꝛ scriptum erat: Multa flagella peccatoꝝ. illo flagello nos a verberib⁹ liberemur. In lauacro etiā manuū pilati: gentiliū omnia opera purganť: ꝛ ab impietate iudeoꝝ nos alieni efficimur. HYLA. Hortātibus aūt sacerdotib⁹ popul⁹ barrabā elegit: qui interpretať patris filius: in quo archanū future infidelitatis ostendiť: christo antichristū peccati filiuꝫ preferēdo. RAB. Barrabas etiā qui seditiōes faciebat in turbis: dimissus ē pplo iudeoꝝ. i. diabol⁹

qui vsq; hodie regnat in eis: ⁊ iccirco pacem habere
non possunt.

¶ Tūc milites p̄sidis suscipiētes ie
sū ī p̄torio: ꝯgregauerūt ad eū uni
uersū cohortē: ⁊ exuētes euz: chla
mydē coccineā circūdederūt ei. Et
plectentes coronaz de spinis posue
rūt sup caput ei⁹: ⁊ harūdinem ī de
xtra eius: ⁊ genu flexo añ eū: illude
bāt ei dicētes: Aue rex iudeorum.
Et expuētes ī eū: acceperūt harun
dinē ⁊ p̄cutiebāt caput eius.

¶ AVGV. de ꝯcor. euā. Post accusatōes christi.
ꝯñs est vt ip̄am dñi passionē videam⁹: quā matthe.
sic incipit. Tūc milites p̄sidis suscipiētes iesum ī pto
rio ꝯgregauerūt ad eū vniuersaz cohortē. HIER.
Quia enī rex iudeoꝝ fuerat appellat⁹ ⁊ hoc ei scribe
⁊ sacerdotes crimē obiecerāt: q̄ sibi in populo israel
vsurparet ip̄eriū: illudētes hoc faciūt vt nudatū p̄sti
nis vestib⁹ idutāt chlamydē coccineā p rufo limbo
quo reges veteres vtebant̄: ⁊ p diademate iponāt ei
coronā spineā: p sceptro regali dent calamū: ⁊ ado
rēt q̄si regē. ⁊ hoc ē qꝺ subdit̄: Et exue. eū chlamy.
cocci. circū. ei: ⁊ plectē. coro. de spinis. AVG. de
cō. euā. Per hoc aūt itelligit̄ Marcū dixisse idutuz
purpura. Pro regia enī purpura chlamys illa cocci
nea ab illudētib⁹ adhibita erat: ⁊ est rubra q̄dā pur
pura cocco simillima. Pōt etiā fieri: vt purpurā etiā
marc⁹ cōmemorauerit quā chlamys hēbat: q̄uis
eēt coccinea. CHRY. in ho. Que igit̄ erit nobis cu
ra de reliquo si contumelias ab aliquo patiamur:
postq̄ christ⁹ hoc passus est: Etenī qꝺ fiebat ī xp̄m
vltim⁹ terminꝰ cōtumelie erat: nec vna particula tm̄
sed vniuersum corp⁹ patiebat̄ iniurias: caput p coro
nā ⁊ arūdinē ⁊ colaphos: facies q: inspuebat̄: gene
q: alapis cedebant̄: corp⁹ totū p flagella. Et q: de
nudatū ē p circūdatōez chlamydis ⁊ p fictā adoratō
nez: man⁹ p harūdinē quā dederūt ei p sceptro: ac si
timerēt ne aliq̄d p̄termitterēt grauissime p̄sumptio
nis. AVG. de cō. euā. Appet aūt mattheū recapi
tulādo ista cōmemorasse: nō quo tunc factū sit: cū eū
pilatus crucifigendū tradidisset. Iohānes enī añq̄
diceret: q̄ eū pilat⁹ crucifigendū tradiderit ista com
memorauit. HIERO. Nos aūt oīa hec itelliga
mus mystice. Quō enī caiphas dixit: Oportet vnū
hoīem mori p omnib⁹: nesciēs quid diceret: sic ⁊ isti
quodcūq; fecerūt lȝ alia mēte fecerint: tn̄ nobis q̄ cre
dim⁹ sacra tribuebāt. In chlamyde coccinea: opera
gentiū cruēta sustētat. In corona spinea maledictū
soluit antiquū. In calamo venenata occidit aīalia:
siue calamū tenebat in manu: vt sacrilegiū scriberet
iudeoꝝ. HIERO. Uel aliter: Susceptis oīb⁹ cor
poris nr̄i infirmitatib⁹ a dño: oē deinde nr̄m q̄b⁹ re
gnū secū erat debitū. sanguie cocci colore p̄fundit̄.
Spinis quoq; ꝯpungentiū quondā peccatis gen
tiū coronat̄: est enī acule⁹ in spinis: ex q̄bus christo
victorie corona ꝯtext̄. In calamo vō earūdē gētiuz
infirmitas atq; inanitas manu cōp̄rehēsa firmatur:
q̄netiā capiti ei⁹ illudit̄: vt infirmitas gentiū manu
christi cōp̄rehēsa: etiā ī deū p̄rem q̄ caput eius ē ꝯq
escat. ORI. Uel calam⁹ mysteriū fuit qꝺ p̄rius q̄
crederem⁹ ꝯfidebam⁹ in virga arūdinea egypti: vel
cuiuscūq; regni ꝯtra deo quē accepit: vt triūphet euz
in ligno crucis. Percutiūt aūt eū hoc calamo caput
christi iesu: q̄ semp regnū illud v̄berat deū patrem
caput saluatoris. REMI. Uel aliter: Per chlamy
dem coccineā caro dñi designat̄: q̄ rubra dicit̄ p̄p̄
sanguinis effusionē: p spineā coronā susceptio pec
catoꝝ nr̄oꝝ: q: in similitudie carnis peccati apparu
it. RABA. Calamo igit̄ christi caput p̄cutiūt: q̄
diuinitati ei⁹ ꝯdicētes: errorē suum auctoritate sancte
scripture q̄ calamo scribit̄: ꝯfirmare conant̄. Spu
unt in faciē ei⁹ q̄ p̄ntiā grē illi⁹ v̄bis execrādis respu
unt: ⁊ iesum ī carne venisse denegāt. Falso aūt illuz
adorāt q̄ eū credūt: sȝ puersis actibus despiciunt.
HIERO. de cō. euā. q̄ aūt dñm in passione exuerūt
vestē p̄priā ⁊ iduerūt fucatā: signati sunt heretici: q̄
eū dicūt veꝝ corpus nō habuisse sed fictum.

¶ Et postq̄ illuserunt: exuerunt
eū clamydē ⁊ iduerūt eū uestimētis
ei⁹: ⁊ duxerūt eum ut crucifigerēt.
Exeūtes aūt iuenerūt hoiem cyre
neū noie simonē: hūc angariauerūt
ut tolleret crucē ei⁹. Et uenerūt in
locū q̄ dr̄ golgotha: qꝺ ē caluarie lo
cus. Et dederūt ei uinū bibere cuz
felle mixtum: Et cum gustasset no
luit bibere.

¶ GLO. Postq̄ euāgelista cōmemorauit ea q̄ ad il
lusionē christi p̄tinēt: nūc narrare icipit p̄cessuz cru
cifixionis ipsius. vn̄ dicit̄: Et postq̄ illu. ei exue. eum
chlamydē: ⁊ idue. eū vestimē. suis: ⁊ duxe. eū vt cru
cifigerēt. AVGV. de cō. euā. Hoc aūt in fine factū
eē itelligit̄: cū iā duceret̄ ad crucifigēdū: postq̄. s. pi
latus tradidit eū iudeis. HIER. Notandū autē q̄
qn̄ flagellat̄ iesus: ⁊ cōspuit̄ nō hȝ p̄p̄a vestimenta:
sed ea q̄ p̄pter peccata nr̄a susceperat. cū aūt crucifigit̄
⁊ illusionis pōpā p̄terierit: tūc p̄stinas vestes recipit
⁊ p̄p̄um assumit ornatū: statimq; elemēta turbāt̄. ⁊
creatori dat testimoniū creatura. ORI. Et de chla
myde q̄dē scriptū est: q̄ denuo expoliauerūt eum.
De corona aūt spinea nihil tale euāgeliste scripserūt:
vt iā ñ sint spine nr̄e antiq̄: postq̄ semel eas a nobis
abstulit iesus sup venerabile caput suū. CHRY.
in ser. de passione. Nō aūt voluit dñs pati sub tecto:
nō ī templo iudaico: ne putares p illa tm̄ plebe ob
latū: ⁊ ideo foras ciuitatē: foras muros: vt scias sacri
ficiū esse cōmune qꝺ totius terre ē oblatio: qꝺ cōis
est purificatio: ⁊ hoc signat̄ cū dicit̄: Exeuntes autē
iuenerūt hoiez cyre. noie simonē hūc angari. vt tolle.
crucē ei⁹. HIERO. Ne quis aūt putet huic loco
euāgeliste iohānis historiā eē ꝯtrariā. ille enim dicit
exeuntē dñz de p̄torio portasse crucē suā: Matthe
us aūt refert q̄ iuenerūt hoīem cyreneū cui iposue

runt crucē iesu. Sed hoc itelligendū est: q̄ egrediēs de ꝑtorio iesus ipse portauerit crucē suā: postea obuiā habuerūt simonē: cui portandā crucē iposuerūt.

ORI. Aut egressi q̄dē angariauerūt simonē. appropinquātes aūt ad locū i quo eū fuerāt suspēsuri: iposuerūt crucē ⁊ ipsi: vt ipse eā portaret. Nō fortuito aūt angariat’ est simon: sed ſꝫ dispositionem dei duct’ est ad hoc: vt euāgelica scriptura dignus iueniref: ⁊ ministerio crucis christi. Nō solū autez saluatorē cōueniebat accipere crucē suā: sed ⁊ nos cōueniebat eā portare: salutarē nobis angariaz adimplentes. nec tñ sic ꝓfecisset nobis eā accipere: sicut ipse accepit. HIERO. Mystice christū suscipiunt nationes: ⁊ peregrin’ obediēs portat ignominiam saluatoris. HYLA. Indign’ enim iude’ erat christi crucē ferre: q̄z fidei gentiū erat in reliquū: ⁊ crucē accipere ⁊ cōpati. REMI. Iste eni simō nō erat hierosolymita: sed peregrinus ⁊ aduena. s. cyreneus. Cyrene eni ciuitas est libye. Interꝑtat aūt simon obediēs: cyreneus heres: vñ pulchre p eū designaf popul’ gentiū q̄ peregrin’ erat testamētorum dei: sed credēdo fc̄us est ciuis scōꝝ ⁊ domesticus ⁊ heres dei. GREGO. in ho. Uel aliter: p simonez q̄ crucē dñicā in angariā portat: designāf abstinentes ⁊ arrogātes: q̄z p abstinētiā q̄dē carnē afficiūt: sed fructū abstinētie itern’ nō requirūt. vñ idē simō crucē portat: sed nō morif: q̄z abstinētes ⁊ arrogātes p abstinētiā quidē corp’ afficiūt: ſꝫ p desideriuz q̄dē glorie mūdo viuūt. Seq̄f: Et vene. i lo. q̄ dicif golga. q̄ð est caluarie locus. RABA. Golgatha eni syrū nomē ē: ⁊ iterꝑtaf caluaria. HIER. Audiui quēdā exposuisse caluarie locū: in quo sepult’ est adā: ⁊ iō sic appellatū: q̄z ibi antiq̄ hois sit cōditū caput. Fauorabilis iterꝑtatio ⁊ mulcēs aurē populi: nec tñ vera. Extra vrbem eni ⁊ foris portā loca sunt i quib’ trūcanf capita dānatoꝝ: ⁊ caluarie. i. decollatoꝝ sūpsere nomē. Propterea aūt ibi crucifixus ē iesus: vt vbi ꝑus erat area dānatoꝝ: ibi erigerenf vexilla martyrij. Adā vō sepultū iuxta ebrō ⁊ arbee in iesu filij naue volumie legim’. HYLA. Loc’ aūt crucis talis ē vt posit’ in medio terre ad capescendā dei cognitionē vniuersis gētib’ eēt eq̄lis. Seq̄f: Et dede. ei bi. vinū cū fel. mixtū. AVG. de cō. euā. Hoc marcus ita narrat: Et dabāt ei bibere mirrhatū vinū. Fel q̄ppe ꝓ amaritudie matthe’ posuit: mirrhatū eni vinū amarissimū ē: quāq̄ꝫ fieri possit vt fel ⁊ mirrha vinū amarissimū redderent.

HIERO. Amara vitis amaꝝ vinū facit: quo potāt dñm iesum: vt ipleaf q̄ð scriptū est: Dederūt i cibū meū fel. Et deus loq̄f ad hierusalē: Ego te plātaui vineā verā: quō fc̄ā es in amaritudine vitis aliene? Et cū gustasset noluit bibere. AVG. de cō. euan. Q̄ð aūt marcus ait: Et nō accepit. itelligif: nō accepit vt biberet: gustauit aūt sicut matthe’ testis ē. ⁊ q̄ð idē mattheus ait: Noluit bibere: hoc marc’ dixit: Nō accepit. tacuit etiā q̄ gustauit: q̄ aūt cū gustasset: noluit bibere: hoc idicat q̄ gustauerit q̄dē ꝓ nobis mortis amaritudinē: sed tertia die resurrexit.

HYLA. Uel iō oblatū vinū felle admixtū bibere recusauit. nō eni eterne glorie i corruptioni peccatorum amaritudo miscef.

¶ Postq̄ꝫ aūt crucifixerūt eū diuiserūt uestimēta ei’ sortē mittentes: ut iplerefq̄ð dictū est p ꝓphetam dicentem: Diuiserūt sibi uestimenta mea: ⁊ sup uestem meā miserūt sortem. Et sedentes seruabāt eū. Et iposuerūt sup caput eius cām ipsi’ scriptā: hic est iesus rex iudeorum. Tūc crucifixi sūt cum eo duo latrones: un’ a dextris: ⁊ un’ a sinistris.

GLO. Premisso quomō christ’ ad locū passiōis ē duct’: hic euāgelista ipsā passionē ꝓseq̄f: gen’ mortis exponēs cū dicit: Postq̄ꝫ aūt crucifixerunt eū. AVGV. in libro. lxxxiii. questionum. Sapientia quidem dei hominem ad exemplū quo recte viueremus suscepit. pertinet autem ad vitā rectā ea que nō sūt metuēda nō metuere. Sūt aūt hoies qui quāuis mortē ipsā nō timeāt: gen’ tamē mortis horrescūt. vt ergo nullū mortis genus recte viuēti homini metuēdū eēt: illius hominis cruce ostēdendum fuit. Nihil eni erat iter oīa genera mortis: illo execrabiliu’ ⁊ formidabili’. AVG. in sermone de passiōe: Quantū aūt valeat virtus crucis: aduertat sanctitas vestra: Contempsit adam ꝑceptū accipiēs ex arbore pomū: sed quicquid adam ꝑdidit: christ’ in cruce inuenit. de diluuio aquaꝝ humanū gen’ archa lignea liberauit. de egypto dei populo recedēte: moyses mare virga diuisit: pharaonē ꝓstrauit: ⁊ populū dei redemit. Idē moyses lignū in aquā misit: ⁊ amarā aquā i dulcedinē ɔmutauit. Ex lignea virga de spiritali petra salutaris vnda ꝓfertur: ⁊ vt amelech vinceref circa virgam: Moyses expansis maib’ extēdif: ⁊ lex dei arche testamenti credif ligneę: vt his omnib’ ad lignū crucis q̄si p grad’ quosdam veniaf. CHRYS. i sermōe de passiōe: Ideo ⁊ in excelso ligno nō sub tecto passus ē: vt etiā ipsi’ aeris natura mūdef. sed ⁊ terra simile beneficiū sentiebat decurrētis ō latere sāguinis stillatiōe mūdata. GLO. Lignū etiā crucis significare videf ecclesiā: i q̄tuor mūdi partibus diffusā. RABA. Uel ſm moralē sēsum crux per suā latitudinē significat hylaritatē operātis: q̄z tristitia angustias facit: latitudo enim crucis ē in trāsuerso ligno vbi figuntur manus. per manus aūt opera itelligim’. per altitudinē aūt cui caput adiungif: significaf expectatio retributiōis de sublimi iustitia dei. longitudo autē qua totū corp’ extēdif: tolerātiā designat: vnde lōganimes dicūf q̄ tolerāt. ꝓfundū aūt quod terre ifixū ē: secretū sacramēti ꝑfigurat. HYLA. Sic ergo in ligno vite cunctoꝝ salus ⁊ vita suspendif. vnde dicif: Postq̄ꝫ aūt crucifi. euz. diuise. vesti. eius: sortē mittētes. AVGV. de ɔcor. euangelistaꝝ: Hoc breuiter a matheo dictū ē: Iohānes āt distinctius explicat quemadmodū gestū sit: Milites inquit cū crucifixissēt eū: acceperūt vestimēta ei’: ⁊ fecerūt q̄tuor partes: vnicuiq̄ꝫ militi partē ⁊ tunicā. Erat āt tunica incōsutilis. CHRY. ibo. Notādū ergo q̄ nō ꝑua hec adiectio christi erat: q̄si eni circa dehonorationē ⁊ omniū vilissimū i christo hoc agebāt. i latronib’

aũt nihil tale operati sũt. Diuidere enĩ vestimẽta in condemnatis valde vilib⁹ ꝛ obiectis fit: ꝛ nihil aliud habentib⁹. HIERo. Hoc aũt qd circa christuꝫ gestũ est: ĩ psalmo fuerat ꝓphetatũ. ꝛ iõ sequit̃: Ut adimpleret̃ qd dcm̃ ẽ ꝑ ꝓphetã dicẽtem: Diuiserũt sibi vestimẽta mea: ꝛ sup vestẽ meã miserunt sortẽ. Sequit̃: Et sedentes seruabãt eũ. s. milites. Diligentia militũ ꝛ sacerdotũ nobis ꝓfuit: vt maioꝛ ꝛ apertioꝛ resurgentis ṽtus appareat. Sequit̃: Et iposuerunt sup caput ei⁹ cãm ipsius scriptã: Hic est iesus rex iudeoꝝ. Nõ possum aũt digne admirari pro rei magnitudine ꝙ emptis falsis testib⁹ ꝛ ad seditionẽ clamoꝛẽq; infelici ppl'o cõcitato: nullã aliã ĩuenerũt cãm ĩterfectõis ei⁹ nisi ꝙ rex iudeoꝝ eẽt. ꝛ illi forsitan illudẽtes ridentesq; hoc fecerũt. RABA. Diuinit⁹ aũt ꝓcuratũ fuit: vt talis titulus super caput eius poneret̃: vt ꝑ hoc iudei agnoscerẽt: qꝛ nec ẽt occidẽdo facere potuerũt vt eũ regẽ nõ haberẽt. ꝑ moꝛtis enĩ patibulũ nõ amisit ĩperiũ: sed potius coroboꝛauit. ORIGE. Et ꝑnceps q̃dem sacerdotuꝫ sm̃ lr̃am legis poꝛtabat in capite suo sanctificationem dñi scriptã. Uer⁹ aũt ꝑnceps sacerdotũ: ꝛ rex iesus in cruce q̃dem habet scriptũ: Hic est rex iudeoꝝ. Ascendẽs aũt ad pr̃em ꝓ lr̃is: ꝛ ꝓ noĩe quo nominat̃ habet ipsum pr̃em. RABA. Quia enĩ rex simul ꝛ sacerdos ẽ: cũ sue carnis hostiã ĩ altari crucis offerret: regis quoq; dignitatẽ titulus ꝑtẽdit qui nõ infra: sed supꝛa crucẽ ponit̃: qꝛ lꝫ in cruce ꝓ nobis hõis infirmitate dolebat: sup crucẽ tñ regis maiestas fulgebat: quã per crucẽ nõ ꝑdidit: sed potius cõfirmauit. Sequit̃: Tũc crucifixi sunt cum eo duo latrones: vn⁹ a dextris: ꝛ ali⁹ a sinistris. HIE. Sicut enĩ ꝓ nobis maledictũ crucis fact⁹ ẽ christ⁹: sic ꝓ omniũ salute ĩter noxios q̃si noxi⁹ crucifigitur.

est enim qui fa.vir.in nomi.meo. ⁊ pos.ci.ma.lo.de
me. Hoc aūt dicit ꝓpter eos qui in heresim ceciderūt
q̄les erāt simō ⁊ menāder ⁊ cherīt⁹. neq꜄ ei illi ī no
mīe christi miracula faciebāt:sꝫ deceptiōib⁹ q̄busdā
facere videbant. Isti vero ⁊si nō sequūt nos:nō tñ
cōtra nos aliquid firmiter dicere valebūt:eo ꝙ ho-
norāt in opādo virtutes nomen meum. THEO.
Qualiter eni male de me loquat: qui ex noīe meo
occasionē glorie hꝫ:⁊ ꝑ hoc ꝙ ipm īuocat:miracu-
la opat. Sequit: Qui eni non est aduer.nos:ꝓ no.
est. Aug⁹.de cō.euā. Uidendū est:ne hoc illi sentē
tie dñi videat cōtrariū:vbi ait: Qui mecū non ē:ad-
uersum me est. an hoc interesse aliquis dicit:'q: hic
discipulis ait: Qui nō est aduer.nos:pro no.est. Ibi
aūt de seipo locut⁹ est: Qui mecū nō est: aduersum
me est. quasi nō possit cum illo nō esse:qui discipu
lis eius tanq̄ mēbris eius sociat. Alioq̄n quō verū
erit: Qui vos recipit:me recipit. Aut pōt etiā nō eē
aduersus eum:qui fuerit aduersus discipulos suos.
nam vbi erit illud: Qui vos spernit:me spnit. Sꝫ ni
mirū hoc vult intelligi tñ cū illo non esse aliquē:
inq̄tū est aduersus illū:⁊ cū illo esse inq̄tū cuꝫ illo
est. Exempli gratia: sicut iste qui in noīe christi vtu-
tes faciebat:⁊ in societate discipulorū nō erat:inq̄-
tū opabat virtutes in illo noīe:intātū cū ipis erat:
⁊ aduersus eos nō erat. Inq̄tū vō eoꝝ societati nō
adherebat:intantū cū ipis nō erat: ⁊ aduersus eos
erat. Sed quia illi hoc eū facere ꝓhibuerūt:in quo
cū ipis erat:dixit eis dñs: Nolite ꝓhibere. Illud.n.
ꝓhibere debuerūt:quod extra eoꝝ erat societatē: vt
illi vnitatē ecclesie suaderēt:nō illud in quo cū illis
erat nomē.s.magistri ⁊ dñi eoꝝ in expulsiōe demo
nū cōmendās:sicut ecclesia catholica facit:nō impro
bans ī hereticis sacramēta cōmunia: sed diuisionē
vel aliquā aduersam paci veritatiq꜄ sententiā. In B
eni aduersus nos sunt. CHRY. Uel aliter:hoc di
citur de credētibus in eū: qui tamē ipm nō sequūt
ꝓpter vite laxatōem. Illud aūt de demonib⁹ dicit:
qui a deo oēs studēt separe ⁊ cōgregatōnem eius
dispgere. Sequit: Quisquis.n.po.de.vo.ca.aq̄ fri.ī
no.meo.quia christi estis: amen dico vobis:non ꝑ.
mer.su. THEO. Quasi.d. Non solū hūc q̇ ī noīe
meo miracula opat nō ꝓhibeo:sed ⁊ q̇sq̇s minimuꝫ
q̇d dederit vobis ꝓpter nomē meum: ⁊ recepit vos
ꝓpter me:non ꝓpter humanā gratiā ⁊ mundanā:
non ꝑdet mercedē suā. AVG. de con.euā. Unde
ostēdit ꝙ ⁊ ille de quo iohānes suggesserat: nō ita
sepabat a societate discipulorū:vt eā tanq̄ heretic⁹
improbaret:sed sicut solēt hoīes nōdū audere chri-
sti suscipe sacramēta: ⁊ tamē nomini fauere christi
ano:ita vt christianos etiā suscipiāt: ⁊ nō ob aliud
eis nisi ꝙ christiani sunt obsequūt. de quibus dicit
ꝙ nō ꝑdent mercedē suā: nō quia iā tuti atq꜄ secu-
ri sibi debeāt videri ex hac beniuolētia quam erga
christianos habēt:etiā si christi baptismo nō abluā
tur:nec vnitati eius incorporent: sed quia ita iam
dei misericordia gubernēt vt ad ea quoq꜄ ꝑueniāt:
atq꜄ ita securi de hoc seculo abscedant. CHRY.
Et ne quis pauꝑtatē alleget: ponit illud quo non
cōtingit egere.s.calicē aque frigide:pro quo etiā cō
sequet mercedē. Nō eni pciū dati:sꝫ dignitas recipi
entiū ⁊ affectus dantiū facit opus dignū mercede.
Non solū aūt recipiēdos discipulos verbo ostēdit
ex mercede quā aliquis sequit: sed etiā q: retrahit
a tormēto. Sequit: Et qui s.scan.vnū ex his pu.cre.
in me:bonū est ei mag.si cir.mo.asi.col.ei⁹ ⁊ in ma.
mit. Quasi d. Siqui vos ꝓpter me honorāt: merce-
dē habēt:sic ⁊ inhonorātes.i. scandalizātes vltimā
accipiēt vltionē. Ex manifestis aūt nobis tormētū
describit intolerabile:faciēs mentiōem mole ⁊ sub-
mersionis. ⁊ nō ait:mola suspēdat in collo:sꝫ bonū
est ei hoc sustinere:demonstrās qm̄ eū grauī⁹ aliq̄d
malū expectat. Pusillos aūt in se credētes dicit eos
qui inuocāt nomē eius: nō solū sequētes etiā eos
qui calicē frigidū offerunt:⁊ nō opant alia maiora
Istorū aūt neminē vult scādalizari neq꜄ supplātari
Hoc eni est ꝓhibere nomē ei⁹ inuocare. BEDA:
Recte aūt qui scādalizari pōt:pusillus appellatur.
Qui eni magn⁹ est:quodcūq꜄ passus fuerit:non de
clinat a fide. qui aūt pusill⁹ est aīo ⁊ pu⁹:occasiōes
querit quo scādalizet. ꝓpterea oportet nos maxie
his cōsulere qui parui sunt in fide:ne occasiōe nrī
offendantur ⁊ recedāt a fide:ac decidant a salute.
GRE. sup eze. Notandū tamē ꝙ in nostro bono
ope aliquādo cauendū est scādalū ꝓximi. aliquādo
autem ꝓ nihilo cōtēnēdū. Inq̄tū eni sine peccato
possūm⁹ vitare ꝓximi scādalū debem⁹. Si aūt de ve
ritate scādalū ponit:vtili⁹ ꝑmittit scādalū nasci q̄
veritas relinquat. GREG. i pasto. Mystice aūt ī
mola asinaria secularis vite circuit⁹ ac labor exꝓmi
tur:⁊ ꝑ ꝓfundū maris extrema dānatio designat.
Qui ergo ad sanctitatis spēm deduct⁹:vel verbo ce
teros destruit:vel exēplo. Melius profecto erat:vt
hūc ad mortē sub exteriore habitu terrena acta cō-
stringerēt:q̄ sacra officia in culpa ceteris imitabi-
lē demōstrarent: quia nimirū si sol⁹ caderet:vtrūq꜄
hūc tolerabilior inferni pena cruciaret.

Et si scādalizauerit te man⁹ tua:
abscide illā. Bonū est tibi debilē in
troire ī uitā q̄ꝫ duas man⁹ hñtē ire
in gehēnā: in ignē inextinguibilē:ubi
uermis eoꝝ nō morit: ⁊ ignis nō ex
tinguit. Et si pes tu⁹ te scandalizat

amputa illū. Bonū ē tibi claudū introire ī uitā eternā: q̄z duos pedes habentē mitti ī gehēnā ignis inextinguibilis ubi uermis eoꝝ nō moriť: ⁊ ignis nō extinguiť. Q̄ȯ si oculꝰ tuꝰ scādalizat te eyce eū. Bonum ē tibi luscū itroire in regnū dei: q̄z duos oculos habētē mitti ī gehēnā ignis: ubi uermis eoꝝ nō moriť: ⁊ ignis nō extinguiť. Oīs enim igne saliet: ⁊ ois uictia sale saliet. Bonum ē sal: Q̄ȯ si sal isulsum fuerit: ī quo illud cōdictis? Hēte in uobis sal: ⁊ pacē habete inter uos.

¶ BEDA: Quia supra docuerat dn̄s ne scandalizaremꝰ eos q̇ credūt ī eū: nūc cōsequēter admonet q̄tū cauere debeamꝰ eos q̇ scādalizare nos. i. verbo vł exēplo suo ad ruinā peccati ꝓpellere certāt. vn̄ dicit: Et si scā. te ma. tu. absc. ill. CHRY. Nō de mēbris h̄ dicit: s̄ȝ de ꝓpinquis amicis: quos q̄tum ad necessaria ī mēbroꝝ ordīe nos habemꝰ. Nihil eniȝ tā nociuū vt pniciosa societas. BEDA: Manū q̇ppe nostrā appellat necessariū amicū: cuiꝰ auxilio quotidiano opꝰ habemꝰ. s̄ȝ si talis nos ledere in cā aīe voluerit: excludēdꝰ ē a nostra societate: ne si cū pdito ī hac vita partē habere volumꝰ: simul ī futuro cū illo peamꝰ. vn̄ sequiť: Bo. ē ti. de. itro ī vi. q̄z du. ma. ha. ire ī ge. ī ig. inex. GLO. Debilē dicit adiutorio alicꝰ amici puatū. Nā meliꝰ ē absq̧ amico ire ī vitā: q̄z cū eo ire ī gehennā. HIERO. Uel aliť: Bonū ē tibi debilē īgredi ī vitā. i. sine pncipatu: q̄z duas manꝰ habentē. Due manꝰ principatus sūt hūilitas ⁊ supbia. abscide supbiā tenēs humileȝ principatū. CHRY. Deide testimoniū ꝓpheticuȝ ex ysaia ꝓpheta īducit dicēs: Ubi ver. eo. nō mo. et ig. nō ex. Nō de sensibili verme h̄ dicit: s̄ȝ vermē cōscientiā vocat mordentē animā ꝙ nō sit opata bonū. Unusq̇sq̧ n. sinipsiꝰ accusator fiet. rememorās q̄ gessit ī vita mortali: ⁊ sic eoꝝ vermis īmortalis pmanet. BEDA: Sicut aūt vermis ē doloꝛ īteriꝰ accusans: sic ignis ē pena extrīsecꝰ seuiēs. Uel ī verme putredinē gehēne sicut ī igne ardoꝛē designat. AVG. xxi. de ciui. dei: Utrunq̧ aūt hoꝝ ignē. s. ac vermē q̇ volūt ad aīe penas nō ad corpis ptinere: dicūt etiā vri dolore aī sero ac īfructuose penitentis eos q̇ fuerīt a regno dei sepati. Et iō ignē ꝓ isto dolore vrēte nō īcongrue poni posse cōtendūt: s̄m illud apostoli: Quis scādalizať ⁊ ego nō vroꝛ? Eundē etiā vermē putāt itelligēdū esse: s̄m illud: Sicut tinea vestimētuȝ ⁊ vermis lignū: sic meroꝛ excruciat coꝛ viri: q̇ si penas ⁊ aīe ⁊ corpis ī illo supplicio futuras eē nō dubitāt: igne vri corpꝰ: animā vero rodi quodāmodo verme meroꝛis affirmāt. ꝙ etsi credibilius est. q: absurdū est ibi doloꝛē aut corpis aut aīe defuturū. Ego tn̄ faciliꝰ estimo vt ad corpꝰ vtrūq̧ dicā ptinere q̄z neutrū: ⁊ iō tacitū eē in istis diuine scripture verbis aī doloꝛē: q: cōsequēs eē intelligiť vt corpe dolēte animꝰ quoq̧ cruciet. Eligat ḡ quisq̧ qȯ placet: aut ignē tribuere corpi: aīe vermē. h̄ ꝓprie: illud tropice: aut vtrūq̧ ꝓprie corpi. Possūt enī aīalia etiā ī ignibꝰ viuere. ī vstione sine cōsūptione: in dolore sine morte p miraculum potētissimi creatoris. Seq̇ť: Et si pes tu. scā. te. BEDA: Pes amicꝰ dr̄ pp ministeriū discursus q̄si ī nostris vsibus accōmodatos. Seq̇tur: Quod si ocu. tu. scāda. te. Oculꝰ dicť amicꝰ vtilis atq̧ sollicitꝰ ⁊ accutus ad pspiciendū. AVG. de cō. euā. Hic ꝑfecto apparet: ꝙ illi q̇ noīe christi sūt deuoti: ⁊ priusq̄ christianoꝝ numero socient: vtilioꝛes sūt q̄z hi q̇ cū iaȝ christiani appellent: ⁊ christianis sacramētis ībuti sūt talia suadēt: vt q̇bus ea psuaserit: secū in eternā penā ptrahāt: quos mēbroꝝ corporaliū noīe tanq̄ manū vel oculū scādalizantē iubet erui a corpe: h̄ ē ab ipa vnitatis societate vt sine his potiꝰ veniať ad vitā: q̄z cū eis eať in gehēnā. Hoc ipso aūt sepantur a q̇bus sepantur: ꝙ eis mala suadētibus h̄ ē scādalizātibus nō cōsentiť. Et siquidē oībus bonis cū q̇bus eis noticia ē de hac pu̇ersitate īnotescunt: ab oī penitꝰ societate atq̧ ab ipsa diuinoꝝ sacramentoꝝ pticipatiōe sepenť. Si aūt quibusdā ita noti sūt: pluribꝰ aūt ista eoꝝ ē ignota pu̇ersitas: ita tolerādi sūt: vt neq̧ illis ad iniq̇tatis cōionē cōsentiať: neq̧ ꝓpē illos bonoꝝ societas deserať. BEDA: Quia vero dn̄s tertio mentionē vermis ⁊ ignis fecerat: ⁊ h̄ valeamꝰ euitare tormētū: subdit: Omnis eñ igne saliet. Fetoꝛ enī vermiū de corruptiōe solet nasci carnis ⁊ sanguinis. iōq̧ caro recēs sale condiť: vt exiccato humoꝛe sanguineo: vermescere neq̇ant. Et q̇dē qȯ sale saliť: vermis putredineȝ arcet. quod v̄o igne saliť. i. ignibꝰ sale aspsis recōditur: nō solū vermes abiicit: sed ipsam quoq̧ carnē cōsumit. Caro ergo ⁊ sanguis vermes creat: q: delectatio carnalis cui cōdimentū cōtinentie nō resistit: penā luxuriosis generat eternā: cꝰ fetoꝛē quisq̇s vitare desiderat: ⁊ corpꝰ sale cōtinentie ⁊ mentē studeat cōdimēto sapīe ab erroꝛis ⁊ vicioꝝ labe castigare. Sal enī dulcedinē sapīe: ignis spūs scti grāȝ designat. Dicit ergo: Oīs igne saliť: q: oīs electꝰ sapīa spūali debet corruptiōe cōcupīe carnalis expurgari. Uel ignis ē tribulatiōis: quo patiētia fideliū vt pfectū opus habere possint exerceť. CHRY. Simile aūt est huic qȯ dicit apostolꝰ: Uniuscuiusq̧ opꝰ quale sit ignis ꝓbabit. Postea a leuitico testimoniū introducit di. Et oīs victia saliet. HIERO. Uictima dn̄i ē genꝰ humanū: qȯ hic ratiōe sapiētie saliť: dū corruptio sanguinis custodia putredinis ⁊ mater vermiū cōsumeť: ⁊ illic purgatorio igne examinabiť. BEDA: Possumꝰ ⁊ ita itelligere ꝙ altare dei sit coꝛ electoꝝ. hostie vero ⁊ sacrificia ī h̄ altari offerēda. bona sūt opa fideliū. In omnibus aūt sacrificiis sal debet offerri: q: nullū ē opꝰ bonū qȯ nō sal sapiētie: ab oī corruptōe vane laudis: ceterisq̧ prauis siue supfluis cogitatiōibꝰ expurgat. CHRY. Uel h̄ dicť q: oē munꝰ victie nostre: q̄ ē s̄m orationem ⁊ pximi subuētiōnē saliť igne diuino de quo dr̄: Ignē veni mittere ī terrā. de quo subdiť: Bonū ē sal. i. ignis dilectiōis. Qȯ si sal isulsum fuerit. i. seipso puatū: ⁊ ꝓpa q̄litate p q̄m oē bonū ī quo illō cōdie

tis: Sūt enī sales sal hñtes.q.s. hñt grē plenitudinē. ⁊ sūt sales sal nō habētes.q enī nō sunt pacifici: tal sūt isulsum. BEDA: Uel bonū ē sal: bonū est dei verbū audire frequēti⁹: ⁊ sale sapiētie spiritalis cordis archana cōdire. THEO. Sicut enī sal carnes ɔseruat: ⁊ vermes eas nō sinit generare: sic ⁊ smōe doctoris si desiccatiu⁹ erit: carnales homies cōstrigit: ⁊ i eis inextinguibilē vermē nō sinit generari. Si vero sit isulsus.i.si virtutē desiccatiuā ⁊ cōseruatiuā nō habeat: in quo cōdiatur? CHRY. Ul' fm mattheū discipuli christi sūt sal: q totū orbē conseruāt: resistētes putredini q ē ab idolatria ⁊ fornicatione peccatoꝝ. Pōt etiā itelligi ꝙ vnusquisq3 nostrū habeat tantū salis: qtū capax ē dei gratiaꝝ. vn̄ ⁊ apostol⁹ cōiungit gratiaꝫ sali. di. Sermo vr̄ sit in gratia sale cōditus. Sal etiā ē dñs Jesus christus q fuit sufficiēs totā terrā cōseruare: ⁊ multos i terra fecit sales: quoꝝ si aliq marcescat: possibile est enī ⁊ bonos i putredinē trāsmutari: dignū ē vt foras mittanť. HIERO. Uel aliter: Sal isulsum ē q amat pricipatū: ⁊ icrepare nō audet. vn̄ seqť: Habe.i vo. sal. ⁊ pa.ha.iter vos.vt.s.salsedinē correptiōis amor ꝓximi tempet: ⁊ dilectionē ꝓximi sal iusticie odiat GREG. sup Ezechie. Uel h dicit ɔ quosdā quos dū maior cōsciētia erigit: a ceteroꝝ societate disiungit: ⁊ quo plus sapiūt: eo a cōcordie vtute resipiscūt GREG. i pasto. Qui ēt loq sapiēter nitiť: magno ope metuat ne ei⁹ eloquio audientiū vnitas cōfundatur: ne dū sapiēs videri desiderat: vnitatis compagē isipienter abscidat. THEO. Uel q cōstrigit se vīculo dilectiōis ad ꝓximū: hic salē habet: ⁊ ex h pacē cū fratre suo. AVG. de cō. euā. Hec Marc⁹ dñm locutū fuisse cōtextim cōmemorat: ⁊ aliq posuit q nullus alius euāgelistarū posuit: alia vero q matthe⁹ quoq3 posuit: ⁊ aliq que matthe⁹ ⁊ lucas. sed illi ex aliis occasionib⁹: ⁊ i alio rerū ordine. vnde mihi videť etiā hoc loco dñz dixisse que aliis locis dixit: qr satis pertinebāt ad hāc ipam ei⁹ sententiam: qua vetuit ꝓhiberi virtutes i noie suo fieri: et ab illo q cū discipul' eū nō sequebať. .X.

Et inde exurgēs uenit i fines iudee ultra iordanē ⁊ ɔueniūt iterū turbe ad eū: ⁊ sicē ɔsueuerat iteꝝ docebat illos. Et accedētes pharisei iñrogabāt eū: si licet uiro uxorē dimittere tētātes eū? At ille rñdēs dixit eis: Quid uobis ꝑcepit moyses? Qui dixerūt: Moyses ꝑmisit libellū repudij scribere ⁊ dimitteř. Quibus rñdens Jesus ait: Ad duritiā cordis ur̄i scripsit uob ꝑceptū istud Ab initio aūt creature masculuꝫ ⁊ feminam fecit eos de⁹. Propť hoc relinquet hō patrē suū ⁊ matrē: ⁊ adherebit ad uxorē suā: ⁊ erūt duo in carne una. Itaq3 iā nō sunt duo: s3 una caro. Qđ ergo de⁹ ɔiunxit: hō nō separet. Et i domo iteꝝ discipuli ei⁹ de eodē iterrogauerūt eū. Et ait ill': Quicūq3 dimiserit uxorē suam ⁊ aliā duxerit: adulteriū cōmittit sup ea. Et si uxor dimiserit uiꝝ suū ⁊ alij nupserit mechatur.

¶ BEDA: Huc usq3 marc⁹ ea narrauit de dño que in galilea fecit ⁊ docuit: Hic icipit enarrare que in iudea fecit ⁊ docuit siue passus ē: ⁊ pmo quidē trās iordanē ad orientē. Et h ē qđ dicit: Et ide exur. ve. in fi.iu.vl.ior. Deide etiā citra iordanē quādo veit iericho: bethaniā: ⁊ hierosolymā. Et cū oīs iudeoꝝ ꝓuincia generalit̄ ad distinctionē aliarū gentiū iudea sit dicta: speciali⁹ tñ meridiana ei⁹ plaga appellabať iudea ad distinctionē samarie: galilee: decapolis: ⁊ ceterarū i eadē ꝓuīcia regionū. THEO. Uisitat aūt regionē iudee: quā sepe ꝓpter iudeoꝝ emulationē reliqrat: qr passio i ea erat futura: non tamē ascēdit tūc hierosolymā: s3 iudee confinia vt turbe nō maliciose ꝓficeret. Hierosolyma enī erat operatrix oīs neqcie ob maliciā iudeoꝝ. vn̄ sequitur: Et cōue.ite.tur.ad eum: ⁊ sicut cō.ite.doce.illos. BEDA: Notāda ē mentiū distātia i turbis ⁊ phariseis. he cōueniūt vt doceanť: ⁊ sui sanenť ifirmi: sicut matthe. cōmemorat. illi accedūt vt saluatorē tētando decipiāt. vn̄ sequiť: Et acce pha.iter. eū si li.uiro vx.di.tē.eū. THEO. Accedūt quidē nō deserētes eū. ne turbe in eū crederēt: sed cōtinue accedētes credebāt eū in dubitationē iducere: ⁊ eū per iterrogatiōes cōfundere: Proposuerūt aūt ei questionē ex vtraq3 pte ꝑcipitiū habentē: vt si dicat ꝙ licet viro vxorē dimittere: vel nō licet: accusarēt ipsum cōtradicētes eidē ex dogmatib⁹ moysi. Christ⁹ igitur sapia ipa rñdit eis respōsionē: illoꝝ laqueos fugientē. CHRY. Interrogat⁹.n.si licet: nō stati rñdit: nō licet: ne tumultuenť: s3 pmo eos legis sententiā voluit rñdere: vt qđ eū dicere oportebat h illi respōderēt. vn̄ sequiť: At ille respō. ait: Quid vobis pce. moyses? Sequiť: Qui dixerūt. Moyses permisit libellum repudij scribere ⁊ dimittere. Proponūt quidē moysen hoc dixisse: aut ꝓpter iterrogationē saluatoris: aut volētes in eū viroꝝ multitudinem icitare. Etenī hoc iudeis erat idifferēs ⁊ omēs hoc opabanť tanq3 a lege pmissuꝫ. AVG. de cō. euā. Nihil aūt ad rei veritatē interest: vtrū dño separationē ꝓhibēti: ⁊ sententiā suā de lege firmanti: ipsi turbe vt Mattheus narrat intulerit questionem de libello repudij per eundē moysen sibi pmisso: an hoc quidē illi de ꝑcepto moysi illos iterrogāti respōderit: vt Marcus hic dicit. naꝫ ⁊ voluntas eius ita se habebat: vt nō eis redderet rationē: cur illud Moyses pmiserit: nisi pri⁹ ipsi hoc cōmemorassent. Cū ergo volūtas loquentiū: cui debēt vba seruire ab euāgelista vtroq3 mōstrata sit: nihil interest iā: licet diuersus inter ambos fuerit mod⁹ narrādi. Potest etiā hoc itelligi: ꝙ sicut dicit Marc⁹:

prius eos de vxore dimittēda iterrogātes: dn̄s vicis sim iterrogat: quid eis p̄cepit moyses: q̄ cū respōdissent Moysen pmisisse libellū repudij scribere: ⁊ dimittere: rn̄dit eis de ipsa lege p moysen data: quomodo deus instituerit cōiugiū masculi ⁊ femīe: dicens ea que ponit Mattheus: quib⁹ auditis: illi id quod ei primo iterrogāti responderāt repetierūt: dicētes: Quid ergo mādauit moyses. AVG. contra faustū: Nolebat aūt dimitti vxorē a viro qui hanc iterposuit morā: vt in discidiū anim⁹ p̄ceps libelli cōscriptione refract⁹ absisteret: p̄sertim q: vt perhibent: apud hebreos scribere lr̄as hebreas nulli fas erat: nisi solis scribis. Ad hos igit̄ quos oporteret esse prudētes legis interp̄tes: ⁊ iustos discidij dissuasores: lex mittere voluit eū quē iussit libellū dare repudij si dimisisset vxorē. Nō eni poterat ei scribi libellus nisi ab ipsis quē p hāc occasionē ⁊ necessitatem venientē quodāmō i manus suas bono consilio regerēt: atq̄ inter ip̄m ⁊ vxorē pacifice agendo dilectionē cōcordiāq̄ suaderēt. q̄ si tantū itercideret odiū vt extingui emēdariq̄ nō posset: tūc vtiq̄ scriberet̄ libellus: q: frustra non dimitteret: quā sic odisset vt ad debitā cōiugio charitatē nulla prudētiū suasione reuocaret̄. ꝓpter hoc subdit̄: Quibus re. iesus ait: Ad dur. cor. ve. scri. ē vo. pre. istud. Magna .n. duritia erat: que nec p libelli iterpositionē: vbi dissuadēdi loc⁹ iustis ⁊ prudētibus tribuebat̄: solui vel flecti posset ad recipiēdā vel reuocandam cōiugij charitatē. CHRY. Uel dicit̄: Ad duritiā cordis vestri: q: si anima fuerit purgata desiderijs ⁊ ira possibile ē mulierē nequissimā tolerare. Multiplicatis aūt in aīa passionib⁹ p̄dictis: multa mala cōtingēt circa odiosum cōnubiū. sic igit̄ ab incusatione eoꝝ moysen eripit qui dederat legē: ⁊ totū in eoꝝ caput cōuertit. Sed q: graue erat quod dictū est: statī ad antiquā legem sermonē reducit dicēs: Ab initio aūt creature masculū ⁊ feminā fecit eos deus. BEDA: Nō ait masculū ⁊ feminas. qd̄ ex prioꝝ repudio querebat̄: sed masculū ⁊ feminā: vt vnius cōiugis cōsortio necterent̄. CHRY. Si autem voluisset hāc quidē dimitti ⁊ alterā itroduci: creasset plurimas mulieres. Nec solū homini deus mulierē cōiunxit: sed ⁊ relinquere parētes p̄cepit ⁊ mulieri adherere. vn̄ sequit̄: Et dixit. s. deus p adā: Propter hoc re. ho. pa. su. ⁊ ma. su. ⁊ adhe. ad vxo. suā. Ex ipso mō locutiōis insepabilitatē matrimonij demōstrās: q: dicit: Adherebit. BEDA: Et similiter q: dicit: adherebit ad vxorē suā; nō ad vxores. Sequit̄: Et erūt duo i carne vna. CHRY. i. ex vna radice facti: i vnū corp⁹ cōuenient. Sequit̄: Itaq̄ iā nō sūt duo sed vna caro. BEDA: Primum igit̄ nuptiarū ē ex duab⁹ vnā carnē fieri. Castitas iūcta spū: vnus efficit̄ spūs. CHRY. Post h̄ terribile faciēs argumētū nō dixit: ne diuidatis: sꝫ cōclusit: Quod ergo deus cōiunxit: hō n̄ sepet. AVGV. cōtra faustū: Ecce iudei ex libris moysi cōuincuntur: nō esse vxorē dimittendā: qui scd̄m voluntatē legis moysi arbitrant̄ se facere cū dimitterēt. Similiter ⁊ illō hinc ip̄o christo attestāte cognoscimus deū fecisse ⁊ cōiunxisse masculū ⁊ feminā: quod manichei negādo damnātur: nō iā moysi libris: sed christi euāgelio resistētes. BEDA: Quod ergo deus cōiunxit vnā faciēdo carnē viri ⁊ femie h̄ hō nō pōt separe: sed sol⁹ deus. Hō sepat: quando ꝓpter desideriū scd̄e vxoris primā dimittim⁹. Deus sepat: quādo ex cōsensu ꝓpter seruitutē dei sic habemus vxores: quasi nō habētes. CHRY. Si aūt duo quos de⁹ cōiunxit separi nō debēt: multo magis ecclesiā quā de⁹ christo cōiunxit: ab eo nō conuenit separe. THEO. Quia vero scādalizabantur discipuli: tanq̄ ex p̄dictis nō plene eis fuerit satisfactū: ꝓpter hoc eni iteꝝ interrogāt. vn̄ sequit̄: Et ite. i do. disc. ei⁹ de eodē iter. eū. HIERO. Scd̄a iterrogatio ab apostolis iterū dicta ē: quia de eadē re de qua pharisei eū iterrogauerūt. i. de cōiugij statu ⁊ hoc ꝓprie. Iterata eni verbi snīa: nō fastidiū sed esuriē ⁊ sitim p̄stat. vn̄ qui me comedūt: adhuc esurient: ⁊ q̄ me bibūt adhuc sitiēt. Melliflua eni sapiētie eloquia gustata: diligētibus multimodū saporē reddūt. vn̄ dn̄s iterato discipulos īstruit. nam sequitur: Et dixit ill̄: Quicūq̄ dimi. vx. su. ⁊ al. dux. adul. com. su. eā. CHRY. Adulteriū vocat nō cū sua simul esse: Nō eni ē sua quā accepit priā derelicta: ⁊ ꝓpter hoc cōmittit adulteriū sup eam. i. sup scd̄am quā itroducit. Idē aūt est ⁊ de muliere. vn̄ sequit̄: Et si vx. di. virū suū: ⁊ alij nup. mechat̄. Nō eni alteri vt ꝓprio viro pōt cōiungi: si ꝓpriū derelinquat. Et quidē lex ꝓhibuit adulteriū manifestū: saluator hoc nō manifestū: neq̄ ab oībus notū: nature contrariū. BEDA: In mattheo vero scriptū est plenius: Quicūq̄ dimiserit vxorē suā nisi ob fornicationē. Una ergo solūmō carnalis est causa: fornicatio. Una spiritalis: timor dei: vt vxor dimittat̄: sicut multi religiōis cā fecisse legunt̄. Nulla aūt cā est dei lege p̄scripta: vt viuēte ea que relicta ē alia adducatur. CHRY. Quod aūt Matthe⁹ dicit pharifeis hec verba dixisse: Marcus vero discipulis: n̄ est cōtrariū. cōtingit enim hec ⁊ his ⁊ illis dcā eē.

¶ Et offerebāt illi puulos: ut tāgeret illos. discipuli aūt cōminabant̄ offerētibus. Quos cū uideret Iesus: idigne tulit. Et ait illis: Sinite puulos uenire ad me: ⁊ ne prohibueritis eos: taliū eni ē regnū dei. Amē dico uobis: q̄sq̄s nō receperit regnū dei uelut puulus nō itrabit i illud. Et cōplexās eos ⁊ imponēs manus super illos: bn̄dicebat eos.

THEO. Ostēsa sup̄ius nequitia phariseoꝝ christū tētantiū: nūc ostēditur multa fides turbaꝝ: que tm̄ manuū impositiōe putabant christū bn̄dicere puulos quos illi offerebāt. vn̄ dicit̄: Et offe. illi paruu. vt tā. eos. CHRY. Sed discipuli ꝓhibebāt offerētes ꝓpter christi dignitatē. Et hoc ē quod subditur: Disci. aūt cō. offe. Saluator aūt erudiēs discipulos sapere moderata: ⁊ timorē cōculcare mūdanum: accipit pueros ⁊ eis p̄nunciat regnū dei. vn̄ sequit̄: Et dixit illis: Sinite paruu. ve. ad me. ⁊ ne ꝓhi. eos. ORIGE. Siquis ergo eoꝝ q̄ doctrinā

ecclesiasticā ꝓfitentur: videat aliquē offerētē quosdā stultos mūdi ꝛ ignobiles ꝛ infirmos: q̄ ꝓpter h̄ appellati sūt pueri ꝛ īfantes: nō ꝓhibeat quasi sine iudicio facientē eū qui offert talē saluatori. Post hec exhortat̄ discipulos suos iā viros cōstitutos cōdescēdere vtilitatibus puerorū: vt fiāt pueris quasi pueri: vt pueros lucrētur. Nam ꝛ ipse cū in forma dei esset: humiliās se fact⁹ est puer. vñ subdit: Taliū ē eni regnū. CHRY. Eteni ab oibus passionibus pura existit aia pueri: ꝓpter hoc oꝫ vt hec ex voluntate opemur: que pueri habēt ꝑ naturā. THEO. Unde nō dixit: horū ē regnū dei: sed Taliū. s. habentiū ꝛ studio ꝛ labore innocētiā ꝛ simplicitatē quā habēt pueri ex natura. Puer eni nō odit neqꝫ maliciose aliq̄d opatur: neqꝫ verberat⁹ a matre discedit. sed ꝛ̄si eū vilibus īduat vestimentis p̄fert ea regalib⁹ indumētis: sic ꝛ ille q̄ viuit fm virtutē ecclesie matris sue nihil huic p̄honorat: neqꝫ etiā reginā multorꝫ voluptatē. vñ ꝛ dñs subdit: Amē dico vobis: Quisq̄s nō rece. reg. dei velut puu. nō intrabit illud. BEDA. i. nisi talē habueritis innocentiā ꝛ animi puritatē sicut puulus hꝫ: regnū celorꝫ nō poteritis itrare. Aliter: regnū dei. i. doctrinā euangelij: sicut puul⁹ recipere iubemur: q꞉ quomō paruulus in discēdo nō cōtradicit doctorib⁹: neqꝫ rōnes cōponit ꝛ verba eis resistēs: sed fideliter suscipit q̄ docet̄: ꝛ cū metu obturpat ꝛ discit: ita ꝛ nos obediēdo simpliciter ꝛ sine vlla cōtradictiōe verbū domini suscipe debem⁹. Sequit̄: Et cō. eos. ꝛ im. ma. sup il. bñ. illos. CHRY. Bñ aūt amplexat̄ eos ad benedictionē tāq̄ꝫ i ꝓpriū sinū eleuās ꝓpiciat⁹ facturā suā ab eo cadentē ab initio ꝛ diuisa. Impōit aūt puulis man⁹ docēs diuine virtutis opationeꝫ. Et quidē fm cōsuetudinē aliorꝫ man⁹ iponit: ꝫ nō fm cōsuetudinē opatur. De⁹ eni existēs: hūanum modū suabat tāq̄ꝫ ver⁹ hō fact⁹. BEDA: Cōplexus etiā bñdixit puulos: vt hūiles spū sua bñdictione ꝛ grā ꝛ dilectiōe dignos esse significet.

¶ Et cū egressus eēt ī uia ꝓcurrēs quidā genuflexo āñ eū: rogabat eū dicēs: Magister bone: qd faciaꝫ ut uitā eternā pcipiā? Jesus aūt dixit ei: Quid me dicis bonū? Nemo bonus nisi un⁹ de⁹. Precepa nosti Ne adulteres: ne occidas: ne fureris: ne falsum testimoniū dixeris: ne fraudē feceris. honora patrē tuuꝫ ꝛ matrē. At ille rñdens ait illi: Magist: hec oia obsuaui a iuuētute mea. Jesus aūt intuit⁹ eū dilexit eū: ꝛ dixit ei: Unū tibi deest: Uade quecunqꝫ habes uēde ꝛ da paupibus: ꝛ habebis thesaurū i celo: ꝛ ueni seq̄re me Qui cōtristat⁹ i uerbo: abijt merēs. Erat eni habēs mltas possessiōes. Et circūspiciēs iesus: ait discipulis suis: Q̄ difficile q pecunias hñt in regnū dei itroibūt. Discipli aūt obstupescebāt i uerbis ei⁹. At Jesus rursus rñdēs ait illis: Filioli: q̄ꝫ difficile ē cōfidētes i pecunijs i regnū dei itroire. Facili⁹ ē camelū p foramen ac⁹ trāsire: q̄ꝫ diuitē itrare i regnuꝫ dei. Qui magis admirabant dicentes ad semetipos: Et qs pōt saluu⁹ fieri? Et ituēs illos Jesus ait: Apud hoies ipossibile ē: ꝫ non apud deum. Omnia enim possibilia sunt apud deum.

¶ BEDA: Audiuerat quidā a dño tm̄ eos qui paruulorū volūt esse similes: dignos esse itroitu regni celorꝫ: iō poscit sibi exponi nō ꝑabolis: ꝫ apte: quibus operū meritis vitā eternā cōsequi possit. vñ dr̄: Et cū egressus eēt ī via ꝓcur. q̄. genu. ante eū. roga. eū: dicēs: Ma. bo. quid fa. vt vi. eter. ꝑci. THEO. Mirorꝫ de hoc iuuene q̄ oibus alijs ꝓ ifirmitatib⁹ ad christū accedētib⁹: hic vite eterne possessionem postulat cū maligna sit passio auaricie ꝓpter quaꝫ postmodū cōtristat⁹ ē. CHRY. Quia v̄o accesserat ad christū: tāq̄ꝫ ad hominē ꝛ ad vnū iudaicorū doctorꝫ: christ⁹ tāq̄ꝫ hō rñdit eidē. vñ sequit̄: Jesus aūt dixit ei: Quid me di. bo. Nemo bo. nisi vn⁹ de⁹. Hec aūt dicēs: nō excludit hoies a bonitate: ꝫ a cōpatiōe bonitatis diuine. BEDA: Un⁹ aūt de⁹ bonus: nō pr̄ sol⁹ itelligēd⁹ ē: ꝫ ꝛ fili⁹ q̄ dicit: Ego suꝫ pastor bon⁹: sed ꝛ spūssanct⁹: q꞉ dr̄: Pr̄ de celis dabit spm̄ bonū petētib⁹ se. Ipa eni vna ꝛ indiuidua trinitas pr̄: fili⁹: ꝛ spūssanct⁹: sol⁹ ꝛ vn⁹ de⁹ bon⁹ ē. Nō igit̄ bon⁹ se bonū negat: ꝫ eē deū significat: nō se magister bonū nō eē: sed magistrū absqꝫ deo nullū bonū eē testat̄. THEO. Uoluit igit̄ dñs ꝑ hec verba mentē iuuenis facere altiorē: vt ipm cognosceret tāq̄ꝫ deū. Sed ꝛ aliud quidē īnuit ī his v̄bis: vt quādo debes cōferre cū aliquo: nō adulādo cuꝫ eo cōferas: sed respicias radicē bonitatis ꝛ fontem deū: ꝛ ei p̄stes honorē. BEDA: Notādū aūt q̄ iusticia legis suo tpe custodita: nō solū bona terrena verū etiā suis electorib⁹ vitā cōferebat. Eterna querēti cōsequēter dixit: Precepta nosti: Ne adulteres: ne occi. Hec eni pueril̄ inocētia q̄ nobis imitāda ꝓponit̄: si regnū dei volum⁹ itrare. vñ sequit̄: Et ille rñdēs ait: Magister hec oia ob. a iuuē. mea. Nō ē putādus hō iste vel voto tētantis vt quidā putauerūt dñm iterrogasse: vel de sua vita esse mētit⁹: ꝫ simpliciter vt vixerat eē cōfessus: qd̄ patet ex h̄ qd̄ subdit̄: Jesus aūt ituitus eū: dilexit eū: ꝛ dixit ei. Si aut mēdacij aut simulatiōis noxa re⁹ teneretur: nequaq̄ꝫ intuit⁹ archana cordis ei⁹ diligere diceretur Jesus. ORIGE. sup mat. In hoc eni q̄ dilexit eū

vel osculatꝰ ē eū: videt̄ affirmasse ꝓfessionē eiꝰ qui dixit se oīa ista īplesse. Intēdēs enī mēte in eum vidit hominē ex bona cōsciētia cōfitentē. CHRY. Dignū tn̄ ē inquirere q̄liter hūc dilexit: q̄ eū n̄ erat secuturꝰ? Est aūt h̄ dicere q̄m quantū ad priora dignus erat amore: que legis sūt obseruās a iuuētute. circa finē vero neq̄ diminutionē p̄oris dilectionis cōsecutꝰ ē: sicut neq̄ ꝑfectionē suscepit. Etsi enī nō excesserat mensurā humanā christi ꝑfectionē nō sequēs: nullo tn̄ crīmīe existebat reꝰ: iuxta possibilitatē hoīs legē obseruās ⁊ ī hac obseruatiōe christꝰ eū dilexit. BEDA. Diligit enī dn̄s eos q̄ mādata legis q̄uis miora custodiūt: sed nihilominꝰ que in lege minꝰ fuerāt his q̄ ꝑfecti eē desiderāt ondit: q̄a nō venit soluere legē sed adīplere. Vn̄ sequit̄: Et dixit ei: Vnū tibi deest. Vade quecūq̄ ha. vende ⁊ da paupibus ⁊ ha. thesau. ī celo. ⁊ veni ⁊ se. me. Quicūq̄ enī ꝑfectꝰ eē voluerit debet vēdere que h̄z: nō ex pte: sicut ananias fecit ⁊ saphira: s̄z totū. THEO. Et cū vēdiderit dare paupibꝰ: nō histrionibꝰ ⁊ luxuriosis. CHRY. Bn̄ aūt nō fecit eterne vite mētionē sed thesauri: dicēs: Et habe. thesa. ī celo. Quia. n. de pecunijs erat s̄mo: ⁊ de abrenūciatiōe oīuz: ostēdit ꝙ reddit plura his que p̄cepit relinquere: quanto maiꝰ ē celū q̄ terra. THEO. S̄z q̄r multi sūt pauperes nō humiles: sed ebrij aut aliquā aliā habētes maliciaz. ꝓpter h̄ dicit: Et veni sequere. BEDA: Sequit̄ enī dn̄m qui imitator eiꝰ ē: ⁊ ꝑ vestigia eiꝰ gradit̄. Sequit̄: Qui cōtristatꝰ ī verbo abijt merēs.

CHRY. Et cām tristicie subdit euāgelista dicēs: Erat enī possessiōes habēs multas. Nō enī eodem mō afficiunt̄ q̄ pauca habēt ⁊ q̄ multa. Adiectio. n. acquisitarū diuitiaꝝ maiorē flāmā cupiditatis accēdit. Sequit̄: Et circū. Jesus ait disci. suis: Quādiffi. qui pecu. ha. ī reg. dei ītroi. THEO. Non h̄ dicit ꝙ diuitie male sint: sed hn̄tes ipsas vt custodiāt. docet enī nō ipsas habere. i. retinere ⁊ custodire: s̄z eis ī necessarijs vti: ⁊ in s̄uitio hoīs eē. CHRY. Dixit aūt hoc dn̄s discipulis paupibus existibus ⁊ nihil possidētibꝰ: instruēs eos inopiā nō erubescere: ⁊ quasi excusando eis rn̄dēs ꝓ eo ꝙ nihil eos habere cōcesserat. Sequit̄: Discipuli aūt obstu. in verbis eiꝰ. Manifestū ē enī quoniā īopes existes pro alioꝝ salute dolebāt. BEDA: Sed q̄r īter pecunias habere ⁊ amare multa distātia ē. vn̄ ⁊ salomō n̄ ait: Qui habet: sed Qui amat diuitias: fructū nō capit ex eis. iō dn̄s obstupescētibꝰ discipulis verba p̄misse s̄nīe exponit. vn̄ sequit̄: At Jesus rur. rn̄dens ait illis: Filioli: q̄ difficile est cōfi. in pe. regnū ītroire. Vbi notandū ē ꝙ nō ait q̄ īpossibile ē: s̄z q̄ difficile ē. quod enī īpossibile ē: oīno fieri nō potest.

CHRY. Vel dicēs difficile ondit eē īpossibile: ⁊ n̄ simpliciter s̄z cū quadā intētione. ⁊ hoc ondit exemplo. di. Faciliꝰ ē came. ꝑ fora. acus trāsire q̄ diuitē ītra. in regnū dei. THEO. Camelū siquidē oz intelligere aut ip̄m aīal aut funē illū grossuz quo naues magne vtūt̄. BEDA: Quomō ergo vel ī euāgelio mattheꝰ ⁊ ioseph: vel in veteri testamēto q̄plurimi diuites ītrauerūt in regnū dei: nisi forte q̄r diuitias vel ꝓ nihilo habere vel ex toto relinquere dn̄o inspirāte didicerūt. Altiore aūt sensu faciliꝰ ē christū pati ꝓ dilectorībꝰ suis: q̄ dilectores seculi ad christū posse cōuerti. Cameli enī noīe se ītelligi voluit: q̄r īfirmitatis nostre onera sustulit. ꝑ acū autē significat dolores ī passione susceptos. Foramen ergo acus dicit angustias passiōis: qua scissa nostre quasi vestimēta nature quodāmō resarcire dignatꝰ ē. Sequit̄. Qui mag. admira. dicē. ad īuicē ipsos: Et q̄s pōt saluꝰ fieri? cū incōꝑabiliter maior sit turba pauperū: que diuitibꝰ ꝑditis pōt saluari. ītellexerūt tamē cūctos q̄ diuitias amāt etiā si ad. pisci neque. it. ī diuitū numero deputari. Sequit̄: Et intuēs eos Jesus ait: Apud homi. īpossi. est: s̄z non apud deū. Quod nō ita ītelligendū ē quasi cupidi ⁊ supbi in regnū celorū sint intraturi: cū cupiditate ⁊ supbia: sed possibile ē deo vt a cupiditate ⁊ supbia ad charitatē ⁊ humilitatē ꝯuertāt̄. CHRY. Jdeo aūt hoc opus dei esse dixit: vt onderet ꝙ multa opus ē illi gratia: qui ad hoc a deo dirigit̄. vnde mōstrat̄ ꝙ nō pua merces ē diuitibꝰ valētibꝰ christi philosophiā seq̄. THEO. Vel ītelligendū ē q̄ dicit: Apud hoīes īpossibile ē: s̄z nō apud deū. q̄r cū deū audimꝰ: hoc fit possibile. cū vero hūana sapimus: īpossibile. Sequit̄: Omia enī possibilia sunt apud deū. Cū oīa dicit: entia subītelligas. peccatū enī nō est ens. Est enī res absq̄ essentia ⁊ hypostasi peccatū. Vel aliter: Peccatū nō virtutis sed infirmitatis ē. ⁊ iō peccatū sicut ⁊ infirmitas īpossibile ē apud deū. Sed nūquid deꝰ facere pōt vt id quod factū est: nō sit factū? Ad q̄ dicit̄ ꝙ deus est sūma veritas. facere aūt quod factū est vt nō sit factū: falsum ē. Qualiter ergo veritas faciet falsum? Prius igit̄ destruet ꝓpriā naturā: vt quidā dicūt. Nunq̄d pōt deꝰ nō eē deꝰ? hoc enī ridiculū est.

¶ Et cepit ei Petrus dicere: Ecce nos dimisimꝰ oīa: ⁊ secuti sumꝰ te. Rn̄dens Jesus ait: Amē dico uob̄ nemo ē q reliquerit domū aut frēs aut sorores aut patrē aut matrē aut filios aut agros ꝑꝑ me ⁊ ꝓpter euāgeliū: q nō accipiet cēties tn̄ nūc in tpe hoc domos ⁊ frēs ⁊ sorores ⁊ matres ⁊ filios ⁊ agros cū ꝑsecutionibꝰ ⁊ in seculo futuro uitā eternā. Multi aūt erunt primi nouissimi: ⁊ nouissimi primi.

GLO. Quia iuuenis audito cōsilio saluatoris de rerū dimissiōe: tristis abscesserat. Discipuli aūt christi p̄missum cōsiliū iā adimpleuerāt: sollicitare ceperūt de p̄mio: estimātes se magnū aliq̄d fecisse: cū iuuenis q̄ p̄cepta legis īpleuerat: hoc sine tristicia nec audire potuerit. vn̄ Petrꝰ ꝓ se ⁊ alijs dn̄m iterrogat. Et h̄ ē q̄ dicit̄: Et cepit ei petrꝰ dicere: Ecce nos dimisimꝰ oīa: ⁊ secuti sumꝰ te. HIERO. Petrꝰ ⁊ si pauca dimisit. tn̄ hec oīa vocat. Nā ⁊ pauca habēt vinculū passiōis: ita vt beatificet̄ ille qui pauca relinq̄t. BEDA: Et q̄r nō sufficit tn̄ dimittere: iūgit q̄ ꝑfectū ē: Et secuti sumꝰ te. q. d. fecimus

quod iussisti. Quid igiť dabis nobis pmij? Petro
autē de discipulis tñ iterrogāte dñs vniuersalē re-
spōsionē facit. vñ sequiť: Rñdens Jesus ait: Amen
dico vobis: nemo est q̄ re. do. aut frēs. Hoc aūt di-
cēs: nō innuit vt patres relinquam⁹: nō adiuuantes
eos: neq̧ vt ab vxorib⁹ sepemur: ſʒ nos īstruit pfer-
re honorē dei secularib⁹ reb⁹ CHRY. Mihi āt vi
deť: φ i hoc ītēdebat psecutiōes futuras occulte p-
nūciare: q: futurū erat vt multi patres ad pietatem
filios īducerēt: ⁊ vxores viros. Nō aūt differt dice
re: Propť nomē meū aut euangeliū: vt Marc⁹ di-
cit: aut ꝑpter regnū dei: vt ait lucas. Etenī nomen
christi virt⁹ euāgelij ē ⁊ regni. Euāgeliū enī recipiť
ī nomie iesu christi: ⁊ regnū dei p nomē ipi⁹ cogno
scitur ⁊ venit BEDA: Quidā aūt ex occasione h⁹
snīe qua diciť: Accipiet cēties tantū: nūc ī tpe hoc
iudaicā mille annoꝝ fabulā post resurrectionē iu-
storū dogmatizāt: quādo oīa que ꝑpter deū dimisi
mus multiplici sūt fenore reddēda: īsup ⁊ vita eter
na donāda. Nec vidēt φ ⁊si ī ceteris digna sit pro-
missio: in vxorib⁹ tñ centenis iuxta alios euangeli-
stas appareat turpitudo: psertiʒ cū dñs ī resurrecti-
one nubēdū nō eē testeť. ⁊ ea que ꝑpter se dimissa
fuerit: recipiēda in h̄ tēpore cū psecutiōib⁹ asseue-
ret: quas mille ānis suis abesse affirmat. CHRY.
Est quidē igiť centies tantū merces scdm cōmuni
cationē ⁊ non scdm possessionē. h̄ enī adimpleuit
eis dñs ñ corpaliť: sed alio quodāmō. HIERO.
Uxor enī ī domo circa viri cibū negociať ⁊ vesti-
mēta. Uide igiť h̄ ⁊ in apl'is. Multe enī mulieres
sollicite erāt de eorū cibo ⁊ vestimētis ⁊ ministra-
bāt eis. Similiter ⁊ patres ⁊ matres plurimas apo
stoli habuerūt. s. eos q̄ ipos diligebāt: ſʒ ⁊ petr⁹ vnā
relinquēs do mū postea omniū discipuloꝝ domos
habebat. Et mai⁹ ē: q: cū psecutiōib⁹ hec oīa possi-
debunt sancti: si psecutionē sint passi ⁊ angustiati.
ꝑpť qḋ sequiť: Mlti aūt erūt pmi nouissimi ⁊ no-
uissimi primi. Pharisei enī primi existētes facti sūt
nouissimi. Qui vero oīa reliquerūt: ⁊ christū secuti
sunt fuerūt nouissimi ī seculo isto p angustias ⁊ p-
secutiōes: ſʒ erūt pmi p spem q̄ est ī deū. BEDA:
Pōt sane h̄ qḋ ait Accipiet cēties tantū. alti⁹ ītel
ligi. Cētenari⁹ quippe numer⁹ de leua trāslat⁹ ī de
xterā: lʒ eandē īflexu digitoꝝ videať habere figurā:
quā habuerat denari⁹ ī leua: tñ quātitatis magni-
tudine sursum crescit: q: videlicet oēs qui ꝑpter re
gnū dei tēporalia spreuerūt: ⁊ ī hac vita psecutioni
bus plenissima eiusdē regni gaudiuʒ fide certa de-
gustāt: atq̧ ī expectatiōe patrie celestis q̄ significa
tur ī dextera omniū electoꝝ delectatōe fruiť. Ue
rū q: multi virtutū studia nō eadē qua īcipiūt intē
tione pietatis cōsumāt mox subinferť: Multi aūt
erūt ⁊c̄. Quotidie enī videm⁹ multos ī laico habi-
tu cōstitutos: magnis vite meritis excellere: ⁊ alios
a pma etate spiritali studio feruentes: ad extremum
ocio torpēte lascescere: atq̧ inerti stulticia qḋ spiri
tu cepere carne consummare.

Erāt aūt ī uia ascēdētes hieroso
lymā: ⁊ pcedebat illos iesus. Et stu
pebāt: ⁊ sequētes timebāt. Et assu
mēs iteʒ duodeci cepit ill' dicere q̄
eēnt ei uētura: Quia ecce ascēdim⁹
hierosolymā. ⁊ fili⁹ hois tradeť pn
cipib⁹ sacerdotū ⁊ scrib ⁊ seniorib⁹:
et dānabūt eū mōte. Et tradēt eū
gentib⁹: ⁊ illudēt ei ⁊ cōspuent euʒ
et flagellabūt euʒ: et interficiēt eū:
et tertia die resurget.

BEDA: Meminerāt discipuli sermōis quo dñs
se passurū multa a sūmis sacerdotib⁹ ⁊ scribis pdi-
xerat: ⁊ idō hierosolymā tēdentes stupebāt. Et hoc ē
qḋ diciť: Erāt aūt ī via ascēden. hiero. ⁊ pce. illos ie
sus. THEO. Ut oñdat φ ad passionē pcurrit: ⁊
φ nō refugit mortē ꝑ nostra salute. Et stupe. ⁊ se-
quē. time. BEDA: Ne vel ipi cū eo occidereńť:
vel saltē ille cui⁹ vita ⁊ magisterio gaudebāt: inimi
corū manib⁹ occūberet. Preuidēs aūt dñs ex passi
one sua discipuloꝝ aīos ptur bādos: eis ⁊ passiōis su
penā ⁊ resurrectiōis sue gloriā pdicit. vñ sequiť: Et
assumēs iterū. xij. cepit illis dicere que essent ventu
ra. THEO. Ut. s. discipuloꝝ corda cōfirmaret: vt
cū hec pauditēt leui⁹ postmodū sustinerēt: ⁊ repen
tinis nō formidarēt: ⁊ etiā vt oñderet φ volūtarie
patiť. Qui enī pnoscit ⁊ pōt fugere ⁊ nō fugit: ma
nifestū ē φ volūtarie seipm passionib⁹ tradit. Seor
sum aūt assummit discipulos: nāq̧ cōueniēs erat
passiōis mysterium propinquiorib⁹ sibi reuelare.
CHRY. Cōmemorat aūt singula que passur⁹ erat
ne si aliqd ptermissuʒ remaneret: cernētes postmo-
dū illō subito turbarenť. vñ subdit: Quia ecce ascē-
dim⁹ hierosolymā. GLO. Ad quē. s. pertinet pati:
naʒ diuinitas pati nō pōt. Tradeť. s. a iuda princi.
sa. ⁊ scri. ⁊ seniorib⁹: ⁊ cōdem. eū morte iudicantes
eū eē reū mortis. Et tradēt eū gētib⁹. s. pilato gētili.
Et illudēt ei. milites ei⁹. Et cōspuēt eū ⁊ fla. eū ⁊ in
terfi. eū. CHRY. Ut aūt cū fuerit cōtristati ꝑpter
passionē ⁊ mortē tūc ⁊ resurrectionē expectēt: sub
dit: Et tertia die resurget. Cū enī tristicias ⁊ obpro-
bria que cōtigerūt nō occultauerit: conueniēs erat
vt ei ⁊ de reliquis crederent.

¶ Et accedūt ad eū iacob⁹ et iohā
nes filij zebedei dicētes: Magister
uolum⁹ ut qḋcūq̧ petierim⁹ facias
nob. At ille dixit eis: Quid uultis
ut faciā nob? Et dixerūt: Da nob
ut un⁹ ad dexteraʒ tuā: ⁊ alt⁹ ad sinis
trā tuā sedeam⁹ ī glīa tua. Jesus āt
dixit eis: nescitis qd petatis. Pote
stis bibere calicē queʒ ego bibo: aut
baptismo quo ego baptizor baptiza
ri? At illi dixerūt ei: Possum⁹. Je
sus āt ait eis: Calicē qdē quē ego bi
bo bibetis: ⁊ baptismo quo ego ba

ptizoꝛ baptizabimini: ſedere aũt ad dexterã meã uł ad ſiniſtrã nõ ẽ meũ dare uobis: ſed q̄bus paratũ eſt.

CHRY. Audiẽtes diſcipuli chriſtum freq̄ẽter d̄ ſuo regno loquẽtem putabãt ꝙ hoc regnũ poſt ei⁹ morte nõ eſſet: et iõ nũc ꝑnunciata chriſti morte: acceſſerũt ad eũ vt honoꝛib⁹ regni ſtatim fierẽt digni. vñ dr̄. Et acceſ. ad eũ ia. ⁊ io. fi. ze. di. Magiſter vo. vt quodcũq̄ꝫ pe. fa. nobis. Erubeſcẽtes eni ꝙ aliquid humanũ paſſi erãt: acceſſerũt ad chriſtũ ſeoꝛſum eũ a diſcipulis aſſumẽtes. Saluatoꝛ vero non ignorãs quid petere debebãt: ſed ad reſpõdendum eos idncẽs iterrogationẽ ſubiũgit: At ille dixit eis: Quid vultis vt faciã vobiſ? THEO. Credebãt autem ꝑdicti diſcipuli ꝙ ꝓpter hoc hieroſolymã aſcẽderet vt regnaret: ⁊ poſtmodũ patereť: que ſe paſſurũ ꝑdixerat: ⁊ hoc cogitãtes dexterã ⁊ ſiniſtrã ſedẽ appetebãt. vñ ſequiť: Et dixerũt: Da nobis vt vnus ad dexterã, ⁊ ali⁹ ad ſiniſtram ſedeat ĩ gloꝛia tua. AVG. de cõ. euã. Hoc ab eis nõ ꝑ eoſ ipos: ſꝫ ꝑ matrẽ dictũ eẽ matthe⁹ expſſit: cũ illa eoꝛũ volũtatẽ attuliſſet ad dñm. vñ magis ipos q̄ꝫ illã dixiſſe quod dictũ ẽ Marc⁹ breuiť itimauit. CHRY. Uel cõueniẽter dici põt vtrũq̄ꝫ factũ eẽ. Uidẽtes eni ſe ꝑ alijs honoꝛatos: ꝑdictã petitionẽ ſe cõſeq̄ eſtiabãt: ⁊ vt facili⁹ petitionẽ obtinerẽt: matrẽ aſſũpſerunt: vt cũ hac ſimul chriſtũ ꝑcareť. AVG. d̄ cõ. euã. Deniq̄ꝫ ⁊ dñs etiã ſcḋm Marcũ ⁊ ſcḋm Matheũ ipſis poti⁹ q̄ꝫ matri rn̄dit. Nã ſequiť: Jeſus aũt dixit eis: Neſcitis q̄d pe. THEO. Quaſi d. Nõ eſt h̄ qḋ creditis ꝙ ſim tpaliter ĩ hieruſalẽ regnatur⁹: ſed oĩa hec que. ſ. ad regnũ meũ ptinẽt ſupra itellectuꝫ ſũt. Eteni ſedere a dexteris meis tã magnuꝫ q̄d ẽ: vt excellat oꝛdines angeloꝝ. BEDA: Uł neſciũt q̄d petãt q̄ ſedẽ gloꝛie a dño quã nondũ merebanť, inquirũt. CHRY. Uel dicit: neſcitis q̄d petatis: ac ſi diceret: Uos de honoꝛe loq̄mini: ego vero de agonib⁹ ⁊ ſudoꝛib⁹ diſputo. Nõ eni ẽ hoc ꝑmioꝛũ tempus ſed occiſiõis: ꝑlioꝝ ⁊ ꝑiculoꝝ. vñ ſubdit: Poteſtis bibere ca. quẽ ego bi. aut bap. quo ego bapti. baptizari? Per modũ iterrogatiõis attrahit eos: vt ex cõmuniõe que ẽ ad ipꝫ auidioꝛes fierẽt. THEO. Calicẽ autẽ ⁊ baptiſmũ crucẽ nomiat: calicẽ q̄deꝫ tanq̄ꝫ potũ dulciter ab ipo ſuſceptũ: baptiſmũ vero tanq̄ꝫ emũdationẽ noſtroꝝ facientẽ peccatoꝝ: qui nõ itelligẽtes qḋ dixerat: rn̄derũt. vñ ſequiť: At illi dixerũt: poſſum⁹. Credebãt eni ꝙ de calice ſenſibili ⁊ baptiſmo quo iudei baptizari ſolebãt lauantes ſ. ſe anteq̄ꝫ cõederẽt loquereť. CHRY. Rn̄derunt aũt tã ꝓmpte expectãtes ĩ eo qḋ petierũt exaudiri. Sequiť: Jeſus aũt ait eis: Calicẽ quidẽ quẽ ego bibo bi. ⁊ bapt. quo ego bapti. baptizabimini. i. martyrio digni eritis ⁊ patiemini ſic ⁊ ego. BEDA: Quereť autẽ quomõ calicẽ martyrij iacob⁹ ⁊ iohãneſ biberũt: aut quomõ baptiſmo dñi fuerũt baptizati: cũ ſcriptura narret iacobũ tm̄ apoſtolũ ab herode capite trũcatũ: Johãnes aũt ꝓpꝛia moꝛte finiuit vitã. Sꝫ ſi legam⁹ eccleſiaſticas hiſtoꝛias ĩ q̄buſ fereť ꝙ ⁊ ipe ꝓpter martyriũ ĩ feruẽtis olei dolium miſſus ſit: ſtatiq̄ꝫ relegat⁹ ĩ pathmos ĩſula: ſic videbim⁹ martyriũ aio nõ defuiſſe: ⁊ bibiſſe iohãnẽ calicẽ cõfeſſiõis: quẽ ⁊ tres pueri in camio ignis biberũt: lꝫ ꝑſecutoꝛ nõ fuderit ſanguinẽ. Sequiť: Sedere aũt ad dex. me. vel ad ſi. nõ ẽ me. da. vo. ſed q̄bus paratũ ẽ. CHRY. Ubi duo querũtur. vnũ ẽ: ſi paratũ ẽ alicui ſedere a dextris ei⁹. Alterũ aũt: ſi oĩum dñs his q̄bus paratũ ẽ poteſtatẽ tribuẽdi non hꝫ. Ad pꝛimũ ergo dicim⁹ ꝙ null⁹ a dextris neq̄ꝫ a ſiniſtris ſedet: iuuius eni ẽ oĩ creature thꝛonus ille. Quomõ ergo dixit: Sedere ad dexterã meã vel ad ſiniſtrã nõ ẽ meũ dare vobis: quaſi q̄buſdã ſeſſuriſ. Ad ſuſpitionẽ quidẽ iterrogãtiũ rn̄dit eoꝝ intẽtioni cõdeſcẽdẽs: neq̄ꝫ eni nouerãt illũ thꝛonũ excelſum ⁊ cathedꝛã que ẽ a dextris patris: ſꝫ vnũ ſolum petebãt. ſ. potiri ꝑmatu ⁊ alijs ꝑeſſe. Quidã eni audiuerãt dictũ de apoſtolis ꝙ ſup. xij. thꝛonos eẽnt ſeſſuri: q̄d eſſet qḋ dictũ ẽ ignoꝛãtes: iter ceteros petierũt ꝑmatũ. Ad ſecũdũ dicẽdũ ẽ ꝙ tale donũ ptãtem filij nõ trãſcẽdit: ſed qḋ ĩ mattheo dr̄: Paratũ ẽ a p̄re meo. idẽ ẽ ac ſi diceret: a me. vñ ⁊ marc⁹ nõ dixit hic: a patre meo. Qḋ ergo hic chꝛiſt⁹ dicit tale ẽ: Moꝛiemini inq̄ꝫ ꝓpter me: nõ tamẽ h̊ ſufficit ad hoc ꝙ vos pꝛimũ oꝛdinẽ obtineatis. Si eni aliquiſ ali⁹ cũ martyrio venerit: omnẽ aliã v̄tutẽ poſſidẽs multa vobis maioꝛa poſſidebit. his eni parať ꝑmatus q̄ ꝑ opa poſſunt fieri ꝑmi. Sic igiť dñs ſua rn̄ſione eos iſtruxit vt ñ vane ⁊ inaniť ꝓ ꝑmatib⁹ moleſtenť: ſimł autẽ ⁊ eos noluit cõtriſtare. BEDA Uel non ẽ meũ vobiſ dare. i. ſupbis: hoc eni adhuc erãt. Alijs paratũ ẽ: ⁊ vos alij eſtote. i. humiles: ⁊ vobis paratuꝫ eſt.

¶ Et audientes decẽ idignati ſunt de iacobo ⁊ iohãne. Jeſus autẽ uocãs eos: ait ilł: Scitis q̄ꝛ hi q̄ uidẽtur pꝛicipari gẽtib⁹ dominanť eiſ: ⁊ pꝛicipes eoꝝ ptãtẽ hñt ipoꝝ. Nõ ita ẽ aũt ĩ uob: ſꝫ q̄cũq̄ꝫ uoluerit fieri maioꝛ erit uř miniſter. Et q̄cũq̄ꝫ uoluerit ĩ uob ꝑm⁹ eẽ: erit oĩuꝫ ſeruus. Nã ⁊ fili⁹ homis nõ uenit ut miſtrareť ei: ſꝫ ut miſtraret: ⁊ daret aĩam ſuã redẽptionem pꝛo multis.

¶ THEO. Quia reliq̄ apoſtoli videẽt iacobũ ⁊ iohãnẽ honoꝛẽ petere: patiẽter ferre nõ poſſũt. vñ dicitur: Et audiẽ. decem idignati ſũt de iacobo ⁊ iohẽ. Patiẽtes eni hñana iuidia moueбanť: ſꝫ tũc ꝑmo idignati ſũt: cũ viderũt ipſos a dño non ſuſceptos. nõ aũt pꝛi⁹ idignabanť: q̄ꝛ videbãt ipos alijs ꝑhonoꝛari. tũc igiť ſic ipfecte ſe habebãt apoſtoli: ſꝫ poſtea ĩ ꝑmatib⁹ ſibi cedebãt adiuuicẽ. chꝛiſt⁹ aũt eoſ ſanat: ꝑmo quidẽ ad eoꝝ conſolationẽ eos iuxta ſe adducẽdo: ⁊ h̄ ſignificať cũ diciť: Jeſus aũt vocãs eoſ. deide demõſtrãdo ꝙ vſurpare honoꝛẽ ⁊ deſiderare pꝛimatũ gẽtiliũ ẽ. vñ ſequiť: Ait illis: Scitis q̄ꝛ hi q̄ videnť ꝑn. gen. do. eis: ⁊ pꝛin. eoꝝ po. ha. ipſoꝝ. Gentiliũ pꝛicipes tyrãnice ⁊ dñabiliter ad pꝛicipatũ ſe igerũt. Seq̄ť: Nõ ita ẽ aũt ĩ vobis. BEDA: Jn quo docet eũ maioꝛẽ eẽ q̄ minoꝛ fuerit: ⁊ illum

dñm fieri q̄ omniũ seruꝰ sit. frustra igiť aut illi im-moderata quesierãt: aut isti dolẽt sup maiorũ desi-derio: cũ ad summitatẽ virtutũ nõ potẽtia ꝫ humi-litate veniať. Deide pponit exemplũ vt si dicta par-uipẽderẽt: erubescerẽt ad opa. ⁊ dicit: Nã ⁊ fili. ho-mi. nõ ve. vt ministra. ei: sed vt mini. ⁊ da. ani. suam. redem. p multis. THEO. Quod maiꝰ ẽ q̃ꝫ mini-strare. Cũ enĩ aliq̃s p eo cui mĩstrat moriť: q̃d isto põt eẽ maiꝰ ⁊ mirabiliꝰ: ꝫ tñ ista ministratio ⁊ hu-militatis descẽsus gloria eiꝰ erat ⁊ omniũ. Ante .n. q̃ꝫ hõ fieret: solũ ab angelis notꝰ ẽ. Cũ aũt factꝰ est hõ ⁊ crucifixꝰ ẽ: nõ tñ ipse gloriã hꝫ: sed ⁊ alios in pticipatiõe sue glorie suscepit: ⁊ dñatus ẽ p fidẽ or-bis terre. BEDA: Nõ autẽ dixit animã suã redẽ-ptionẽ dare pro omnibus: sed pro multis. i. qui cre-dere voluerunt.

Et ueniũt hierico. Et pficiscen-te eo de hierico ⁊ discipuľ eiꝰ ⁊ pluri-ma multitudie: filiꝰ thimei barthi-meus cecꝰ sedebat iuxta uiã mendi-cãs. Qui cũ audisset q2 iesus naza-renꝰ ẽ: cepit clamare ⁊ dicere: Jesu filij dauid miserere mei. Et cõmia-banť illi mľti ut taceret. At ille mľ-to magis clamabat: fili dauid mise-rere mei. Et stãs iesꝰ p̃cepit illũ uo-cari. Et uocãt cecũ: dicẽtes ei: Ani-mequor esto: surge uocat te. Qui pie-cto uestimẽto suo: exiliens uenit ad eũ. Et rñdẽs iesus dixit illi: Quid tibi uis faciã. Cecꝰ aũt dixit ei: Ra-boni ut uideã. Jesus aũt ait illi: ua-de: Fides tua te saluũ fecit. Et con-festim uidit: ⁊ seq̃bať eũ in uia.

HIERO. Passiõi dñi appropinquãti: ciuitatis nomẽ rñdet. dr̃ enĩ: Et veniũt hiericho. Hiericho lu-na siue anathema iterp̃taľ. Defectꝰ autẽ carnis chri-sti p̃paratio ẽ hierusalẽ celestis. Seq̃ť: Et pficiſ. eo de hieri. ⁊ disci. eiꝰ ⁊ plu. multitu. filiꝰ timei barthi-meꝰ cecꝰ: sedebat iuxta viã mẽdicãs. BEDA: Ma-theꝰ duos iuxta viã sedẽtes ⁊ ad dñm clamãtes: ce-cos dicit esse illũiatos. Lucas aũt cũ appropinq̃ret hiericho pari ordie illumiatũ ab eo cecũ eẽ phibet: vbi nemo saltẽ sapiẽs putet euãgelistas sibimet cõ-traria scribere: ꝫ aliũ pleniꝰ scribeř q̃ alť omisit. In-telligẽdũ ẽ g̃ vnũ eoꝝ fuisse potissimũ: qõ ex h̃ ap-paret: ⁊ q̃ nomẽ eiꝰ ⁊ nomẽ pr̃is eiꝰ Marcꝰ cõme-morauit. AVG. de cõ. euã. Hic ẽ g̃ q̃ ipm solũ vo-luit cõmemorare marcꝰ: cꝰ illumiatio tã claram fa-mã huic miraclo cõpauit: q̃ꝫ erat nota calamitas. lucas v̾o q̃uis oĩno eodẽ mõ factũ: tñ ĩ alio ceco ĩ-telligẽdꝰ ẽ par cõmemorare miraculũ: ⁊ eꝰdẽ mira-culi modũ parẽ seq̃ť. Qui cũ audisset q̃ iesus naza. ẽ: cepit clama. ⁊ dicere: Fili dauid iesu miserere mei

batur: et ne appellatiõe cognomis fiat cõfusio psonarum. ppterea hunc ab illo separauit. Nõ aũt dixit: Judas pditor: vt doceat detractiões nescire et accusatiões declinare. Quod aũt dicit: Un⁹ de. xij. auget detestabilitatem proditoris. nam et alij discipuli erãt: q̃ fuerãt numero. lxx. sed illi nõ tantũ: nõ tãta cõfidẽtia sociati sũt. isti autẽ. xij. fuerũt cõprobati. hec erat caterua legalis de q̃ pditor malignus exiuit. HIERO. Un⁹ tñ erat de. xij. numero: non vn⁹ merito: vn⁹ corpe: nõ vn⁹ aĩo. Abijt autẽ ad pñcipes postq̃ exijt et intrauit i eũ sathanas: vnũqđq̃ aĩal ad simile sibi iungit. BEDA: Qđ autẽ dixit: Abijt. oñdit eũ nõ a pñcipib⁹ inuitatũ: nõ vlla necessitate cõstrictũ: sed spõte ppria scelerate mẽtis inisse cõsiliũ. THEO. Dicit autẽ vt pderet eũ illis. i. vt annũciaret illis qñ sol⁹ existeret. Timebãt aũt i eũ irruere qñ docebat ppt turbã. HIERO. Promittit autẽ se tradere vt magister ei⁹ diabol⁹ añ dicebat: Tibi dabo ptãtẽ hãc vniuersã. Sequit. Qui audiẽtes gauisi sunt: et pmi. ei pecu. se da. Promittũt quidẽ pecuniã: et amittũt vitã quã ipse recipit cũ vitã amittit. CHRY. i ser. de pas. O dementiã: imo cupiditatẽ pditoris. cũcta enĩ mala cupiditas pcreauit: nã cupiditas captas aĩas retinet: et omibus modis alligatas cõstrigit: et rerũ obliuionẽ imponit: et alienationẽ mẽtis oñdit. Ab hac iudas captiuus cupiditatis isania: cõuersatiõis: mẽse: discipulat⁹: admonitiõis: suasiõis: oblit⁹ ẽ. Nam sequit: Et q̃rebat quõ eũ oportũe traderet: HIERO. Sz oportunitas doli nũq̃ inuenit: vt nõ vindicet h aut illic. BEDA: Multi hodie scelus iude q dñm ac magistrũ deũq̃ suũ pecunia vẽdiderit: velut immane et nephariũ exhorrẽt: nec tñ cauẽt: nã cũ p mũeribus charitatis et veritatis iura spernũt: deum qui est charitas et veritas produnt.

Et pmo die azimoꝝ qñ pascha imolabãt dicũt ei discipuli: Quo uis eam⁹ et parem⁹ tibi ut mãduces pascha? Et mittit duos ex discipulis suis: et dicit eis: Jte i ciuitatẽ: et occurret uob hõ lagenã aque baiulãs. Sequimini eũ: et quocũq̃ itroierit dicite dño domus: q: magister dicit: Ubi ẽ refectio mea: ubi pascha cum discipul' meis mãducẽ? Et ipse uobis demõstrabit cenaculum grãde stratũ: et illic parate nobis. Et abierũt discipuli ei⁹: et uenerũt in ciuitatẽ: et iuenerunt sicut dixerat illis: et parauerunt pascha.

CHRY. in smone de pas. Quãdo iudas de traditione tractabat: alij discipuli sũt de pparatione pasche solliciti. vñ dicit: Et pmo die azi. qñ pascha im. di. ei disci. Quo vis eam⁹ et parem⁹ tibi com. pascha BEDA: Primũ diẽ azimorũ. xiiij. diẽ pmi mẽsis appellat: quãdo fermẽto abiecto imolare agnum occidere solebãt ad vesperã: quod exponẽs apostolus ait: Pascha nostrũ imolatus est christ⁹. qui licz die sequẽti. i. xv. luna sit crucifixus: attamen nocte qua agnus immolabat: et corporis sanguinisq̃ sui tradens mysteria celebranda et a iudeis tentus ac ligatus: ipsius imolationis hoc est passiõis sue sacrauit exordiũ. HIERO. Azima vero q̃ cũ amaritudine. i. lactucis agrestibus mãducantur redẽptio nostra est: amaritudo võ passio domini THEO. Ex hoc autẽ q dicunt discipuli: Quo vis eam⁹. manifeste videt q christus hospitiũ aliquod non habebat: sed neq̃ discipuli pprias domos: si enim habuissent: duxissent eũ ad illas. HIERO. Dicũt ẽt Quo vis eamus: vt cũ volũtate dei dirigamus gressus nostros. domin⁹ autẽ indicat cũ quo mãducat pascha: et more suo mittit duos: qđ supra exposuimus. vñ sequitur: Et mittit du. ex disci. suis et di. eis. Jte i ciui. THEO. Mittit quidẽ ex discipul' suis petrũ. s. et iohãnẽ. vt lucas dicit ad ignotũ hominẽ: innuẽs ex h q posset nõ pati. Nã q̃ mentẽ ignoti nouit vt ipos recipet: qđ nõ opet in alijs: Dat etiã eis signũ vt domũ. s. iuenirẽt cũ subdit: Et occurret vobis hõ la. aq̃ baiulãs. AVG. de cõ. euã. Marcus lagenã dicit quã lucas amphorã. ille vasis genus: iste modũ significauit. vterq̃ veritatẽ înie custodiuit. BEDA: Indiciũ aũt psentie diuinitatis ẽ: q cũ discipulis loquẽs qđ alibi futurũ sit nouit. vñ sequit: Et abi. disci. ei⁹ et ve. i ciui. et iue. sicut dix. illis et pa. pasc. CHRY. i ser. de passi. Nõ illud qđ nostrũ: sz iterim iudeoꝝ: illud autẽ qđ nostrũ ẽ non solũ cõstituit: sz ipe fact⁹ ẽ pascha. Sz et cur illđ mãducauit. q: fact⁹ ẽ sub lege: vt eos q̃ sub lege erãt redimeret: et ipi legi requiẽ daret: et vt nemo dicat: q iđ eã euacuauerit: q: eã iplere vt molestã et arduã nõ valuit: ipe pri⁹ eã cõpleuit: et sic fecit eã reqescere HIERO. Mystice aũt ciuitas ecclesia ẽ: q̃ muro fidei cingit. hõ occurrẽs populus primitiuus ẽ: amphora aque lex littere. BEDA: Uel aqua: lauacrum grece. lagena fragilitatẽ designat eorũ p quos eadem erat gratia mundo monstranda. THEO. Lagenã aque portat qui baptizatus est. qui aũt baptisma baiulat: venit ad requiẽ sm rationẽ viuẽs: et sicut in domo requie potitur. vñ subdit: Sequimini eum. HIERO. Qui. s. ducit in altũ vbi est refectio christi. dominus domus petrus apostolus ẽ: cui domin⁹ domũ suã credidit: vt sit vna fides sub vno pastore. Cenaculũ grande ecclesia magna est: in qua narratur nomẽ domini strata varietate virtutum et linguaꝝ. BEDA: Uel cenaculũ magnũ spiritaliter lex est: q̃ de angustijs littere egrediens et sublimi loco. i. in alto solario recipit saluatorẽ. Consulte autẽ siue aque baiuli siue domini domus sũt pretermissa vocabula: vt omnibus verũ pascha celebrare volẽtibus: hoc est christi sacramẽtis imbui: eumq̃ sue mẽtis hospitio suscipere querẽtibus: facultas danda signetur. THEO. Uel domin⁹ domus itellectus est: qui ostendit cenaculum grande. i. altitudinẽ itelligentiarũ: quod etsi altum sit: tamẽ nihil habet vane glorie et tumoris: sed sternit et planum fit humilitate. Jbi autem. i. in tali mente pascha christo patur: a petro. s. et iohãne. i. ab actione et contemplatione.

¶ Uespe aũt factõ: uẽit cũ duodeci. Et discũbẽtib⁹ eis ꝛ mãducãtibus ait iesꝰ: Amẽ dico uob: qꝛ un⁹ ex uobis tradet me q mãducat mecũ. At illi ceperũt cõtristari ꝛ dicere ei singulatim. Nũqd ego? Qui ait illis: Un⁹ ex duodeci q itigit mecũ manũ i catino. Et filiꝰ qdẽ hois uadit: sicut scriptũ ẽ d eo. Ue aũt hõi illi: p quẽ filiꝰ hõis tradeť. Bonũ erat ei si nõ esset natus homo ille.

¶ BEDA: Dñs q̇ de sua passiõe pdixerat: etiã de pditore pdicit: dãs locũ pnie: vt cũ itellexisset sciri cogitatiões suas peniteret eũ facti sui. vñ dicit: Uespe aũt fac. ve. cũ. xii. ꝛ discũ. eis ꝛ mã. ait iesꝰ: Amẽ dico vobis qꝛ vn⁹ ex vobis me tradet: q̇ mãducat mecũ. CHRY. i ser. de passi. Ubi pꝫ ꝙ nõ apte eũ oĩbus publicabat: ne ĩpudẽtiorẽ eũ faceret. nec etiam penit⁹ silẽtio pteribat: ne celari arbitratꝰ: audacter ad pditionẽ ppearet. THEO. Sꝫ qũo discũbentes cenabãt: cũ lex pcipet: ꝙ stãtes erecti deberẽt pascha cõedere? Probabile aũt ẽ pri⁹ eos adiplesse pascha legale: deĩde discubuisse: icipiẽte eo pprũ tradere pascha. HIERO. Uespa aũt diei: vesperã indicat mũdi. Circa vndecimã nãqꝫ horã veniũt nouissimi: q̇ pmi denariũ eterne vite accipiũt. Oẽs igitur discipuli tãguntˀ a dño: vt fiat armonia cithare: oẽs nerui bñ suspẽsi cõsona voce respõdẽt. Naꝫ seqť: At illi ceperũt cõtristari: ꝛ dicere ei singłatim: Nũquid ego? Un⁹ autẽ remissus ꝛ pecunie amore madefactꝰ dixit: Nũqd ego sũ rabi? sicut ĩ mattheo legiť. THEO. Ceperũt autẽ alii discipuli cõtristari pter dñi verbũ. Nã ꝛ si extra hãc existerẽt passionẽ magis tñ credũt illi q̇ omniũ nouit corda q̃ sibi. Sequiť: Qui ait illis: vn⁹ ex duodeci: q̇ itigit mecũ manũ i catio. BEDA: Judas. s. q̇ ceteris cõtristatis ꝛ retrahẽtib⁹ manũ. cũ magistro manũ mittit i catinũ. Et qꝛ pri⁹ dixerat: Un⁹ ex vobis me tradet: pseuerat pditor i malo: manifesti⁹ arguit: ꝛ tñ nomẽ pprũ nõ designat. HIERO. Dicit autem: Un⁹ de duodeci: q̃ i ab eis sepatꝰ: sepat. n. corpꝫ lupus oĩe qui i cap. t. Ouis q̃ de ouili egredit: lupi morsib⁹ pz Judas aũt nec pmo nec scdo correptꝰ a pditiõe retrahit pedẽ. vñ pena pdiciť: vt quẽ pudor nõ vicerat: corrigãt denũciata supplicia. ꝛ h̃ ẽ qd̃ subdiť. Et filiꝰ quidẽ ho va. sicut scriptum est de eo. THEO. Per h̃ qd̃ dr̃ Uadit: ostẽdiť ꝙ mors christi fuit voluntaria ꝛ nõ necessaria. HIERO. Sed quia illud bonũ et iudas faciũt: sꝫ oĩno illis nõ psũcit: recte subdiť: Ue aũt ho. illi p quẽ fi. ho tradeť. BEDA. Sꝫ ꝛ hodie quoqꝫ i sempiternũ ve illi homini q̇ ad mensam dñi malignꝰ accedit. Etenĩ ille in corpꝰ iudas filiũ hois tradit: nõ qdẽ iudeis peccatoribꝰ sꝫ sui peccati mẽbris. Sequiť: Bonũ erat ei si nõ eẽt natꝰ hõ ille. HIERO. Scilicet in utero latẽs vtero matris: meliꝰ enĩ ẽ nõ eẽ: q̃ ad tormẽta eẽ. THEO. Quãtũꝫ enĩ ex fine meliꝰ fuisset ei ꝙ eẽt: si nõ pditor existeret: nam deꝰ fecit ipm ad opa bona: sed postq̃ ad tantã deuenit maliciã melius fuisset ei si natus non fuisset.

¶ Et mãducãtib⁹ illis: accepit iesꝰ panẽ: ꝛ bñdicẽs fregit: ꝛ dedit eis: ꝛ ait: sumite: hoc ẽ corp⁹ meũ. Et accepto calice grãs agẽs dedit eis. Et biberũt ex illo oẽs. Et ait illis: Hic est sanguis meꝰ noui testi: q pmltis effũdeť. Amẽ dico uob q iaꝫ nõ bibã de genimie uitis: usqꝫ i diẽ illũ cũ illd bibã nouũ in regno dei.

¶ BEDA: Finitis pasche veteris solẽniis trãsit ad nouũ: vt. s. p carne agni ac sanguine sui corpis sanguinisqꝫ sacramẽtũ substitueret. vñ dr̃: Et mã. ill. acce. iesus panẽ. vt. s. ipꝫ se eẽ mõstraret: cui iurauit dominꝰ: Tu es sacerdos i eternũ fm ordinẽ melchisedech. Sequiť: Et bñ. fre. THEO. Jd ẽ grãs agẽs fregit: qd̃ ꝛ nos facimꝰ oratiões supaddẽtes. BEDA: Frãgit etiã ipe panẽ quẽ disciplˀ porrigit: vt ondat corpis sui fractionẽ nõ absqꝫ sua spõte vł pcuratiõe futurã quẽ etiã bñdixit: qꝛ naturã humanã quã passurꝰ assũpsit: ipe vna cũ patre ꝛ spũscõ grã diuie ṽtutis ipleuit. Bñdixit panẽ ac fregit: qꝛ hominẽ assũptũ ita morti subdeř dignatꝰ ẽ: vt ei diuie imortalitat] iesse potẽtiã demõstraret: Jdeoqꝫ velociꝰ eũ a morte resuscitãdũ eẽ doceret. Seqť: Et dedit eis ꝛ ait: Sumite: h̃ ẽ corp⁹ meũ. THEO. Hoc. s. qd̃ nũc do: ꝛ qd̃ nũc sumit]. Nõ aũt pãis figura tñ corpis christi ẽ: sꝫ i pprũ christi corpꝰ trãsmutatur. nã dñs ait: Panis quẽ ego dabo caro mea ẽ. sꝫ tñ caro christi nõ videť pp nr̃am ĩfirmitatẽ: panis n. ꝛ vinũ de nr̃a cõsuetudie ẽ. si ṽo carnẽ ꝛ sãguinẽ cernerem⁹: sumere ñ sustĩerem⁹. pp h̃ dñs nr̃e ĩfirmitati cõdescẽdẽs: spẽs panis ꝛ vini cõsuat: sed panẽ ꝛ vinũ ĩ ṽitatẽ ɔuertit carnis ꝛ sãguis. CHRY. i ser. d pas. Et nũc etiã ille psto ẽ christꝰ: q̇ illã ornauit mẽsã ipe istã quoqꝫ cõsecrat. Nõ. n. hõ ẽ q̇ pposita corpꝰ christi fac ꝛ sãguinẽ: sꝫ ille q̇ p nobis crucifixꝰ ẽ christꝰ. sacerdotis ore ṽba pferũť: ꝛ dei ṽtute cõsecrãť ꝛ grã h̃ ṽbo qd̃ dicit: Hoc ẽ corp⁹ meũ. pposita cõsecrãť: ꝛ sicut illa vox q̃ dicit: Crescite et mltiplicami ꝛ replete ťrã. semel qdẽ dcã ẽ: sꝫ oĩ tpe sentit effectũ ad generationẽ operante natura: ita ꝛ vox ista semel qdẽ dcã ẽ: sꝫ p oẽs mẽsas ecclesie vsqꝫ ĩ hodiernũ diẽ ꝛ vsqꝫ ad eiꝰ aduẽtuꝫ pstat sacrificio firmitatẽ. HIERO. Mystice aũt i pane trãsfigurat dñs corpꝰ suũ: qd̃ ẽ ecclesia pñs: q̃ accipiť i fide: bñdiciť ĩ nũero: frãgiť ĩ passiõib⁹: dať i exẽplis: sumiť i doctriĩs: formať i sãguinẽ suũ i calice vino ꝛ aq̃ cõmixtũ: vt alio purgemur a culpis: alio redimamur a pẽis. Sãguie nãqꝫ agni seruanť dom⁹ a percussiõe angeli: ꝛ aq̃ maris rubri extigunť inimici: que sunt mysteria ecclesie christi. Unde sequitur: Et acce. ca. grãs agẽs de eis. Gratia enĩ ꝛ nõ merit] saluati sum⁹ a deo. GREGO. ij. moral. Cũ appropinquaret etiã passiõi accepto pane gratias egisse phibeť. grãs itaqꝫ egit q̇ flagella aliene iniq̇tatis suscepit: ꝛ qui nil pcussione dignũ exhibuit: humiliť i

passiõe benedicit: vt hic ostẽdat qd vnusquisq3 in fla/
gello culpe facere debeat: si ipse equanimiter flagel
la culpe portat aliene. vt hinc etiã ostẽdat qd i cor
rectione faciat subditꝰ: si in flagello positꝰ patri gra
tias egit equalis. BEDA: Quia & nos i christo &
i nobis christũ manere oportet: vinũ dñici calicis
aqua miscet. Attestãte enĩ iohãne aque populi sũt
& neq3 aquã solã neq3 solũ vinũ cuiq3 licet offerre:
ne talis oblatio caput a mẽbris secernẽdũ eẽ signi/
ficet: & vel christũ sine nostre redẽptionis amore pa
ti potuisse: vel nos sine illiꝰ passiõe saluari ac pati
posse offerri cõtingat. Sequitur: Et biberũt ex illo
oẽs. HIERO. Ebrietas felix: satietas salutaris: q̃
quãto copiosiꝰ sumit. tãto sobrietatẽ mẽtis dona/
re dignat. THEO. Quidam autẽ dicũt iudã my/
steriorum nõ fuisse participẽ: sed q3 exiuerit anteq3
dominꝰ mysteria largiretur. Alij etiam dicũt q3 illi
tradidit de illo mysterio. CHRYS. in ser. de pas.
Christꝰ ei3 sanguinẽ ei qui eũ vendidit offerebat: vt
haberet remissionẽ peccatorũ: si tamẽ impius esse
stere noluisset. HIERO. Bibit ergo iudas: s3 nõ
saturatꝰ: nec sitim extinguit ignis eterni: quia i igne
sumit mysteria christi: cuius sacrificiũ nõ emũdat.
sed eos cogitatio ĩsipiens pducit ad culpas: qui se
scenosis crudelitatis fetoribꝰ miscuerũt. CHRY.
in ser. de passi. Nullus ergo sit iudas i dñi mensa. h
sacrificiũ cibus spiritalis ẽ. nam sicut corporalis ci
bus cũ ventrẽ inuenerit aduersis humoribus occu
pari ampliꝰ ledit: ita est & iste spiritalis cibus: si ali/
quẽ reperit malignitate pollutũ: magis eũ perdit nõ
sua natura: sed accipientis vicio. Pura igit sit mẽs
in omnibꝰ: pura cogitatio: quia & sacrificiũ purum
est. Sequit: Et ait illis: hic ẽ san. meꝰ noui testamẽ
ti. BEDA: Hoc ad distinctionẽ recipit veteris te/
stamẽti quod hircoꝝ & vitulorũ est sanguine dedi/
catũ: dicẽte inter aspergentẽ legislatorem: hic est san
guis testamenti quod mãdauit ad nos deus. Seq/
tur: Qui pro mul. effundetur. HIERO. Nõ eni3
omnes emũdat. Sequit: Amẽ dico vobis q3 ia3 nõ
bi. ex hoc geni. vi. vsq3 in diẽ illũ cũ illud bi. no. i re
gno dei. THEO. Quasi diceret: Nõ bibã de vino
vsq3 ad resurrectionẽ: regnũ enĩ resurrectionem vo
cat: quasi tũc regnauerit cõtra mortẽ. Post resur/
rectionem vero bibit cũ discipulis: & comedit: ostẽ/
dens q3 idẽ ipse esset qui passus ẽ. Nouũ autẽ bibit
illud. i. nouo quodãmõ & alieno. Nõ enim corpus
habebat passibile indigẽs cibo: sed imortale & icor/
ruptibile. Intelligẽdũ est autẽ & sic: Uitis ẽ ipe do/
minus: genimen vitis mysteria & itellectus occultꝰ
quẽ ipse generat: qui docet hominẽ scientiã. In re
gno autẽ dei. i. in futuro seculo bibet cũ suis disci/
pulis mysteria & sapientiã: noua quedã nos docẽs:
& reuelãs q̃ nunc occultat. BEDA: Uel alit: Ui/
tem siue vineã domini appellatã esse synagogã ysa
ias testat dicẽs: Uinea dñi sabaoth domꝰ israel ẽ.
Iturꝰ ergo dominꝰ ad passionẽ ait: Iã non bibam
de ge. vi. ac si aperte dicat: Nõ vltra carnalibus sy/
nagoge cerimonijs delectabor: in q̃bus etiã ista pa
schalis agni sacra locũ tenuere precipuũ. Aderit. n.
tẽpus mee resurrectiõis: aderit dies illa cũ in regno
dei positus. i. gloria vite imortalis sublimatꝰ: de sa/
lute eiusdẽ populi fonte gratie spiritalis regnãti vo
biscũ gaudio pfundar. HIERO. Considerandu3
autẽ q3 hic dñs mutat tm̃ sacrificiũ: sed non mutat
tempꝰ: vt nos nunq3 cenã dñi ante quartãdecima3
lunã faciamꝰ. qui facit in. xiiii. resurrectionẽ. i. xj.
luna cenã dñi faciet: quod nũquã i veteri testamẽ
to nec in nouo factum est.

**Et hymno dicto: exierũt in mõ
tem oliuarũ. Et ait eis iesus: Oẽs
scãdalizabimini in nocte ista: q2 scri
ptũ ẽ: pcutiã pastorẽ & dispgentur
oues. Sed postea q3 resurrexero p
cedã uos i galileã. Petrꝰ aũt ait illi:
Etsi oẽs scãdalizati fuerit: sed non
ego. Et ait illi iesus: Amẽ dico tibi
q2 tu hodie i nocte hac priusq3 gallꝰ
uocẽ bis dederit: ter me es negatu
rus. At ille ampliꝰ loquebat. Etsi
oportuerit me simul cõmori tibi: nõ
te negabo. Silr ãt & oẽs dicebant.**

HILAR. Sicut grãs egerũt anq3 biberẽt: ita etiã
grãs agũt & postq3 biberũt. vñ dr: Et hymno dicto
exi. in mon. oli. vt. s. adiscas & añ cibũ & post cibũ
gratiarũ reddere actiões. HIERO. Hymnũ. n. di
cit laudẽ dñi vt ẽ i psalmo: Edẽt pau. & sa. & lau. do
mi. q̃ req. eũ. Et adorauerũt & mãducauerũt oẽs pĩ
gues terre. THEO. Simil etiã & hic ondit qd am
plectibile erat sibi p nobis mori: q2 cum tradẽdus
erat deũ laudare dignatꝰ ẽ. Docet etiã nos cũ i an
gustias icidimꝰ ppter multorũ salutẽ nõ cõtrista/
ri: sed deo grãs agere q̃ i nostra tribulatiõe opatur
multoꝝ salutẽ. BEDA: Põt etiã hymnꝰ ille itel/
ligi quẽ dñs sm Iohãnẽ patri grãs agẽs decanta/
bat: in quo & p seipo: & p discipulis: & p eis q̃ p ver
bũ ipsoꝝ credituri erãt: eleuatis sursum ocul pcaba
tur. THEO. Exiuit aũt i montẽ: vt ad eũ solitariũ
existẽtẽ exeũtes: ipm caperẽt absq3 tumultu. Si enĩ
accessisset cũ i ciuitate manebat: forte fuisset mul/
titudo populi cõturbata: & tũc mãifeste occasionẽ
inimici captãtes: viderent iuste iterficere tanq3 po
pulũ concitantẽ. BEDA: Pulchre etiã dñs disci
pulos sacramẽtis ibutos i montẽ educit oliuaꝝ: vt
typice designet nos p acceptionẽ sacramentoꝝ ad
altiora ṽtutũ dona & chrismata sancti spũs q̃bus i
corde pungamur ascẽdere debere. HIERO. In
mõte etiã oliueti iesus tenet vñ ad celos ascendit:
vt nos sciamꝰ q2 ĩde ascẽdimus ad celos vñ vigila
mus & oramꝰ & ligamur: nec repugnamꝰ i terra.
BEDA: Predicit aũt dñs discipul qd passuri sũt
vt cũ passi fuerit: nõ desperẽt salutẽ: s3 agẽtes peni
tẽtiã liberent. vñ seqt: Et ait illis iesus: Oẽs scãda/
lizabimini i me i nocte ista. HIERO. Oẽs q̃dem
cadũt: sed nõ oẽs iacẽt: Nunq̃d enĩ q̃ dormit non
adijciet vt resurgat: Carnale ẽ cadere: sed diaboli/
cũ ẽ iacere. THEO. Permisit aũt eos dñs cade/
re: vt nõ i seipsis ɔfidãt: & ne viderent hqd pdixerat ex
quodã argumẽto apparẽti pdixisse: iducit testimo/

niū zacharie pphete. vñ sequit̃: Percuciā pastorē ⁊ dispergent̃ oues gregis. BEDA: Hoc aliis verbis i zacharia pphera scriptū ē ⁊ ex psona pphete ad dñm dicit̃: Percute pastorem ⁊ dispgent̃ oues. Propheta eñi postulat passionē dñi: pater rñdet: Percuciā pastorē pcibus iferiorū. Fili⁹ a patre mittitur ⁊ pcutit̃. i. incarnat̃ ⁊ patit̃. THEO. Dicit aūt pater: Percuciā pastorē: qz ipsū pcuti dimisit. Oues discipulos dicit quasi innocētes ⁊ quasi absqz malicia. Ultiō ɔsolationē īducit dicēs: Sz postqz resurrexero precedā vos i galileā. HIERO. In quo vera promittit̃ resurrectio: vt spes nō extiguatur. Petr⁹ aūt ait ei: Et si oēs scan. fu. sed non ego. Ecce auis sine pēnis in altū volare nitit̃: sz corpus aggrauat animā: vt timore hūane mortis timor domini superet̃. BEDA: Et petr⁹ ergo de ardore fidei pmittebat: ⁊ saluator quasi deus futura nouerat. vñ sequit̃: Et ait illi iesus: Amē dico tibi in nocte hac priusqz gall⁹ bis vo. de. ter me es negatur⁹.

AVG. de cō. euā. Cū oēs euāgeliste dicāt pdixisse dñm: qꝫ eū petr⁹ esset negatur⁹: anteqz gall⁹ cātaret: Marcus hoc solū narrauit expssius. vñ nōnullis videt̃ nō cōgruere ceteris quia parū attendunt. Tota eñi petri negacio trina ē: que si tota post primum galli cantū inciperet. falsum dixisse viderent̃ tres alii euāgeliste: qꝫ. s. anteqz gallus cātaret: ter eū esset negatur⁹. Rursus si totā trinā negationē ante peregisset qz cātare gallus incipet: superfluo dixisset marc⁹ ex psona domini: Priusqz gallus bis vocē dederit: ter me negatur⁹ es. Sed qz ante pmū galli cantū cepta ē illa trina negatio: attenderunt illi tres nō quādo eā cōpleturus esset petr⁹: sz quāta futura esset. i. trina: ⁊ quādo ceptura. i. ante galli cantū: quanqz ī animo eius ⁊ ante primū galli cātum tōta cōcepta est. Marc⁹ autē de ipsaꝝ vocuꝫ īteruallō plani⁹ locut⁹ ē. THEO. Quod sic itelligitur: Petr⁹ semel negauit: deide gallus cātauit. negāte vero eo duab⁹ aliis negatiōibus: tūc gallus secūdo vocē emisit. HIERO. Gall⁹ lucis nunci⁹ quis ē nisi spūs sanct⁹: cui⁹ voce in pphetia ⁊ ī apostolis nos de trina nagatiōe excitamur ad amarissimos post lapsū flet⁹: q̄ male cogitauim⁹ de deo: ⁊ male locuti sumus ad pximos: ⁊ male fecim⁹ ad nosmetipsos. BEDA: Fides autē apostoli petri: ⁊ ardēs affectus ad dominū cōsequenter ostenditur. Sequit̃: Et ille āpli. loque. Et si opor. me si. cōmo tibi te nō negabo. THEO. Feruorē etiā intrepidum ⁊ alii ostēderūt. Nā sequit̃: Similiter autē ⁊ oēs dicebāt: sed tamen resistebant veritati: quam christus predixerat.

¶ Et ueniunt i pdium cui nomē gethsemani: ⁊ ait discipulis suis: Sedete hic donec orem. Et assumit Petrum ⁊ Jacobum ⁊ Johānem secum: ⁊ cepit pauere ⁊ tedere. Et ait illis: Tristis ē anima mea usqz ad mortem. Sustinete hic ⁊ uigilate. Et cum processisset paululum: procidit super terram: ⁊ orabat ut si fieri posset transiret ab eo hora: ⁊ dixit: Abba pater: omnia tibi possibilia sunt: transfer calicē hūc a me. Sed non quod ego uolo: sed quod tu. Et uenit ⁊ īuenit eos dormientes. Et ait petro: Simon dormis? Non potuisti una hora uigilare? Vigilate ⁊ orate: ut nō intretis in tētationē. Spiritus quidē pmptus est: caro uero infirma. Et iterum abiens orauit: eūdē sermonē dicēs. Et reuersus denuo: inuenit eos dormiētes. Erāt .n. oculi eorū grauati: ⁊ ignorabāt quid responderent ei. Et uenit tercio: ⁊ ait illis: Dormite iā: ⁊ reqescite. Sufficit. Vēit hora: ecce fili⁹ hois tradetur i manus peccatorū. Surgite eam⁹: Ecce q me tradet ppe est.

¶ GLO. Postqz domin⁹ scandalū discipulorum pdixerat: nūc euangelista narrat de oratione ipsius: in qua pro discipulis credit̃ orasse: ⁊ primo describens locū orationis dicit: Et veniūt in prediū: cui nomē gethsemani. BEDA: Monstrat̃ vsqz hodie locus gethsemani: in quo dñs orauit ad radices montis oliueti. Interpretatur autē gethsemani vallis pinguiū siue pinguedinū. Cū autem dominus ī monte orat: nos docet sublimia orando inquiri debere. At cum ī valle pinguedinis orat insinuat nobis humilitatē semp in orationib⁹: ⁊ interne pinguedinem dilectiōis esse seruandā. Ipse etiā per vallē humilitatis ⁊ pinguedinē charitatis p nobis mortem subiit. HIERO. In valle etiā pinguedinum thauri pingues obsederūt eū. Sequitur: Et ait discipulis suis. Sedete hic donec orem. Separant̃ i oratione qui separant̃ in passione: qz ille orat: illi dormiunt: pinguedine cordis oppressi. THEO. Singulariter etiam erat consuetudo illi semper orare: formam nobis tradēs vt silentiū ⁊ solitudinem in orationibus requiramus. Sequitur: Et assumit petrum ⁊ Jacobū ⁊ Johannē secū. Illos tres tm̄ assumit qui glorie eius in monte thabor inspectores extiterāt: vt qui gloriosa viderāt: viderent ⁊ tristia: ⁊ addiscerent qꝫ verus erat homo in hoc qꝫ tristat̃. Unde sequitur: Et cepit pauere ⁊ tedere: quia eniꝫ totum assumpserat hominē: assumpsit ⁊ naturales proprietates hominis: pauere ⁊ tedere ⁊ contristari naturaliter: nam homines naturaliter inuiti tendunt ad mortem. vnde sequitur: Et ait illis: Tristis ē anima mea vsqz ad mortem. BEDA: Quasi de⁹ in corpe constitutus fragilitatem carnis exponit: vt eorum qui sacramentum icarnatiōis obiurgant

excluderet ĩpietas: nam qui corpus suscepit omnia
debuit suscipe q̃ corporis sũt: vt esuriret: sitiret: angere
tur: cõtristaret. Diuinitas enĩ p hos cõmutari ne-
scit affect⁹. THEO. Quidã aũt h̃ sic ĩtellexerũt. q.
d. Tristor. n. q mori debeo: s; q israelite ꝓpinqui
mei me crucifixuri sũt: ac p h̃ a regno dei dĩit exclu
di. HIERO. In h̃ etiã pauere ꝛ tristari docemur
ad iudiciũ mortis: q nõ possum⁹ p nos dicere: sed
p illũ: Uenit p̃nceps mũdi h⁹ ꝛ ĩ me nõ h; q̃cq̃;. Se
quit: Susti. hic ꝛ vigilate. BEDA: Nõ a somno
dormitiõis ꝓhibet: c⁹ tp̃s nõ erat iminẽte discrimi
ne: s; a sõno ĩfidelitatis ꝛ torpore mẽtis. Paululũ
aũt ꝓcedẽs ruit ĩ faciẽ suã: ꝛ humilitatẽ mẽtis ha-
bitu carnis oñdit. Unñ sequit: Et cũ pces. pau. proci.
sup ter. ꝛ ora. vt si fieri possit trãsi. ab eo hora. AV
GV. de cõ. euã. Nõ dixit si facere posset: sed si fieri
posset: fieri enĩ põt qđ ille voluerit. Sic itaq̃ dictũ
ẽ: Si fieri põt: ac si diceret: si vellet. Ac ne q̃s puta-
ret eũ patris minuisse p̃tãtẽ: manifestauit quo ĩtellẽ
ctu accipiendũ sit qđ dictũ ẽ. Nã sequit: Abba pa-
ter: oĩa tibi possibilia sũt. In quo satis oñdit nõ ex
ĩpossibilitate: s; ex volũtate patris dictum eẽ. si fieri
põt. q aũt marc⁹ nõ solũ pater: s; abba pater eũ di-
xisse cõmemorat: h̃ ẽ abba hebraice qđ latie pater.
Et fortasse dñs ꝓpter aliqđ sacramẽtũ vtrũq̃ dixit:
volẽs oñdere se illã tristiã psonã ij sui corporis. i. ec
clesie suscepisse: cui fact⁹ ẽ ãgularis lapis. veniẽti ad
eũ ptim ex hebreis: ad quos ptinet qđ ait abba: par
tim ex gẽtibus: ad quos ptinet qđ ait pater. BE-
DA: Orat autẽ trãsire calicem: vt oñdat vere q hõ
erat. vñ subdit: Trãsfer calicẽ hũc a me. Reminiscẽs
aũt ꝛ pp qđ missus ẽ. pficit dispẽsationẽ ad quã mis-
sus ẽ ꝛ clamat: Sed nõ qđ ego volo: s; qđ tu. Qua-
si. d. Si morit mors mẽ nõ moriẽte scđm carnẽ: trã-
seat calix: verũ q̃ nõ aliter h̃ fiet: nõ qđ ego volo: s;
qđ tu. Multi adhuc cõtristant futura morte: s; ha-
beãt rectũ cor: vitẽt mortẽ quã põt: s; si non põt di
cãt id qđ ꝓpter nos dñs dixit. HIERO. Ex quo
etiã vsq̃ ĩ finẽ nõ cessat nos docere patrib⁹ obedi-
re: ꝛ volũtatẽ eorũ volũtati nostre p̃ponere. Sequi-
tur: Et venit ꝛ ĩuenit eos dor. Sicut enĩ dormiunt
mẽte: sic ꝛ corpe. P⁹ orationẽ aũt dñs veniẽs ꝛ vi-
dẽs discipulos dormiẽtes petrũ solũ ĩcrepat. vñ seq
tur: Et ait petro: Simõ dormis: nõ po. vna hora vi
gi. mecũ. Quasi. d. Qui vna hora nõ potuisti mecũ
vigilare: quõ mortẽ spnis tu q̃ crẽdes mori mecũ:
Sequit: Uigilate ꝛ orate vt nõ ĩtre. ĩ tẽta. s. negan
di me. BEDA: Nõ ait: Orate ne tẽtemini: q̃ ĩpos-
sibile ẽ humanã animã nõ tẽtari: sed ne ĩtretis ĩ tẽ-
tationẽ: h̃ ẽ ne vos tẽtatio supet. HIERO. In tẽ
tationẽ aũt intrare dicit q̃ orare negligit. Sequit:
Spũs quidẽ ꝓmpt⁹ ẽ: caro aũt infirma. THEO.
Quasi. d. spũs quidẽ vester ꝓmpt⁹ ẽ ad me nõ ne-
gandũ: ꝛ ꝓpterea h̃ pmittit⁹: sed caro vr̃a ĩtantũ in
firmata ẽ: q nisi dñs p orationẽ virtutẽ carni dede
rit: ĩ tẽtationẽ ĩtrabitis. BEDA: Temerarios hic
reprimit q̃ quicq̃d crediderit: putãt se cõsequi posse:
s; q̃stũ ex mẽtis ardore cõfidim⁹: tantũ ex fragilita-
te carnis timeam⁹. Facit etiã hic loc⁹ aduersus eos
q̃ dicũt vnã ĩ dñõ operationẽ ꝛ vnã volũtatẽ fuis-
se. Duas enĩ volũtates oñdit: humanã. s. que ꝓpter
ĩfirmitatẽ carnis recusat passionẽ: ꝛ diuinã q̃ pm-
ptissima ẽ. Sequit: Et iterũ abi. ora. eũdẽ s̃monẽ
dicẽs. THEO. Ut. s. p secundariã orationẽ q ve-
rus hõ esset affirmaret. Sequit: Et reuersus denuo
ĩue. eos dor. tamẽ nõ vehemẽter redarguit. Erãt eñ
oculi eorũ grauati. s. somno. Et igno. qđ responderẽt
ei. p hoc infirmitatẽ humanã addiscas: ne. s. grauati
somno ꝓmittamus ea que nobis nõ possibilia sũt.
Ideo tercio abijt ad orandũ ratiõe p̃dicta. vñ sequi
tur: Et venit tercio. ꝛ ait illis: Dormi. iã ꝛ requi. Nõ
turbat cõtra illos cũ post redargutionẽ pa⁹ fece-
runt: sed ironice dicit illis: Dor. iã ꝛ req. q̃ iã sciebat
q ꝓditor appropinquabat. Et q ironice dixerit ap-
paret per hoc qđ subdit: Sufficit. venit hora: ecce
tra. fi. ho. in ma. pec. Hoc dicebat deridẽs somnum
eorũ: quasi diceret: nunc temp⁹ ẽ vt dormiatis quã-
do inimicus appropinquat. Deinde subiũgit: Sur-
gite eamus: ecce qui me tradet ꝓpe est. Non vt fu
gerent hoc dixit: sed vt inimicis obuiarent. AV-
GV. de con. euan. Uel aliter: Per hoc q cũ dixis-
set Dor. iam ꝛ requi. adiungit: Sufficit. ꝛ deinde in
fert: Uenit hora: ecce tra. fili. ho. vtiq̃ intelligendũ
est post illud: Dor. ꝛ req. siluisse dominũ aliquan-
tum: vt hoc fieret quod permiserat: ꝛ tunc intulis-
se: Uenit hora. et ideo interponit: Sufficit. s. q re-
quieuistis. HIERO. Trina autem discipulorum
dormitio tres mortuos quos dominus suscitauit
significat: primus in domo: secũdus ad sepulchrũ:
terti⁹ de sepulchro. Trina autẽ domini vigilia do
cet nos orando ꝛ de preteritis ꝛ de futuris ꝛ de p̃-
sentibus veniam rogare.

¶ Et adhuc eo loquente uenit iu
das scharioth unus de duodecim:
ꝛ cũ eo turba multa cũ gladijs ꝛ li
gnis: missi a summis sacerdotib⁹ ꝛ
scribis ꝛ senioribus. Dederat autẽ
traditor eis signum dicens: Quem
cunq̃ osculatus fuero ipse est tene
te eum: ꝛ ducite caute. Et cum ue
nisset statim accedens ad eum ait:
Rabbi. Et osculatus est eũ. At il
li manus iniecerunt in iesũ: ꝛ tenue
runt eum. Unus autem de circum
stantibus educens gladium percus
sit seruum summi sacerdotis: ꝛ am
putauit illi auriculam. Et respon
dens iesus ait illis: Tanq̃ ad latro
nem existis cum gladijs ꝛ lignis cõ
prehendere me. Quotidie eram a
pud uos in templo docens: ꝛ ñ me
tenuistis: sed ut impleantur scriptu
re. Tunc discipuli e⁹ relinquẽtes eũ
oẽs fugerũt. Adolescẽs aũt qdã se

quebatur illum: amictus syndone sup nudo: et tenuerunt eū. At ille relicta syndone: nud' pfugit ab eis.

¶BEDA: Postq̄ tertio dñs orauerat: et apostolorū timorē sequēte pnia ipetrauerat corrigēdū: securus de passiōe sua pgit ad psecutores: de quoꝝ aduētu euāgelista dicit: Et adhuc eo loquēte ve. iudas scarioth vn' de. xii. THEO. Hoc ñ frustra ponit: sȝ ad maiorē pditoris redargutionē q cū de pmo choro discipuloꝝ extiteret: cōtra dñm i rabiē vsus est. Sequit: Et cū eo tur. mul. cū gla. et lignis missi a sum. sa. et scri. et senio. HIERO. Incūbit. n. virtuti seculi: q despat de adiutorio dei. BEDA: Adhuc tñ hȝ aliqd iudas de verecūdia discipuli: cū eū nō palā tradidit psecutorib': sȝ p signū osculi. vñ sequit: Dederat āt tra. eis signū dicēs: Quēcūq osculatus fu. ipe ē te. eū. THEO. Uide ei' isensibilitatē: quomō credebat i osculo christū decipe: vt q̄si amicus estiaret. Si aūt amic' eras o iuda: cui' grā cū inimicis accessisti: sȝ oīs prauitas sine puidētia ē. Sequit: Et cū ve. stati ac. ad eū ait: Rabbi: et oscu. ē eū. HIERO. Dat iudas signū osculi cū veneno dolis: sic chayn obtulit sacrificiū subdolū et reprobatū. BEDA: Inuidēs aūt et scelerata confidētia magistrū vocat: et osculū ifert ei quē tradit. Suscipit aūt dñs osculū traditoris: ñ quo simulare nos doceat: sȝ ne pditionē fugere videat: simul et illud psalmi cōplēs: Cū his q oderūt pacē erā pacific'. Sequit: At illi ma. inie. in eū. et tenue. eū HIERO. Hic ad est ioseph vēditus a fratrib' et ferrū ptrāsiuit aīam ei'. Sequit: Un' aūt de circū. edu. gla. pcus. ser. sū. sa. et am illi auri. BEDA: Petr' hȝ fecit vt iohannes declarat eodē mentis ardore quo cetera faciebat. Sciebat enī q̄ō phinees puniēdo sacrilegos: mercedē iusticie et sacerdotij perennis acceperit. THEO. Tacet aūt nomē ei' marc': vt nō videret suū laudare magistrū q̄si zelātē p christo. Innuit aūt petr' et hȝ q iobediētes erāt et icreduli spernentes scripturas: nā si habuissēt aures audientes scripturas: nō crucifixissēt dñm glorie. Amputauit autē auriculā sui sūmi sacerdotis: nā sūmi sacerdotes pmo pteribāt scripturas: q̄si sui nō audiētes facti. Sequit: Et rñdēs iesus ait ill': Tāq̄ ad latro. exi. cū gla. et lignis. BEDA: Quasi. d. Stultū ē cū gladijs et fustib' q̄rere eū q vltro se vr̄is tradidit manibus: et i nocte q̄si latitātē p pditorē iuestigare: q quotidie i tēplo docebat. THEO. Istō aūt diuinitatē ei' oñdit. qñ enī i tēplo docebat nō valuerūt ipsū cape: q̄uis i manib' eoꝝ eēt: q nōdū tps aduenerat passiōis. qñ aūt ipe voluit: tūc tradidit seipm vt adimplerent scripture: q tāq̄ agn' ad occisionem duct' ē: ñ clamās neq vociferās: sȝ volūtarie patiēs. Seq': Tūc disci. ei' re. eū oēs fugerunt. BEDA: Inh iplet smo: quē dñs dixerat: q oēs discipuli scādalizarēt i illo i ipa nocte. Seq': Adoles. aūt q d i sequebat illū. amic. syn sup nudo. subaudit corpore: q nō aliō idumēti q̄ solū habebat syndonē. Seq': Et tenuerūt eū. At ille re. syn. nu. pfu. ab eis. quoꝝ. s. psentiā detestabat et facta nō a dño: cuius amorē et absēs corpe firū suauit i mte. HIERO. Sicut etiā ioseph relicto pallio nud' de manib' ipudice femie aufugit. q vult effugere man' iniquorū: reliquēs mēte que mūdi sunt fugiat p' iesum. THEO. Probabile aūt videt q hic adolescēs erat de illa domo: i q pascha cōederat. Quidā vo dicūt hūc adolescētē fuisse iacobū fratrem dñi: q dicebat iust': q ab apostol' p' christi ascēsionē cathedrā hierosolymoꝝ accepit. GREGO. iiii. mor. Uel hȝ de iohāne dr: q etsi p' vt vba redēptoris audiret ad cutē redijt: pa' tñ territ' fugit: naȝ et illū eo tpe fuisse adolescētē lōga p' hȝ i carne vita ei' iudicio ē. Potuit enī fieri vt ad horā tenētiū manib' elaps': mox resūpto idumēto redierit: et sub dubia lucis nocte: se turbis ducētiū iesum q̄si vn' de ipis imiscuerit: donec ad atriū pōtificis cui erat not' pueniret: vt ipe i suo euāgelio cōmemorat. Sicut aūt petr' qui culpā negatiōis pnie lachrymis abluit: recupationē oñdit eoꝝ q i martyrio labunt: ita ceteri discipuli q articulū cōphēsiōis fugiēdo puenerūt: cautelā fugiēdi docēt eos qui se minus idoneos ad tolleranda supplicia sentiunt.

¶ Et adduxerūt iesuȝ ad summuȝ sacerdotē: et cōuenerūt oēs sacerdotes et scribe et seniores. Petr' aūt a lōge secut' ē eū usq itro in atriū sūmi sacerdotis: et sedebat cū mīstris ad ignē et calefaciebat se. Sūmi uero sacerdotes et oē cōciliū q̄rebant aduers' iesuȝ testioniū: ut eū morti traderēt: nec iueniebāt. Multi aūt testimoniū falsū dicebāt aduersus eū: et cōueniētia testimonia ñ erāt. Et qdā surgētes: falsuȝ testimoniū ferebāt aduersus euȝ dicētes: Qm̄ nos audiuim' euȝ dicētē: Ego dissoluā tēpluȝ hoc manu factuȝ: et p' triduū aliō ñ māu factū edificabo. Et ñ erat cōueniēs testioniū illoꝝ.

¶GLO. Narrauerat euāgelista superi': q̄ō dñs a ministris sacerdotū fuerāt capt': nūc narrare incipit quomō i domo pricipis sacerdotū morti adiudicatus fuit. vñ dicit: Et addux. iesum ad summū sacer. BEDA: Sūmū sacerdotē significat cayphā: qui sicut iohes scribit erat pōtifex anni illi': de quo testat Iosephus: q pontificatū sibi emerit a principe romano. Sequit: Et cōuenerunt in vnū oēs sacerdotes: et scribe et seniores. HIERO. Tunc fcā est cōgregatio thauroꝝ in vaccis populoꝝ. Sequitur: Petrus autē a longe sequebat eū vsq itro in atriū summi sacerdotis. Timor enī retrahit: sȝ charitas trahit. BEDA: Merito autē a lōge sequebatur: qui iā erat proxie negaturus. Neq enim negare posset: si christo proximus adhesisset. Sequit: Et sede. cum ministris et calefaciebat se ad ignem. HIERON. In atrio cum ministris calefacit se

ad ignē. Atriū sacerdotis ē secularis circuitꝰ. ministri
demonia sūt: cū qbus q̄ manet: flere peccata nō po
test: ignis desideriū carnale. BEDA: Est. n. ignis
charitas: de quo dicit᷑: Ignē veni mittere ī terrā: q̄
sup credētes descēdēs: varijs liguis eos laudare do
minū docuit. Est ⁊ ignis cupiditatis: de quo dicit᷑:
Oēs adulterātes velut clybanꝰ corda eoꝝ. hic ignis
ī atrio caypbe īstinctu maligni spūs accēsus: ad ne
gandū: ad blasphemādū dn̄m pfidoꝝ liguas arma/
bat. Qd̄ eni itus ī domo maligna synodꝰ gerebat: h̄
ignis ī atrio īter frigora noctis accēsus figurabat.
Quoniaꝫ eni abundat iniq̄tas: refrigescit charitas
multoꝝ. h̄ frigore torpēs ad horā petrꝰ: q̄si p̄mꝰ pru
nis ministroꝝ caypbe calefieri cupiebat: q2 tpalē cōmo
di solaciū pfidoꝝ societate q̄rebat. Sequit᷑: Sūmi
vō sacer. ⁊ oē cō. que. aduersus ie. te. vt eū mor. tra/
derēt. THEO. Lege p̄cipiēte q̄ vnꝰ existeret sum
mus sacerdos: tūc multi erāt substituti: ⁊ destituti
ānis singulis p pncipē romanoꝝ. Sūmos g̃ sacer/
dotes dicit illos: q̄ determiatū eis tēpus cōplentes
iā cōpleuerāt: a sacerdotio destituti erāt. Figuram
aūt iudicij: qd̄ ī p̄iudiciū agebāt operant᷑: testīonia
querētes vt videant᷑ iesum iuste dānare ⁊ pdere.
HIERO. Sꝫ mētita ē iniq̄tas sibi: vt regina aduer
sus Joseph: ⁊ sacerdotes aduersus susannā. sꝫ ignis
sine materia deficit. vn̄ sequit᷑: Nec īueniebāt. Mul/
ti eni fal. testi. di. aduersus eū. ⁊ cōue. testi. nō erāt.
Quod eni variat᷑: īcertū habet᷑. Sequit᷑: Et quidaꝫ
sur. fal. testi. ferebāt. Moris ē hereticoꝝ vmbrā de
veritate trahere. nō ille dixit qd̄ illi dicunt: sꝫ simile
verbū de tēplo corpis sui: qd̄ post biduū resuscita/
uit. THEO. Nō eni dn̄s dixerat: Ego dissoluā il/
lud: sꝫ soluite. neq3 manufactū dixit: sꝫ simplicit᷑ tem
plū. HIERO. Dixit etiā: Suscitabo viuum aīal si
gnificās ⁊ spirās tēplū. Falsus testis ē q̄ in eo sēsu
dicta itelligit: quo nō dicuntur.

Exurgēs autē summꝰ sacerdos
in mediū interrogauit iesum dicens:
Nō rn̄des q̄cq̄ꝫ ad ea q̄ tibi obijciū
tur ab his? Ille aūt tacebat: ⁊ nihil
rn̄dit. Rursum summus sacerdos
interrogabat eum: et dixit: Tu es
christus filiꝰ dei bn̄dicti. Jesus au
tē dixit illi: Ego sū. Et uidebitis fi
liū homis sedētē a dextris uirtutis
dei: ⁊ uenietē cū nubibꝰ celi. Sum
mꝰ aūt sacerdos scidēs uestimenta
sua ait: Quid adhuc desideramꝰ te
stes? Audistis blasphemiā: Quid
uob᷑ uidet᷑? Qui oēs cōdēnauerūt
eū eē reū mortis. Et ceperūt quidā
cōspuere eū ⁊ uelare faciē eiꝰ: ⁊ cola
phis eū cedere ⁊ dicer᷑ ei: pphetiza.
Et ministri alapis eum cedebāt.

BEDA: Quāto iesus tacebat ad indignos respō
one sua falsos testes ⁊ sacerdotes īpios: tāto magi
pōtifex furore supatus eū ad rn̄dēdū pupocat: vt ex
qualibet occasiōe s̄monis: locū īueniat accusandi.
vn̄ dicit᷑: Et exur. sum. sa. ī mediū iter. ipm di. Nō re
spōdes quicq̄ꝫ ad ea que tibi obijciūt ab his? Iratus
quidē pnceps: ⁊ īpatiēs nō īueniēs calūnie locuꝫ
exurgit de solio vt īsaniā mētis motu corpis demō
straret. HIERO. Sed ip̄e deꝰ ⁊ saluator noster q̄
mūdo salutē ɔtulit: ⁊ hūano generi sua pietate sub
uenit: sicut ouis ad occisionē sine voce ducit᷑: ⁊ ob/
mutuit ⁊ siluit a bonis. Vn̄ sequit᷑: Ille aūt tacebat
⁊ nihil rn̄dit. Taciturnitas christi apologiā. i. excu/
sationē ade absoluit. THEO. Tacebat aūt sciens
q̄ nō attēderēt verbis eiꝰ. vn̄ scd̄m lucā rn̄dit: Si di
xero vobis: nō creditis mihi. vn̄ sequit᷑: Rursꝰ sum.
sacer. iter. eū. ⁊ dix. ei: Tu es christꝰ filiꝰ dei bn̄dicti?
Interrogat quidē h̄ summꝰ sacerdos: nō vt addi/
scēs crederet: sed vt ex hoc aliquā occasionē capta
ret. Querit aūt: Tu es christꝰ filiꝰ dei bn̄dicti? Mul
ti nāq3 erāt christi. i. vncti: sicut reges ⁊ sūmi sacer/
dotes: sed nullꝰ eoꝝ dicebat᷑ filiꝰ dei bn̄dicti: quasi
semp collaudati. HIERO. Hūc aūt expectabant
de lōge: ī pp̄e nō vidēt: sicut isaac caligātibus ocu/
lis iacob sub manibꝰ nō agnoscit: sꝫ lōge de eo futu
ra canit. Jesus aūt dixit illi: Ego sum. vt. s. iexcusabi
les sint. THEO. Sciebat nāq3 quoniā nō crede/
rēt: tn̄ rn̄dit: ne postea dicerēt: si audissemꝰ aliq̄d ab
eo: credidissemꝰ ei. hoc aūt ē in eoꝝ p̄iudiciū: q2 au/
dierūt ⁊ nō crediderūt. AVG. de con. euā. Mat/
theꝰ aūt nō dixit respōdisse iesum: Ego sum: sꝫ tu di/
xisti. sed marcꝰ tantū valere ondit quod ei dicit Je
sus: tu dixisti: quantū si diceret: ego sum. Sequit᷑:
Et vide. fi. ho. se. a dex. vir. dei: ⁊ ve. cū nubibꝰ celi.
THEO. Ac. si. d. Uidebitis me tanq̄ꝫ filiū hominis
a dextris patris sedentē. Uirtutē nāq3 hic patrē di
cit: non autē sine corpe veniet: sed qualis apparuit
crucifigētibꝰ in iudicio eis apparebit. BEDA: Si
ergo tibi ī christo o iudee: o pagane: ⁊ heretice con
tēptus ifirmitas: ⁊ crux cōtumelia ē: vide q2 p hoc
filiꝰ homis ad dextrā dei p̄ris sessurꝰ: ⁊ ī sua cū nu
bibꝰ celi ē maiestate futurꝰ. HIERO. Equidē sa
cerdos iterrogat filiū dei: Jesus aūt rn̄dit filiū ho/
minis: vt hic itelligamꝰ dei filiū idē eē ⁊ filiū homi
nis: ⁊ ne quaternitatē faciamꝰ ī trinitate: sed hō in
deo: ⁊ deꝰ ī homīe sit. Dicit aūt a dextris virtutis se
dentē. i. ī vita regnantē sempiterna: ⁊ virtute diui/
na. Et veni. in nu. celi. In nube ascēdit: cū nube ve
niet. i. in corpe suo solo qd̄ sumpsit a virgīe ascēdit:
⁊ cū multiformi ecclesia q̄ corpꝰ ipsiꝰ ⁊ plenitudo
eiꝰ ad iudiciū vēturus est. LEO papa: Caypbas
aūt ad exaggerādā auditi s̄mōis īuidiā: scidit vesti/
mēta sua: ⁊ nesciēs q̄d hec significaret īsania: sacer/
dotali se honore p̄uauit: oblitꝰ p̄cepti illiꝰ: qd̄ legit᷑
de pncipe sacerdotū: De capite suo cidarim nō de
ponet: ⁊ vestimēta sua nō disrūpet. Nā sequit᷑: Sū.
aūt sa. scin. vesti. sua ait: Quid adhuc desi. testes? au
di. blas. q̄d vobis videt᷑? THEO. Adimplet q̄dem
sacerdos cōsuetudinē iudaicā. Cū eni aliq̄d itolera
bileꝰ ⁊ triste illis occurrebat: vestimēta scidebāt. Ut
ergo mōstraret: q̄ christꝰ magnā ⁊ itolerabilē blas
phemiā dixerit: vestimēta scidit. BEDA: Altiori

Et mysterio factū est: vt in passiōe dñi pōtifex iudeorū sua ipse vestimēta discinderet: hoc est ephot cū tunica dñi: nec ab ipis q̄ eū crucifixere militib⁹ scīdi potuit. Figurabat enī: q̄ sacerdotiū iudeorū p scelerib⁹ ipsorū pōtificū esset scindēdū. Soliditas vero ecclie que vestis sui redēptoris solet appellari nunq̄ valet dirūpi. THEO. Et eo aūt sacerdotiū iudeoꝝ scindēdū erat: q̄ cōdēnauerūt christū eē reū mortis. vnde sequit̄: Qui oēs cōdē. eū eē reū mort'.

HIERO. Condēnāt quidē eū esse reū mortis: vt reatu suo reatū nostrū solueret. Sequit̄: Et ceperūt quidā cōspuere eū. vt. s. sputaminib⁹ susceptis faciē anime nostre lauaret: ꝛ velamie faciei sue velamē cordiū nr̄oꝝ auferret: ꝛ colaphis quib⁹ in caput p cussus ē caput humani generis qđ est adā sanaret ꝛ alapis quib⁹ expalmat⁹ est: maxima laus ei⁹ nr̄is manib⁹ labijsq̄ plauderet: vt dicit̄: Omnes gentes plaudite manib⁹. BEDA: q̄ vo dicūt ei: Prophe tiza: quis est qui te pcussit? quasi in cōtumeliā faci unt eius qui se a populis pphetā haberi voluit.

AVGV. de con. euan. Hoc aūt intelligit̄ passus dñs vsq̄ ad mane in domo pncipis sacerdotū: quo pus adductus est.

¶ Et cū esset petr⁹ in atrio deorsū: uenit una ex ancillis sūmi sacerdo tis: ꝛ cū uidisset petrū calefacientē se: aspiciēs illū ait: Et tu cum iesu nazareno eras? At ille negauit di cens: Neq̄ scio neq̄ noui quid di cas. Et exijt foras ante atriū: ꝛ gal lus cātauit. Rursus aūt cū uidisset illū ancilla cepit dicere circūstātib⁹: quia hic ex illis est. At ille iterū ne gauit. Et post pusillū rursus q̄ asta bant dicebāt petro: Uere ex illis es nā ꝛ galile⁹ es. Ille autē cepit ana thematizare ꝛ iurare: q̄a nescio ho minē istū quē dicitis. Et stati gall⁹ iterū cātauit: Et recordat⁹ est petr⁹ uerbi quod dixerat ei iesus: pus q̄z gallus cantet bis: ter me negabis. Et cepit flere.

¶ AVGV. de cō. euā. De petri tētatōne que inter pdictas dñi cōtumelias facta est; nō eodē ordine omēs euāgeliste narrāt. Nā lucas explicat pus ten tatōem petri: tū demū has dñi cōtumelias. Iooan nes aūt incipit petri tētatōem dicere: ꝛ iterposuit quedā de cōtumeliis dñi: ꝛ adiunxit q̄ inde missus est ad cayphā pōtificē: ꝛ inde recapitulat vt expli cet quā cepat tētatōem petri. Matthe⁹ aūt ꝛ mar cus pmo cōmemorāt christi cōtumelias; deide pe tri tētatōez: de qua dr̄: Et cū eēt petr⁹ in atrio deor. ve. vna ex ancil. sum. sacer. BEDA: Quid aūt sibi vult q̄ pma eū pdit ancilla: cū viri vtiq̄ eū magis potuerūt recognoscere: nisi ꝛ iste sex⁹ peccasse i necē videret dñi: ꝛ iste sex⁹ redimeret p dñi passiōem. Se quit̄: At ille nega. di. Neq̄ scio neq̄ noui q̄d dicas

HIERO. Petr⁹ sine spū voci ancille cessit: cū spū nec pncipib⁹ nec regib⁹ cedit. THEOP. Hoc aūt eū pati dispēsatiue pmisit dñs: ne. s. extolleret se: si mulq̄ vt peccātib⁹ misericors ōndat: tanq̄ et seipo instruct⁹ humane infirmitatis euētū. Sequitur: Et exi. fo. ante atri. ꝛ statim gal. cātauit. BEDA: De hoc galli cātu ceteri euāgeliste tacēt: nō tn̄ factum negāt: sicut ꝛ multa alia alij silētio ptereūt que alij narrāt. Sequit̄: Rursus aūt cū vide. eū an. cepit di cere circū. quia hic ex illis est. AVG. de cō. euāge. Hec ancilla n̄ eadē sed alia est: sicut dicit matthe⁹ Sane hoc quoq̄ itelligit̄ quia in secūda negatōne a duob⁹ cōpellat⁹ est: ab ancilla. s. quā cōmemorāt matthe⁹ ꝛ marcus: ꝛ ab alio quē cōmemorat lucas Sequit̄: At ille iterū negauit. Jam petrus redierat vt queadmodū dicit iohānes ad focū stās iterū ne garet. vnde ancilla dicebat quod supra dictū ē: nō illi. s. petro: sed his qui illo exeūte ibi remāserāt: sic tamē vt ille audiret. vn̄ rediēs ꝛ rursus ad ignē stās resistebat negādo verbis eoꝝ. Liquido enī colligi tur: collatis de hac re omnib⁹ euāgelistarū testimo nijs: nō ante ianuā secūdo petrū negasse: s; intus i atrio ad ignē: Mattheū aūt ꝛ marcū qui cōmemo rauerūt exisse eū foras: regressum eius breuitati cā tacuisse. BEDA: In hac aūt negatōe petri disci mus nō solū abnegari christū: ab eo q̄ dicit eū nō eē christū: sed ab illo etiā qui cū sit negat se eē chri stianū. Domin⁹ enī nō ait petro: Discipulū meū te negabis: sed me negabis. Negauit ergo christū cū se negauit eius discipulū. Sequit̄: Et post pusi. rur. qui asta. di. pe. vere ex illis es: nam ꝛ gali. es. Nō q̄ alia ligua galilei q̄ hierosolymite loquerētur: qui vtiq̄ fuerūt hebrei: sed q̄ vnaqueq̄ puīcia et regio suas habet pprietates ac vernaculū loquēdi sonū vi tare nō pñt. THEO. Igit̄ timore petr⁹ pterritus ꝛ dñi sermone oblitus dicētis: Qui me cōfessus fu erit corā hōībus: cōfitebor ꝛ ego eū corā pr̄e meo: dñm abnegauit. vn̄ sequit̄: Ille autē cepit anathe. ꝛ iura. q̄ nesci. ho. istū quē di. BEDA: Quānoxia sunt prauoꝝ cōsilia: iter infideles hoīem nega uit se nosse: quē inter discipulos deū fuerat cōfes sus. Solet autē scriptura sacra meritū causarū per statū designare tempoꝝ. vnde Petrus qui media nocte negauit: ad galli cantū penituit. vnde subdit̄ Et statim iterū gal. can. Et recor pe. ver. qđ dixit ei iesus: priusq̄ gal. cātet bis: ter me negabis. Et cepit flere. THEO. Lachryme enī petrū christo p peni tentiā adduxerūt. Cōfundant̄ itaq̄ nouatiani qui dicūt q̄ qui post susceptiōem baptismatis peccaue rit: nō suscipit̄ vt sibi delictū remittatur. Ecce enim petr⁹ qui ꝛ christi corp⁹ sumpsit ꝛ sanguinē: p peni tētiam est suscept⁹. Etenī sanctoꝝ defect⁹ ppter h̄ scripti sunt: vt ꝛ nos si p incautelā deciderimus: re cursum haberem⁹ per eoꝝ exemplū: ꝛ speren⁹ p pe nitētiā subleuari. HIERO. Mystice aūt pma an cilla titubatio est: secūda cōsensio: terti⁹ vir act⁹ est. Hec trina negatio quā abluit p fletus verbi christi recordatio⁹: tūc nobis gall⁹ cātat: qn̄ pdicator: d̄sq̄ p penitētiā corda nr̄a ad cōpūctōez excitat. Tūc ici

F

pimus fieri: qui ꝯ tamur vitia p scādalū scie ꝛ foris eximꝰ cū extra eijcimꝰ qđ intꝰ fuimꝰ. ¶ Ca. XV.

ET cōfestim mane cōsilium faciētes summi sacerdotes cū seniorib ꝰ ꝛ scribis ꝛ vniuerso cōcilio: vinciētes iesum duxerūt ꝛ tradiderūt pilato. Et interrogauit eū pilatꝰ: Tu es rex iudeoꝝ? At ille respōdēs: ait illi: Tu dicis. Et accusabāt eū summi sacerdotes in multis. Pilatꝰ aūt rursum interrogauit eū dicēs: Nō rñdes qcq̃ȝ? Vide in quātis te accusant. Jesus aūt nihil amplius rñdit: ita ut miraretur pilatus.

¶ BEDA: Habebāt iudei hūc morē: vt quē adiudicassent morti: ligatū iudici traderēt. vñ post ꝯdēnatōem christi subiūgit euāgelista: Et cōfest. mane ꝯsi. faciē. sum. sacer. cū senio. ꝛ scri. ꝛ vni. cōci. vinci. iesum duxe. ꝛ tradi. pilato. Attamē notādū ꝙ non tūc primū ligauerūt eū: sed mox cōprehēsum nocte in orto vt iohānes declarat: ligauerunt. THEO. Tradiderūt itaq̃ȝ iesuȝ romanis: sed ꝛ ipsi a deo traditi fuerūt in manibꝰ romanoꝝ: vt adimplerent scripture dicētes: Scđm opa manuū eoꝝ retribue ill. Et inter. eū pila. Tu es rex iudeoꝝ? BEDA: Pilato nihil aliud criminis īterrogāte nisi vtrū rex iudeoꝝ sit: arguūt impietatis iudei: ꝙ nec falso quidē inuenire potuerūt qđ obijcerēt saluatori. Sequit: At ille rñdēs ait illi: Tu dicis. Sic rñdet: vt verū diceret: ꝛ sermo eiꝰ calūnie nō pateret. THEO. Dubiā enī rñsionē emisit. nā: Tu dicis: pōt sic intelligi Tu dicis hoc: sed ego nō dico. Et nota ꝙ pilato q̄ inuitꝰ fert sniam aliqua in pte rñderit: sacerdotibꝰ aūt ꝛ pncipibꝰ rñdere noluerit: indignosq̃ȝ smone suo iudicauerit. Seqꝛ: Et accusabāt eū sum. sacer in multis. AVG. de cō. euā. Lucas etiā ista crimina q̄ falso obiecerūt apuit: sic enī narrat: Ceperunt accusare eū dicētes: Hūc inuenimꝰ subuertētē gētē nostram: ꝛ phibētē tributa dari cesari: ꝛ dicentē se christū regē eē. Sequit: Pilatꝰ aūt rursus interrogabat eū dicēs: Nō rñdes qcq̃ȝ: vides in q̄tis te accusant. BEDA: Ethnicꝰ quidē est qui condēnat iesum: sed cām refert in pplm iudeoꝝ. Seqꝛ: Jesus aūt ampliꝰ nihil resp. ita vt mira. pilatꝰ. Nihil quidē rñdere voluit: ne crimē diluēs dimitteret a preside ꝛ crucis vtilitas differet. THEO. Mirabat aūt pilatꝰ: quia cū legis doctor esset ꝛ eloquēs ꝛ potēs rñsiōe sua eoꝝ accusatōes infringere nō respōdebat qcq̃ȝ: sȝ magis accusatōes viriliter sustinebat.

¶ Per diē autē festū solebat dimittere illis unum ex uinctis quēcūq̃ȝ petissent. Erat aūt qui dicebat barrabas: qui cū sediciosis erat uinctus qui in seditōe fecerat homicidium. Et cū ascēdisset turba: cepit rogare sicut semp faciebat illis. Pilatꝰ aūt rñdit eis ꝛ dixit: Uultis dimittam uobis regē iudeoꝝ. Sciebat eni ꝙ p inuidiā tradidissent eū summi sacerdotes. Pōtifices aūt concitauerūt turbā: ut magis barrabā dimitteret eis. Pilatꝰ aūt iterū rñdēs ait illis: Quid ergo uultis faciam regi iudeoꝝ? At illi iterū clamauerūt: Crucifige eū. Pilatꝰ uero dicebat illis: Quid ei mali fecit? At illi magis clamabāt crucifige eū. Pilatus aūt uolens populo satisfacere dimisit illis barrabā: ꝛ tradidit iesuȝ flagellis cesum ut crucifigeret.

¶ BEDA: Multas liberādi saluatorē pilatꝰ occasiōes dedit: pmo latronē iusto cōferēs. vñ dr: Per diē aūt festū dimit. sole. il. vnū ex victis quēcūq̃ȝ petissent. GLO. Qđ quidē solitꝰ erat facere vt grāȝ populi captaret: ꝛ pcipue in die festo qñ de tota puincia iudeoꝝ ppls hierosolymā cōfluebat. Et vt maior iudeoꝝ īprobitas appareat: describit̃ diligenter enormitas culpe latronis quē iudei christo ptulerūt. vñ seqꝛ: Erat aūt q̄ dice. barr. q̄ cū sedi. vin. erat q̄ in sedi. fece. homicidiū. In quo ostēdit̃ ꝛ ex grauitate culpe notabilis ꝙ homicidiū fecerat: ꝛ ex modo faciēdi qꝛ cū pturbatōe ciuitatis hoc fecerat seditiōem cōcitādo: ꝛ etiā quia culpa eius manifesta erat: nā ꝛ cū sediciosis victꝰ erat. Seqꝛ: Et cū ascen. tur. cepit ro. sicut sem. facie. illis. AVGV. de con. eu. li. Nulla questio est ꝙ mattheꝰ tacet ipsos petisse vt aliquis eis dimitteret: qđ marcꝰ hic dicit. Nihil enī interest si aliꝰ aliud tacet: qđ alius cōmemorat. Seqꝛ: Pilatꝰ ergo rñ. eis ꝛ dixit: Uul. di. vo. re. iud. Scie. n. ꝙ p inui. tradi. eum sum. sacer. Queri pōt q̄ vba pilatꝰ dixerit: vtruȝ q̄ a mattheo: an q̄ a marco referūt. Aliud enī videt̃ eē: Quē vultis dimittā vobis barrabā: an iesum q̄ dr christꝰ vt mattheꝰ refert: aut: Uultis vobis dimittā regē iudeoꝝ: vt hic dicit. Sed qꝛ christos reges dicebāt: ꝛ q̄ dixit illū aut illū: manifestū est eū dixisse an vellēt dimitti regē iudeoꝝ. i. christū. Nihil aūt interest snie ꝙ hic tacuit marcus de barraba: hoc solū volēs dicere qđ ad dñm ptinebat: qñquidē in eoꝝ rñsiōe satis ꝛ ipse ostendit quē sibi dimitti voluerit. Nā seqꝛ: Pōti. aūt cōci. turb. vt mag. barra. dimitteret eis. BEDA: Heret iudeis vsq̃ȝ hodie sua petitio: quā tāto labore impetrarūt: qꝛ enī data sibi optiōne p iesu latronē: p saluatore interfectorē elegerūt: merito salutē pdiderūt ꝛ vitā: ꝛ latrocinijs ac sedicōibꝰ se intm̄ subdiderūt vt patriā regnūq̃ȝ suū qđ plꝰ christo amauerūt pdiderit: ꝛ libertatē corpꝰ ꝛ aīam nūq̃ȝ recepit. Deinde

BEDA: Recte christ⁹ oriens vocat: qr nobis ortum vere lucis aperuit. vnde sequit: Illuiare his q in tene. ꝛ in vm. mor. sedẽt. CHRY. Tenebras hic appellat nõ materiales: sed errorẽ ꝛ a fide distãtiã. BASI. Tenebrosa enĩ erat plebs gẽtilis q idolorũ cultu grauabat: donec lux orta dispsit caliginẽ et splẽdorẽ veritatis expandit. GREGO. iiii. mora. Umbra vero mortis obliuio mẽtis accipit. Sic enĩ mors hoc quod interficit agit: vt nõ sit in mẽoria. vnde iudeorũ ppls qui dei oblit⁹ fuerat: dicitur in vmbra mortis sedere. Umbra etiã mortis mors carnis accipit: qr sicut vera mors est qua anima separat a deo: ita vmbra mortis est qua caro separat ab aia vnde voce martyrũ dicit: Operuit nos vmbra mortis. Per verbũ etiã mortis imitatio diaboli q mors i apocalypsi dicit designat: quia sicut vmbra iuxta qualitatẽ corpis ducit: ita actiões iniquorũ de specie imitatõis eius exprimũt. CHRY. Recte autẽ dicit: Sedẽt. nõ enĩ ambulam⁹ in tenebris: sed sedebamus. THEO. Nõ solũ aũt oriẽs dñs his qui i tenebris sedẽt illuminat: sed aliquid amplius facit vnde sequit: Ad dirigẽdos pedes nrõs in viã pacis Uia pacis est via iusticie ad quã direxit pedes. i. affect⁹ animarũ nostrarũ. GREGO. in home. Tũc enĩ gressus nrõs in viã pacis dirigim⁹: quando p illud actionũ iter pgim⁹: in quo ab auctoris nři grã nõ discordem⁹. AMBRO. Simul ꝛ illud aduerte q paucis helizabeth: q multis zacharias pphetet: ꝛ vterqz sancto impler⁹ spiritu loquebat: sz disciplina seruat: vt mulier discere magis q diuina sic studeat q docere.

Puer aũt crescebat ꝛ cõfortabatur spũ: ꝛ erat in desertis usqz i diẽ ostensiõis sue ad israel.

BEDA: Predicator penitẽtie futur⁹: vt liberi⁹ auditores suos a mũdi illecebris erudiẽdo sufferat primeuã in desertis trãsigit vitã. vnde dicit: Puer aũt crescebat. THEO. Scdm corpalẽ etatẽ: ꝛ cõfortabat spũ. Simul enĩ cũ corpe spũale donũ crescebat: ꝛ spũs operatões in eo magis ac magis osdebant. ORIGE. Uel crescebat spũ nec in eadẽ pmanebat mẽsura qua cepat: sed semp crescebant spũs in eo: semp volũtas ei⁹ ad meliora tẽdẽs habebat pfect⁹ suos: ꝛ mens diuini⁹ aliquid cõtẽplabat Exercebat se memoria: vt pura in thesauro suo recõderet. Addit autẽ: Et cõfortabat. Infirma. n. est humana natura. Legim⁹ enĩ: Caro autez infirma. Cõfortãda est itaqz spũ: spũs enĩ pmpt⁹. Multi cõfortant carne: athleta dei spiritu roborãd⁹ est: vt sapientiã carnis elidat. vnde recessit fugiẽs tumultũ vrbiũ, pter frequẽtiã. Sequit. n. Et erat in desertis vbi purior aer est: celũ aperti⁹: ꝛ familiarior de⁹: vt qr nõdũ baptismi ꝛ pdicatõis temp⁹ aduenerat: vacaret orõib⁹ ꝛ cũ angelis cõuersaret: appellarz dñz: ꝛ illũ audiret dicẽtẽ: Ecce assuz. THEO. Ut erat in desertis vt extra multorũ maliciã nutriret: ꝛ vt neminẽ vereret arguere. Si. n. fuisset in mũdo: forte fuisset amicitia ꝛ cõuersatõe hoim deprauatus; simul etiã vt eẽt fidedign⁹ qui pdicatur⁹ erat christũ Occultabat aũt in desertis: donec placuit deo ipm israelitico pplo demõstrare. vñ sequit: Usqz ad diem ostẽsiõis sue ad isrl. AMBRO. Pulchre aũt tẽp⁹ quo fuit in vtero, ppha describit: ne marie psentia taceat: sed tps silet infantie: eo q pñtia mris dñi in vtero roborat: q infantis ipedimẽta nescuit. .II.

Factũ est aũt in diebus illis exijt edictuz a cesare augusto: ut describeret uniuers⁹ orbis. Hec descriptio prima facta est a preside syrie cyreno. Et ibant omnes ut profiteret singuli in suaz ciuitatẽ. Ascẽdit aũt ꝛ ioseph a galilea de ciuitate nazareth i iudeã ciuitatẽ dauid que uocat bethleẽ: eo q esset de domo ꝛ familia dauid: ut pfiteretur cum maria desponsata sibi uxore pregnante.

BEDA: Nascitur⁹ in carne dei fili⁹: sicut de virgine nat⁹ virginitatis sibi dec⁹ oñdit eẽ gratissimũ: ita pacatissimo tpe seculi, pereat: qr pacem querere docuit: ꝛ pacis sectatores inuisere designat. Nullũ aũt potuit mag' esse pacis indiciũ q vna totũ orbẽ

descriptiōe cōcludi: cui⁹ moderator august⁹: tanta duodecim ānis circa tēpus dñice natiuitatis pace regnauit: vt bellis toto orbe sopitis ꝓphete psagiū ad lrām videat̄ iplesse. vñ dicit̄: Factū ē aūt in diebus illis: Exijt edic. a cesa. augusto vt descri. vniuersus orbis. GRECVS: Tūc etiā nascit̄ christ⁹: cū pricipes iudeorū defecerāt: ⁊ ad romanos pricipes trāslatū erat imperiū: qbus iudei tributa soluebāt. ⁊ sic iplet̄ ꝓphetia predicēs nō deficere ducē de iuda nec pricipē femorib⁹ e⁹: donec veniat q̄ mittendus ē. Ja vero cesare augusto. xlii. annū iperii peragēte: exijt ab eo edictū totū orbē cōscribi ad tributa soluēda qd̄ cuidā noīe cyrino cesar cōmiserat: quē iudee ⁊ syrie presidē statuit. vñ seq̄t: Hec descriptio p̄ma facta ē a pside syrie cyrino. BEDA: Signat hic descriptionē vel p̄mā eē earū q̄ totū orbē cōscriberit: q2 plereq̄ iā ptes terrarū sepe legunt̄ fuisse descripte: vel p̄mo tūc cepisse qn̄ cyrin⁹ i syriā missus ē. AMBRO. Pulchre aūt psidis nomē addidit: vt seriē tēporis designaret. nā si cōsules ascribūtur tabulis emptiōis: quātomagis redēptionis oīm debuit tēpus ascribi. BEDA: Supna aūt dispēsatiōe ꝓfessio cēsus ita descripta ē: vt in sua quisq3 patriā ire iuberet̄: fm q̄ seq̄t: Et ibāt oēs vt ꝓfiterent̄ singuli i ciuita. sua. Quod iō factū ē: vt dñs alibi cōcept⁹: alibi nat⁹: insidiātis herodis furorē facilius euaderet. vñ seq̄t: Ascē. au. ⁊ ioseph a galilea de ciui. naza. i iudeā. CHRY. Dño āt dirigēte august⁹ h̄ edictū cēsuit: vt vnigeniti psentie famulet̄. nā3 h̄ edictū matrē attrahebat i patriā: quā ꝓphete predixerāt. s. i bethleē iude. vñ dicit: ciuitatē dauid q̄ vocat̄ bethleē. GRECVS: Jō autē addidit ciuitatē dauid: vt ꝓmissionē factā dauid a deo ex fructu vētris e⁹ rex ꝑpetu⁹ adueniret: eē cōpletā annunciet. vñ sequit̄: Eo q̄ eēt de domo ⁊ familia dauid. Per h̄ autē q̄ ioseph erat de cognatiōe dauid: cōtentus fuit euāgelista ipam quoq3 virginē de cognatione dauid ꝓmulgare: cū lex diuina pciperet cōiugales copulas ex eadē ꝓgenie cōtrahi. vñ sequit̄: Cū maria despōsata sibi vxore pregnante. CIRYL. Dicit aūt eā fuisse despōsatā innuēs q̄ solis spōsalib⁹ p̄cedētibus ē cōceptio subsecuta: neq3 enī ex virili semie sancta virgo cōcepit. GRE. i ho. Mystice āt nascituro dño mūdus describit̄: q2 ille apparebat i carne q̄ electos suos ascriberet i eternitate. AMBRO. Et dū ꝓfessio singularis ōdit̄: spiritalis implicat̄: nō terrarū regi dicāda sed celi. ꝓfessio ista fidei cēsus aiorū ē. Abolito enī synagoge censu vetusto: nou⁹ cēsus ecclesie parabat̄. deniq3 vt scias censum nō augusti eē sed christi: tot⁹ orbis ꝓfiteri iubet̄. Quis aūt poterat ꝓfessionē toti⁹ orbis exigere: nisi q̄ tot⁹ orbis habebat iperiū? Nō enī augusti sed dñi ē terra ⁊ plenitudo e⁹. BEDA: Qui etiam vocabulū augusti pfectissime cōpleuit: vtputa suos ⁊ augere desiderās: ⁊ augere sufficiēs. THEO. Cōueniēs erat i terra: vt p christū cult⁹ multorū deorū deficeret: ⁊ vn⁹ deus coleret̄: vñ vnus rex orbi iperasse describit̄. ORI. Diligētius autē intueri sacramentū quoddā i videt̄ figura: qd̄ i toti⁹ orbis ꝓfessione de orbi oportuit christū: et cū oībus script⁹ sanctificaret oēs: ⁊ cū orbe relat⁹ in cēsum cōmunionem sui pberet orbi. BEDA. Sicut autē tūc imperante augusto ⁊ psidēte cyrino ibāt singuli i suā ciuitatē vt ꝓfiterent̄ cēsum. sic nō imperante christo p doctores ecclesie psides ꝓfiteri debem⁹ cēsum iusticie. AMB. Nec ē ergo p̄ma ꝓfessio mētium dño cū oēs ꝓfitent̄: nō pconis euocatōe sed vatis dicētis: oēs gētes plaudite manibus. deniq3 vt sciāt cēsum esse iusticie: veniūt ad cū ioseph ⁊ maria: h̄ ē iustus ⁊ virgo. Jlle q̄ verbū seruaret: ista que pareret. BEDA: Ciuitas nostra ⁊ pria ē beata ad quā crescētibus quotidie virtutib⁹ ire debem⁹. Quotidie autē sancta ecclesia suū comitata doctorē de rota mūdane cōuersatiōis qd̄ galilea sonat: sanctitatē iuda. s. cōfessionis ⁊ laudis ascēdēs: cēsum sue deuotionis regi eterno psoluit: que i exēplo beate virgis marie cōcepit nos virgo de spū: que alij quidē despōsata ab alio fecundat̄: dū pposito sibi pōtifici visibiliter iungit̄: sed inuisibilis spūs virtute cumulat̄ idicans ipso nomie q̄ instātia loquētis magistri nil valz: nisi augmētū supni iuuaminis vt audiat̄ accepit.

¶ Factū ē aūt cū eēnt ibi: ipleti sūt dies ut pareret. Et pepit filiū suū p̄mogēitū: ⁊ pānis cū inuoluit: et reclinauit cū i psepio: q2 nō erat ei locus in diuersorio.

¶ AMBRO. Breuiter sanct⁹ lucas ⁊ quō ⁊ quo tēpore ⁊ quo loco fm carnē christ⁹ nat⁹ sit: explicauit dicēs: Factū ē aūt cū essent ibi: ipleti sūt dies vt pareret. Dño quidē q2 nupta cōcepit: sed virgo generauit. GRE. nisenus: Apparēs enī vt hō non p oīa legi hūane nature subijcit̄. nā qd̄ ex muliere nascitur: humanitatē redolet. Uirginitas vero q̄ ortui deseruiuit: ōdit q̄ trāscēderet hominē. Hui⁹ ergo iocūda portio: ort⁹ imaculat⁹: ptus facil: absq3 corruptela natiuitas: nec ex luxu icipiens: nec doloris edita: q2 nāq3 ea que nature nostre mortē p culpā isseruit dānata ē: vt cū dolorib⁹ pareret: oportebat parentē vite cū gaudio partū pficere. Eo autē tēpore p icorruptionē virgineā ad vitā trāsmigrat mortaliū. i quo diminui incipiūt tenebre: ⁊ nocturna imēsitas exuberātia deficere cogit̄. Mors enī peccati finē prauitatis attigerat: s3 decetero tēdit ad nihilū ꝑpter lucis pñiam que radijs euāgelicis totū orbē lustrauit. BEDA: Eo etiā tēpore dignat⁹ est icarnari: quo mor nat⁹ cēsu cesaris ascriberet̄: atq3 ob nostri liberationē ipe seruitio subderet̄. vñ etiā nō solū ꝑpter indiciū regij schematis: sed etiā ꝑpt nominis sacramentū dñs i beethleem nascit̄. GRE. Bethleem q̄ppe dom⁹ panis interptatur. Jpe nāq3 ē q̄ ait: Ego sū panis viu⁹ q̄ de celo descēdi. Locus ergo i quo dñs nascit̄ dom⁹ panis antea vocabat̄ q2 futurū erat vt ibi ille p naturā carnis appareret: q̄ electorum mētes iterna satietate reficeret. BEDA: Sed ⁊ vsq3 ad cōsummationē seculi dñs i nazareth cōcipi: in bethleem nasci nō desinit: cū quilibet audientiū verbū flore suscepto domū i se eterni panis efficit: quotidie i vtero virginali hoc ē in aīo credentiū p fidē concipit̄: per baptismū gignit̄. Sequitur: Et peperit filiū suū primogenitū. HIE. cōtra heluidiū: Ex hoc heluidius nititur approbare p

mogenitū dici nō posset: nisi eū qui habeat ⁊ frēs: sicut vnigenitus ille vocat᷑ q̇ parētibꝰ sit solꝰ filius. Nos autē ita diffinimꝰ: Unigenitꝰ ē p̄mogenitꝰ nō oīs primogenitꝰ ē vnigenitꝰ. P̄mogenitū nō esse dicimꝰ eū quē alij subsequūtur: sed ante quē nullus: alioquin si nō ē p̄mogenitꝰ nisi is quē sequātur ⁊ fratres tādiu sacerdotibꝰ primogenita nō debentur: quādiu ⁊ alij fuerit procreati: ne forte partu postea nō sequēte vnigenitꝰ sit ⁊ nō primogenitus. BEDA: Est etiā vnigenitꝰ ī substātia diuinitatis: primogenitꝰ susceptiōe hūmanitatis: primogenitus ī grā: vnigenitꝰ in natura. HIE. cōtra heluidiū: Nulla autē ibi obstetrix: nulla mulierculārū solicitudo ītercessit. Ipsa pānis inuoluit infantem ipsa mater ⁊ obstetrix fuit. vñ sequit᷑: Et pānis eum īuoluit. BEDA: Qui totū mundū vario vestit ornatu: pānis vilibꝰ īuoluit᷑: vt nos stolā primā recipere valeamus: ꝑ quē oīa facta sūt: manus pedesqꝫ astringere: vt nostras manus ad opus bonū exercitet pedesqꝫ sint in viā pacis directi. GRECVS: O admirabilē coartationē ⁊ peregrinationē quam subiit q̇ cōtinet orbē: ab initio captat penuriā: ⁊ eā in seipo decorat nimirū si voluisset venire poterat mouēdo celū: cōcutiendo terrā: emittēs fulmīa: nō autē sic processit. nō eniꝫ ꝑdere sed saluare volebat: ab ipsis primordijs humanā cōculcare superbiā: atqꝫ iō nō tm̄ homo fit: sed etiā hō paup: ⁊ pauperem matrē elegit: que caret his q̄bus natū infantē reclinet. Sequit᷑ eni: Et reclinauit in p̄sepio. BEDA: Dum p̄sepis angustia cōtinetur cui celū sedes est: vt nos ꝑ celestis regni gaudia dilatet. Qui panis ē angeloꝝ in p̄sepio reclinat᷑: vt nos quasi sancta animalia carnis sue frumēto reficiat. CIRYL. Reperit etiā hominē factū bestialē ī aīa: ⁊ ideo ī p̄sepio loco pabuli ponit᷑: vt vitā bestialē mutātes: ad cōsonam homini ꝑducamur scientiā: pertingētes nō fenum: sed panē celestē vite corpꝰ. BEDA: Qui autem ad dextrā patris sedet: in diuersorio loco eget: vt nobis ī domo patris sui multas māsiones prepararet. vñ sequit᷑: Quia non erat ei locus in diuersorio. Nascit᷑ nō in parentū domo: sed in diuersorio ⁊ in via: quia ꝑ īcarnatiōis mysteriū via factus est: qua nos ad patriā vbi veritate ⁊ vita fruemur adduceret. GRE. in ho. Et vt ostēderet: qꝛ per humanitatē quā assūpserat: quasi ī alieno nascebat᷑ nō sm̄ potestatē: sed sm̄ naturā. AMB. Propter te ergo īfirmitas: in se potētia: ꝓpter te inopia: in se opulētia. noli hoc estimare quod cernis: sed quod redimeris agnosce. Plus dn̄e iesu iniurijs tuis debeo qꝫ redēptus sum: qꝫ operibus qꝫ creatꝰ. Nō prodesset nasci: nisi etiam redimi profuisset.

¶ Et pastores erāt in regiōe eadē vigilātes: ⁊ custodiētes vigilias noctis sup gregē suū. Et ecce āgelꝰ dn̄i stetit iuxta illos: ⁊ claritas dei circūfulsit illos: ⁊ timuerūt timore magno. Et dixit illis āgelꝰ: Nolite timere. Ecce. n. euāgelizo vobis gaudiū magnū qd̄ erit oī ppl'o: qꝛ natus est vobis hodie saluator q ē xp̄s dn̄s in ciuitate dauid. Et hoc vobis signū Inuenietis infantē pannis inuolutum: et positū in presepio.

¶ AMB. Uidete quēadmodū diuina curia fidem astruat. Angelus mariā: angelꝰ ioseph: angelus pastores edocet. de q̄bus dr̄: Et pastores erāt ī regiōe eadē vigilātes ⁊ custodiētes vigilias noctis sup gregē suū. CHRY. Ioseph quidē ī somnis apparuit angelꝰ. pastoribꝰ autē visibiliter q̄si rudioribꝰ: nō autem angelꝰ iuit hierosolymā: nō requisiuit scribas ⁊ phariseos erāt eni corrupti ⁊ ꝑ inuidia cruciabant᷑. Sed hi erāt syncere: antiquā cōuersatiōnē patriarcharū ⁊ moysi colētes. Est aūt semita quedā ad philosophiā ꝑducēs. īnocētia. BEDA in ho. Nusq̄ autē ī tota veteris testamēti serie reperimꝰ angelos qui tā sedulo apparuere patribꝰ: cū luce apparuisse. Sed hoc priuilegiū recte huic tēpori ē seruatū. quādo exortū eī ī tenebris lumē rectis corde vnde sequit᷑: Et claritas dei circūfulsit illos. AMB. Et vtero fund. sed coruscat a celo: terreno in diuersorio iacet: sed celesti lumīe viget. GRECVS: Uerū pauidi facti sunt ī miraculo. vñ sequit᷑: Et timuerūt timore magno. Sed angelꝰ cū pauor ingruerit: fugat ipm̄. vñ sequit᷑: Et dixit illis angelus: nolite timere. nō solū sedat terrorē sed etiā alacritatē infundit. Sequit᷑ eni: Ecce eni euā. vo. gau. ma. quod erit oī populo. Nō soli populo iudeorū: sed etiā oībus. Causa autē gaudij ostēditur: nouꝰ ⁊ admirabilis partus manifestat᷑ ex ipsis noibꝰ. Nā sequit᷑: Quia natus est nobis hodie saluator qui ē christꝰ dn̄s. quorum primū. i. saluator ē actiōis: tertiū autē. s. dominus maiestatis. CIRYL. Sed id qd̄ in medio ponitur. s. christus nō naturā significat: sed hypostasim ꝯpositā. In christo eni saluatore vnctionē fore celebratā fatemur: nō tamē figuralē sicut olim ī regibus ex oleo quasi ex ꝓphetica grā: neqꝫ ad ꝑfectionē alicꝰ negocij: iuxta illud ysaie: Hec dicit dominus christo meo cyro. Qui quāqꝫ esset idolatra: dictus christꝰ vt celesti cēsura totā occuparet babyloniorū ꝓuinciā. Fuit aūt vnctꝰ saluator spū sancto hūanitus ī forma serui. vngēs aūt vt deꝰ spū sancto credētes in eū. GRECVS: Huiꝰ autē natiuitatis ⁊ tēpus ostēdit: cū dicit: Hodie. ⁊ locū cū subdit: In ciuitate dauid. ⁊ signa cū subiūgit: Et h' vobis signū Inuenietis infantē pānis inuolutū: ⁊ positū ī p̄sepio. Ecce pastoribꝰ angeli pastorū p̄cipuū predicāt: tanqꝫ agnū ī antro māifestatū ⁊ editū. BEDA: Crebris autē īfantia saluatoris ⁊ angelorū p̄conijs ⁊ euāgelistarū nobis ē cōculcata testimonijs: vt nostris altiꝰ cordibus qd̄ ꝓ nobis factū sit īfigat᷑. Et notandū qꝫ signū nati saluatoris dat᷑ nō tyrio excoctum ostro: sed pānis squalētibus īuolutū: nō ī ornatis auro stratorijs: sed ī p̄sepibꝰ īueniēdū. MAXIMVS ī ser. natiui. Sed si tibi pāni fortassis vilescūt: angelos collaudātes admirare. Si p̄sepe despicis: erige parūper oculos: ⁊ nouā ī celo stellā protestantē mūdo natiuitatē dominicā cōtuere. Si cre-

dis vilia: crede mirifica. Si de his que humilitatis sunt disputas: q̄ alta sūt celestia venerare. GRE. in ho. Mystice autē q̄ vigilātibus pastorib⁹ angelus apparet: eosq̄ claritas dei circūfulsit: hoc ē q̄ illi p̄ ceteris videre sublimia merent᷑: q̄ fidelib⁹ gregibus preesse sollicite sciūt. Dūq̄ ipsi pie sup gregē vigilāt: diuina sup eos lati⁹ grā coruscat. BEDA i home. Significāt eni mystice pastores isti gregum doctores quosq̄ ac rectores fideliū animarū. Nocturnas vigilias custodiebāt sup gregē suū p̄icula tētationū idicat q̄bus se suosq̄ subiectos custodire nō desistūt. Et bn̄ nato dn̄o pastores sup gregē vigilāt: q̄ natus ē q̄ dicit: Ego sum pastor bonus: sed ⁊ tēpus iminebat quo idē pastor oues suas que dispersę erāt ad vite pascua reuocaret. ORI. Ceterū si ad secretiorē oportet ascēdere intellectū: dicā quosdam fuisse pastores angelos q̄ res humanas regerent. Et cū horū vnusquisq̄ suā custodiā conseruaret: venisse angelū nato dn̄o: ⁊ annunciasse pastoribus q̄ ver⁹ esset pastor exortus. Angeli eni ante aduentū saluatoris: parū poterāt cōmissis sibi vtilitatis afferre. Uix eni aliquis vnus ex singulis gētibus credebat i deū: nūc autē p̄pl̄i accedūt ad fidē i esu.

Et subito facta ē cū angelo multitudo militie celestis: laudātiū deū ⁊ dicētiū: Gloria i altissimis deo: ⁊ i t̄ra pax hōib⁹ bone uolūtatis.

Beda: Ne parua vnius angeli videret᷑ auctoritas: postq̄ vnus sacramētū noue natiuitatis edocuit: stati multitudo celestiū agminū affuit. vn̄ dicit᷑: Et subito facta ē cū angelo multitudo militie celestis. Bn̄ chorus adueniēs angelorū militie celestis vocabulū accipit. Qui ⁊ duci illi i p̄lio q̄ ad debellandas aereas p̄tātes apparuit humiliter obsecūdat: ⁊ ipse potestates easdē cōtrarias ne mortales tm̄ tētare valeāt: quantū volūt fortiter armis celestib⁹ perturbat. q̄ vero deus ⁊ hō nascit᷑: iure hominibus pax ⁊ deo gloria canit᷑. vn̄ sequit᷑: Laudātiū deū ⁊ dicētiū: Gloria i altissimis deo. vno angelo: vno euangelizāte nūcio natū i carne deū mox multitudo militie celestis in laudē creatoris ꝓrumpit: vt ⁊ christo deuotionē impēdat: ⁊ nos suo istruat exēplo: quotiens aliquis fratrū sacre eruditiōis verbū isonuerit: vel ipi que pietatis sūt: ad mētē reduxerim⁹: deo statim laudes corde ore ⁊ ope reddam⁹. CHRY. Et oli quidē angeli ad puniendū mittebant᷑: puta ad israelitas: ad dauid: ad sodomitas: ad gemit⁹ cōuallem: nūc ecōtra canūt i terra grās agētes deo: eo q̄ suū descensum ad homines eis reseruauit. GRE. xxviii. moraliū. Simul etiā laudāt quia redēptioni nostre voces sue exultatiōis accomodāt: simul etiā q̄ dū nos cōspiciūt recipi: suū gaudēt numerū ipleri. BEDA: Optāt etiā pace homib⁹ cū subdūt: Et in terra pax hominibus: q̄ quos infirmos prius abiectosq̄ despexerāt: nascēte in carne domino iā socios venerātur. CIRYL. Hec autem pax ꝑ christū facta ē. Recōciliauit eni nos per se deo ⁊ patri: culpā hostilē de medio auferēs: duos populos i vnū hominē pacificauit: ac celicolas ⁊ terrenos in vnū gregē cōposuit. BEDA: Quibus autē hominib⁹ pacē poscāt: exponūt dicētes: Bone volūtatis: eis. s. qui suscipiūt natū christū. nō eni ē pax impiis: sed pax multa diligētibus nomen. ORI. Sed diligēs lector inquirat quomō saluator dicat: Nō veni pacē mittere sup terrā: ⁊ nūc angeli de e⁹ natiuitate cantāt: In terra pax hominibus. sed h̄ qđ pax esse dicit᷑ i hominibus bone volūtatis soluit questionē. pax eni quā nō dat dn̄s sup terrā: nō est pax bone volūtatis. AVGV. xiii. de trinitate. Pertinet eni iusticia ad bonā volūtatē. CHRY. Aspice autē mirandū ꝓcessum. angelos ad nos deduxit p̄us: ac deīde duxit hominē ad superna. factū ē celū terra: cū terrena debet recipere. ORI. Mystice autem videbāt angeli se opus qđ eis creditū fuerat iplere nō posse absq̄ eo qui vere saluare poterat: et medicinā suā iferiorē eē q̄ hoim cura poscebat. vn̄ sicut si veniat aliquis q̄ habeat summā i medicina notitiā: ⁊ illi q̄ prius sanari nequiuerant: cernētes ad magistri manus putredines cessare vulnerū: nō inuideāt: sed in laude medici erūpant: ⁊ dei qui sibi egrotātibusq̄ tāte sciētie hominē miserit: multitudo angelorū aduentu christi deum laudent.

Et factū est ut discesserūt ab eis angeli in celū: pastores loq̄bant᷑ ad iuicē: Trāseam⁹ usq̄ bethleē: et uideam⁹ hoc uerbū qđ factū ē: qđ fecit dn̄s ⁊ ostēdit nobis. Et uenerūt festinātes: ⁊ inuenerūt mariam et ioseph: ⁊ īfātē positū ī p̄sepio. uidētes aūt cognouerūt đ uerbo: qđ dictū erat illis de puero hoc. Et oēs qui audierūt mirati sūt: et đ his q̄ dicta erāt a pastorib⁹ ad ipos. Maria āt ꝯseruabat oia uerba hec: ꝯferēs i corde suo. Et reuersi sunt pastores glīficātes ⁊ laudātes deū i oib⁹ q̄ audierāt ⁊ uiderāt: sicē dcm̄ ē ad illos.

GRECVS: Que visa sunt ⁊ relata stuporē igesserūt pastoribus: ⁊ sic ouilia sua omiserūt: ⁊ ꝓfecti sunt nocte bethleem: lucē indagātes saluatoris. vn̄ dicitur: Et factū ē vt discesserūt ab eis angeli in celum: pastores loquebant᷑ adinuicē: Trāseamus vsq̄ bethleē ⁊ vi. hoc ver. quod fa. ē. BEDA: Uere quasi vigilātes: nō dixerūt videam⁹ puerū: sed verbū quod factū ē. i. verbū quod semp erat videamus quomō ꝓ nobis caro factū ē: siquidē hoc ip̄m verbum dn̄s est. Sequit᷑ eni: Quod fecit dn̄s: ⁊ ostendit nobis. i. videamus quomō verbū ipsū ip̄se se fecerit: ⁊ ostēdit nobis carnem suā. AMB. Uide q̄ singulariter scriptura singulorū libret momēta verborū. Eteni cū caro domini videt᷑: videt᷑ verbū: qđ ē filius nō mediocre fidei tibi h̄ videat᷑ exemplū: nō vilis p̄sona pastorū. simplicitas eni querit᷑: nō ambitio desiderat᷑. Et venerūt festinātes. nemo eni cū desidia christū requirit. ORI. Quia vero festinan

tēs venerūt: ⁊ nō pedetētim: Jō sequitᷣ: Et inuene-
rūt mariā. que.s. fudit iesum i ptu. Et ioseph.s. dispē
satorē ortus dominici. Et infantē positū i presepio
s. ipm saluatorē. BEDA: Est autē iusti ordinis: vt
honore digno celebrata verbi īcarnatiōe: ad ipam
quādoqꝫ verbi gloriā intuendā pertingatᷣ. vñ sequi
tur: Uidētes autē cogno. de verbo qđ dictū erat il
lis de puero hoc. GRECVS: Occulta.s. fide feli-
cia relata cōtinentes: nec contēti de veritate: stupe
re qui primitus viderāt ⁊ perceperāt angelo nuncian
te: nō solū marie ⁊ ioseph promebāt: ꝫ etiā ceteris: ⁊
quod ē ampl⁹ eorꝫ mētib⁹ infigebāt. vñ sequitᷣ: Et
oēs qui audierūt mirati sunt: ⁊ de his q̄ dicta erāt
a pastorib⁹ ad ipsos. Quomō eni nō erat mirandū
videre celicolā i terrenis: ⁊ terrā pace cōciliari cele
stibus ⁊ ineffabilē illū infantulū numine quidē ce
lestia: hūanitate vero terrestria connectentē adin-
uicē: ⁊ sui cōpagine fedus mirandū prestantem.
GLO. Nec solū miranᷣ de incarnatiōis mysterio:
sed etiā de tanta pastorū attestatiōe: qui fingere in
audita nescirēt: sed simplici facūdia vera pdicarent.
AMBRO. Nec contēnenda putes quasi verba
vilia propheta a pastorib⁹: ⁊ maria colligit fidem.
vñ sequitᷣ: Maria autē ꝯseruabat oīa verba hec cō
ferens in corde suo. Discam⁹ sancte virginis in oī-
bus castitatē: que nō minus ore pudica q̄ꝫ corpore:
argumēta fidei cōferebat in corde. BEDA in ho
melia: Uirginalis eni pudicicie iura custodiens: se-
creta christi que nouerat nemini diuulgare vole-
bat: sed cōferebat ea que facienda legerat cū his q̄
iā facta cognouit: nō ore promēs: sed clauso in cor
de custodiēs. GRECVS: Quicquid etiā ei retule
rat angel⁹: quicqđ a pastorib⁹ audierat: cūcta ꝯgre-
gabat in mēte ⁊ ad inuicē cōparans: vna i omibus
mater sapie cernebat concordiā: vere deus erat qui
nat⁹ erat ex ea. ATHANA. Singuli autē i chri
sti natiuitate exultabāt nō hūanitus: sicut i puero
nato soliti sunt homines cōgaudere: sed in christi p̄
sentia ⁊ lucis diuine fulgore. vñ sequitur: Et reuersi
sunt pastores glorificātes ⁊ laudātes deū in omni-
bus que audierāt. BEDA.s. ab angelis. Et vide-
rāt.s. in bethleem sicut dictū ē ad illos.i. in hoc glo
rificāt ꝙ nō aliud veniētes inuenerāt q̄ꝫ dictū est
ad illos: siue sicut dictū ē ad illos gloriā deo laudesᷣ
qꝫ referūt: eteni hoc illis facere dictū est ab angelis
nō quidē verbo iperātibus: sed formā sue deuotio-
nis offerētibus: cū deo in excelsis gloriā resonarēt.
BEDA: Mystice autē itellectualiꝫ pastores gre-
gum. imo cūcti fideles exēplo horū pastorū transe-
ant cogitatione vsqꝫ in bethleem: ⁊ incarnationeꝫ
christi dignis celebrēt honorib⁹. Trāseamus autem
abiectis cōcupiscētiis carnalib⁹ toto mētis deside-
rio: vsqꝫ ad bethleem supernā.i. domū panis viui: vt
quē illi in presepio videre vagientē: nos i patris so-
lio mereamur videre regnantē. Nō est aūt tāta bea
titudo cū desidia ac torpore quereda: sed alacriter
sūt christi sequēda vestigia. Uidētes autē cognoue
rūt. Et nos que dicta sunt de saluatore nostro ple
na dilectiōe [illegible] amplecti: vt hoc i futuro p-
fecte cognitiōis visu cōprehēdere valeamusᷣ. BE-
DA sup lucā: Dñici etiā gregis pastores precedētiū
patrū vitā in qua panis vite seruatᷣ quasi bethleem

port⁹ contemplādo subeūt: nihilqꝫ i hac aliud repe
riunt: q̄ꝫ virginalē ecclesie pulchritudinē quasi ma
riā: virilē spiritaliū doctorꝫ cetū: quasi ioseph: ⁊ hu
milē christi aduentū scripture paginis sacre inser-
tū quasi in p̄sepio positū christū infantem. ORI.
Uel presepe illud israel erat sm illud ysaie: Cogno
uit bos possessorē suū: ⁊ asinus p̄sepe dñi sui. BE-
DA in home. Nō celauere autē silētio pastores q̄
agnouerāt: qꝛ ecclesie pastores i hoc ordinati sunt:
vt que in scripturis didicerūt: auditorib⁹ ōndant.
BEDA sup lucā: Magistri etiā spiritaliū gregum
mō ceteris dormiētibus cōtemplando celestia sub
eunt: modo fideliū exempla querēdo circueunt: mō
ad publicū pastoralis officij docēdo reuertuntur.
BEDA in ho. Unusquisqꝫ etiā qui priuatus viue-
re creditᷣ: pastoris officiū tenet: si bonorū actuū co-
gitationūqꝫ mundarū aggregās multitudinē: hanc
iusto moderamie gubernare scripturarū pastu nu
trire: ⁊ cōtra demonū isidias seruare contēdit.

Et postquā consumati sūt dies octo: ut circūcidereᷣ puer: uocatū nomen eius iesus. Qđ uocatū ē ab angelo pus q̄ꝫ in utero cōciperetᷣ.

BEDA in ho. Exposita natiuitate dñica: subiun
git euāgelista atqꝫ ait: Et postq̄ꝫ cōsumati sunt dies
octo vt circūcidereᷣ puer. AMBRO. Quis puer
nisi ille de quo dictū est. Puer natus ē nobis ⁊ fi-
lius datus ē nobis: factus ē eni sub lege: vt eos qui
sub lege erāt lucrifaceret. EPIPHA. Dicūt autē
hebiōis ⁊ cherinthi sequaces sufficit discipulo: si sit
sicut magister ei⁹. Circūcidit autē se christ⁹: tu ergo
circūcidaris. Fallūt autē destruētes sua pricipia. si
enim fateretᷣ hebion christū deū celit⁹ descendentē
octauo die fuisse circūcisum: tūc pberet circūcisiōi
materiā argumēti: sed cū nudū hūc asserit hominē:
nō puer est cā vt circūcidatur sicut nec īfantes sūt
sue circūcisionis auctores. Nos eni deum ipm fate
mur celitus descendentē ⁊ i claustro virgineo mo-
ram debitā fetib⁹ ptraxisse: quoadusqꝫ sibi ex vtero
virgineo hūanitatis carnē pfecte cōponeret. q̄ cir-
cūcisus ē veraciter: nō apparēter octauo die: quate
nus cū ad spiritalē effectū figure puenerint: taꝫ ab
ipo q̄ꝫ a suis discipulis diuulgētur nō vltra figure:
sed veritas. ORI. Sicut eni mortui sum⁹ cū illo
moriēte: ⁊ cōsurrexim⁹ resurgēti: sic cuꝫ eo circūcisi
sumus. vñ nequicq̄ꝫ nūc idigem⁹ circūcisiōe carna-
li. EPIPHA. Plurib⁹ autē ex causis circūcisus
est christ⁹. Et primo quidē vt ōndat carnis veritatē
cōtra manicheū: ⁊ illos q̄ apparēter eū dicūt pdiis-
se. Deīde vt pateat ꝙ nequaq̄ꝫ deitati cōsubstātiale
corp⁹ extiterit: vt fatur apolinaris. neqꝫ celitus de-
tulit illud: vt asserit valētinus: ⁊ vt cōfirmet circū
cisionē: quā olim istituerat eius aduētui seruientē:
q̄ etiā vt nulla sit iudeis excusatio. nā nisi circum-
cisus fuisset: obiicere poterāt: ꝙ nō possent incircū
cisum christū recipe. BEDA in ho. Ut etiā nobis
obediēdi virtutē cōmēdaret exemplo: ⁊ vt eos qui
sub lege positi legis onera portare nequiuerāt: sua
cōpassiōe iuuaret: vt q̄ in similitudie carnis pecca-
ti aduenit: remedium quo caro peccati cō. ueuerat

mūdari nō respuit. Idē eni salutifere curatiōis au xiliū circūcisio in lege cōtra originalis peccati vulnus agebat: qđ nūc baptismus reuelate grē tēpore cōsueuit: excepto ꝙ regni celestis ianuā nōdū itrare poterāt: tñ ī sinu abrae post mortē beata requie cōsolati superne pacis igressū spe felici expectabāt.
ATHANA. Nihil eni aliud exprimebat circūcisio: nisi generatiōis vetuste spoliationē ꝑ h̄ ꝙ circūcidebat̄ ps corporis: q̄ corpal̄ natiuitatis cā existit. Hoc autē tūc tēporis agebat̄ ī signū futuri ꝑ christū baptismatis: Idcirco postq̄ venit signatū cessauit figura. vbi nāq̄ tota vetustas tollit̄ ꝑ baptismū supfluū ē qđ ptis sectio pfigurat. CIRYL. Octauo autē die cōsuetū erat carnalē celebrari circūcisionē: octauo eni die christꝰ a mortuis resurrexit: ⁊ insinuauit nobis spiritalē circūcisionē dicēs: Euntes docete oēs gētes baptizātes eos. BEDA: In eius autē resurrectiōe pfigurata ē vtraq̄ nostra resurrectio ⁊ carnis ⁊ spūs. christꝰ eni circūcisus nostram docuit: ⁊ nūc ꝑ ipm a vitiorū labe purgandā: ⁊ in nouissimo die a mortis peste restaurādā. ⁊ sicut dominꝰ octaua die h̄ ē pꝰ septimā sabbati resurrexit: ita ⁊ ipi post sex hꝰ seculi etates: ⁊ septimā sabbati aiarū q̄ nūc interi ī alia vita gerit̄: q̄si octauo tēpore surgemꝰ. CIRYL. Scđm aūt legis pceptū eodē die ipositionē nomīs recepit. vñ sequit̄: Uocatū ē nomē eiꝰ iesus. qđ itꝑtat̄ saluator. editꝰ eniz fuit ad totꝰ orbis salutē: quā sua circūcisiōe pfigurauit: fm ꝙ apostolꝰ dicit: Circūcisi estis circūcisiōe nō māufacta ī expoliatiōe corꝑis carnis. Ci circūcisiōe christi. BEDA: Sed ⁊ h̄ qđ eodē die sue circūcisionis nomē accepit: ad imitationē prisce obseruationis fecit. Abraā eni q̄ primū circūcisiōis sacramētū accepit: ī die sue circūcisionis āplificatiōe nois bñdicti ꝓmeruit. ORI. Nomē autē iesu gloriosū oīq̄ cultu dignissimū: nomē qđ ē sup oē nomē: nō decuit primū ab hominibus appellari: neq̄ ab eis afferri ī mūdū. vñ signāter euāgelista subdit: Qđ vocatū ē ab angelo priusq̄ ī vtero cōciperet̄. BEDA: Huiꝰ aūt nois etiā electi sua spiritali circūcisione ꝑticipes existere gaudēt: vt sicut a christo christiāi: ita etiā a saluatore saluati vocētur: qđ illis a deo vocabulū nō solū priusq̄ ī vtero ecclesie ꝑ fidē conciperēt: sed etiā añ tēpora secularia vocatū est.

Et postq̄z ipleti sūt dies purgatōis eiꝰ fm legē moysi: tulerūt illū i hierl'm: ut sisterēt eū dño: sicut scriptū est i lege dñi: Quia oē masculinū ad aperiēs uuluā scm̄ dño uocabitur. Et darent hostiam fm ut dictum est i lege dñi: par turtuꝝ aut duos pullos colūbaꝝ.

CIRYL. Post circūcisionem rursus expectatur purgatiōis tēpus. vñ dicit̄: Et postq̄ ipleti sūt dies purgatiōis eꝰ fm legem moysi. BEDA: Si legis ipsiꝰ verba diligētiꝰ ispexeris: pfecto reperies quod ipsa dei genitrix sicut a cōmixtione virili: sic a legali fit iure imunis. Nō eni ōis mulier pariēs: sed ea q̄ suscepto semie pepit designat̄ imunda: rituq̄ legis docet̄ eē mūdāda: ad distinctionē. illiꝰ que vgo cōcepit ⁊ pepit. Sed vt nos a legis vīculo solueremur sicut christꝰ: ita ⁊ beata maria legi ē spōte subiecta.
TYTUS. Uñ elegāter euāgelista ꝓtulit ꝙ cōpleti sūt dies purgatiōis eꝰ fm legē: nā reuera nō incūbebat necessitas virgini sacre: vt dies purgatiōis eꝰ expectaret̄: que cū ex spū sancto ꝯcepisset caruit cōiugio. Sequit̄: Tulerūt illū ī hierusalē vt sisterēt eū dño. ATHANA. Sꝫ qñ a paternis aspectibꝰ latuit dñs: aut q̄s locꝰ excipit̄ ab eius iperio: vt ibi existēdo semotꝰ a patre sit: nisi afferat̄ hierosolymā: et itroducat̄ ī templū? Sꝫ forte causa nostri huiꝰmodi scripta sūt. Sicut eni nō grā sui hō factꝰ ē: ⁊ circūcisus ī carne: sed vt nos ꝑ grāꝫ faceret deos: ⁊ vt spiritaliter circūcidamur: sic ꝓpter nos sistit̄ dñs: vt discamꝰ deo psentare nosipsos. BEDA: Post tricesimū autē ⁊ tertiū circūcisiōis diē dño sistitur: mystice isinuās neminē nisi circūcisum vitijs: dñicis dignū eē cōspectibꝰ: neminē nisi mortalitatis nexibus absolutū supne ciuitatis gaudia posse pfecte subire. Sequit̄: Sicut scriptū ē in lege dñi. ORI. Ubi sūt qui deū legis negāt a christo fuisse ī euangelio pdicatū? An putandū ē ꝙ filiū suū bonꝰ deꝰ sub lege inimici fecit: quā ipe nō dederat? In lege eni moysi scriptū ē qđ sequit̄: Quia oē masculinuꝫ adaperiēs vuluā sanctū dño vocabitur. BEDA: Quod dicit: Adaperiēs vuluā. ⁊ hominis ⁊ pecoris pmogenitū significat: qđ vtrūq̄ sanctū dño vocari: atq̄ iđ sacerdotis eē pceptū ē: ita dūtaxat vt ꝑ hominis pmogenito pciū accipe: ⁊ oē aīal imundū redimi faceret. GRE. nisenꝰ: Hoc aūt legis decretū ī solo icarnato deo singularit̄: ⁊ ab aliis differēter iṗleri videt̄. Ipe nāq̄ solꝰ ieffabilit̄ cōceptꝰ: ac incōphēsibiliter editꝰ: virginalē vterū aperuit: non añ a cōnubio reseratū: seruās ⁊ post partū mirabile iuiolabiliter signaculū castitatis. AMB. Nō eni virilis coitꝰ vulue virginalis secreta reserauit: sꝫ imaculatū semē iuiolabilē vtero spūs sanctꝰ ifudit. Qui g̊ vuluā sanctificauit alienā vt nasceret̄ ꝓpheta: hic ē q̄ aperuit matri sue vuluā: vt imaculatꝰ exiret.
BEDA: Quod g̊ ait: Adaperiēs vuluā. cōsuete natiuitatis mox loquit̄: nō ꝙ dñs sacri vētris hospitiū qđ igressus sanctificaret: egressus deuirginasse credēdus sit. GRE. nisenꝰ: Solꝰ aūt hic ꝑtus masculinꝰ spiritaliter eē cōspicit̄: q̄ nil de feminitate culpe portauit. vñ reuera sanctꝰ vocatꝰ ē. vñ ⁊ gabriel q̄si h̄ decretū ad ipm solū ꝑtinere memorans dicebat: Qđ ex te nascet̄ sanctū: vocabit̄ filiꝰ dei. Et ī ceteris quidē pmogenitis sanctos illos vocari euāgelica solertia statuit: tāq̄ oblatiōe diuia fortitos huiusmōi nomē: at ī totiꝰ pmogenito creature qđ nascit̄ sanctū ꝓnūciat angelꝰ q̄si ꝓprie sanctū existēs. AMB. Solꝰ eni ꝑ oīa ī natis de femia sanctus dñs iesus q̄ terrene cōtagia corruptele imaculati partꝰ nouitate nō senserit: ⁊ celeste depulerit: nā si lrām seq̄mur: quō sanctꝰ ōis masculꝰ: cū multos sceleratissimos fuisse nō lateat? Sꝫ ille sanctꝰ ꝑ quē figurā futuri mysterij legis diuine pscripta signabāt: eo ꝙ solꝰ sanctꝰ ecclesie virgīs ad generandos populos apiret genitale secretū. CIRYL. O ꝓfūditas sciētiarū sapīe ⁊ sciētie dei offert hostias

qui p singulas hostias honorat̃ cũ patre:figuras le
gis custodit veritas:q̃ legis ē cõditor sicut de⁹ legē
custodiuit vt hõ.vñ sequit̃:Et vt darent hostiã fm
q̄ dictũ erat ĩ lege dñi:Par turturũ:aut duos pul/
los colũbar. BEDA ĩ ho.Hostia autē hec paupe
rũ erat.p̃cepit qppe dñs ĩ lege:vt qui possēt agnum
p filio aut filia:simul ⁊ turturē siue colũbaʒ offer/
rent.Qui vero nõ sufficiebãt ad offerendũ agnum:
duos iã turtures vel duos colũbe pullos offerrēt:
ergo dñs cũ diues esset:paup fieri dignat⁹ ē:vt nos
sua paup̃tate diuitiarũ suarũ donaret eē p̃ticipes.
CIRYL.Uidendũ aũt q̃d hec oblata ĩsinuãt:-Ni/
mirũ loquacissima ē turtur ĩ auib⁹:at colũba ē aĩal
mãsuetũ.Talis autē sanct⁹ ē erga nos saluator mã
suetudinē p̃fecte colēs:⁊ turt̃ orbē allexit:replēs or
tũ suũ p̃prijs melodijs.Occidebat̃ ergo turt̃: at co
lũba vt ip̃e p figuras nobis pãdat passur⁹ ĩ carne p
vita mũdi. BEDA ĩ ho.Uel colũba simplicitatē:
turt̃ ĩdicat castitatē:q: ⁊ colũba simplicitatis: ⁊ ca
stitatis amator ē turt̃:ita vt si cõiugē casu p̃diderit
nõ vltra aliã q̃rere curet.Merito ergo turt̃ ⁊ colũ
ba dño offerunt̃ ĩ hostiã:q: simplex ⁊ pudica fide/
liũ ꝯuersatio ē illi iusticie sacrificiũ gratũ ATHA
NA.Jõ vero bina iussit offerri: q: homie cõsistēte
ex aĩa ⁊ corpe:duplũ a nobis poscit de⁹: castitatē ⁊
mãsuetudinē:nõ solũ corpis sed etiã aĩe:alioq̄n erit
hõ fictor ⁊ hypocrita:gerēs ĩ tegumētũ occulte ma
licie ĩnocētiã apparentē. BEDA ĩ ho.Cum vero
vtraq̄ auis p̃pter cõsuetudinē gemēdi p̃sentes san
ctoꝝ luct⁹ designat:in h̃ tamē differũt q̄ turt̃ soli/
uagus:colũba aũt gregatim volare ꝯsueuit: ⁊ ob id
iste secretas orationũ lachrymas:illa publicos eccle
sie cõuent⁹ ĩsinuat.BEDA sup lucã: Uel colũba
que gregatim volat:actiue vite frequētiam demon
strat.Turtur q̄ singularitate gaudet:speculatiue vi
te culmia denũciat.Et q: eque vtraq̄ cõditori acce
pta ē hostia:ꝯsulte lucas vtrũ turtures an pulli co/
lũbarũ p dño sint oblati nõ dixit: ne vnũ alteri vi/
uēdi ordinē p̃ferret:sed vtrũq̄ sequēdũ doceret.

Et ecce hõ erat in hierusalē cui
nomē symeõ . Et hõ iste iust⁹ ⁊ tio
ratus expectãs consolationē isrl̃: ⁊
spũssanct⁹ erat i eo. Et rñsum acce
perat a spũ scõ:nõ uisurũ se morteʒ
nisi pri⁹ uideret christũ dñi . Et ue
nit i spũ i tēplũ. Et cũ iducerēt pue
rũ iesũ parētes ei⁹: ut facerēt fm cõ
suetudinē legis p eo: ⁊ ipse accepit
eum in ulnas suas.

AMB Nõ solũ ab ãgelis ⁊ p̃phetis a pastorib⁹
⁊ a parētibus:sed etiã a seniorib⁹ ⁊ iustis generatõ
dñi accepit testimoniũ. vñ dicit̃: Et ecce hõ erat in
hierusalē cui nomē symeon : ⁊ hõ iste iust⁹ ⁊ timo/
rat⁹. BEDA: Quia difficulter iusticia sine timo/
re custodit̃:nõ illũ dico timorē q̄ tēporalia sibi bo/
na subtrahi p̃horrescit: quē perfecta dilectio foras
mittit:sed timorē dñi sanctũ q̄ manet ĩ secula: quo
iust⁹ deũ quãto ardētius diligit:tãto solerti⁹ offen
dere cauet. AMB.Et bñ iust⁹ q̄ nõ suã sed populi
grãm requirebat.vñ sequit̃:Expectãs cõsolationeʒ
israel. GRE.nisen⁹.Nõ vtiq̄ mũdanã felicitateʒ
ĩ ꝯsolationē israel prudēs symeõ expectabat: sed ve
rã trãslationē ad veritatis decorē p separationeʒ a
legis vmbra:habuerat naq̄ p oracula q̄ visur⁹ esset
christũ dñi paulisq̄ de seculo p̃nti transmigraret: vñ
sequit̃:Et spũs sanct⁹ erat ĩ eo. a quo.s.iustificabat̃
Et respõ.ac. a spũ san.nõ vi.se mor. nisi p̄us videret
christũ dñi. AMB.Cupiebat ipse quidē corporee
vinculis fragilitatis absolui: sed expectabat videre
p̃missũ:sciebat eñi q: beati oculi q̄ viderēt. GRE.
xviij.mora.Jn quo etiã discim⁹ quãto desiderio ex
plebe israelitica sancti viri ĩcarnatiõis ei⁹ mysteriũ
videre cupierũt. BEDA: Uidere aũt mortē expe/
riri eã significat:multũq̄ felix mortē videbit carnis
quicũq̄ christũ dñi pri⁹ oculis carnis videre satage
rit:cõuersationē habēdo ĩ celesti hierusalē.tēpli dei
limĩa frequētãdo:h̃ ē sanctoꝝ ĩ q̄bus deus habitat
exēpla sectãdo:Eadē autē spũs grã q̄ olim venturũ
p̃cognouerat ⁊ nũc veniētē cognouit.vñ sequit̃:Et
venit ĩ spũ ĩ templũ. ORI.Et tu si vis tenere iesuʒ
⁊ amplexari manib⁹:oĩ labore nitere: vt ducē habe
as spiritũ:veniasq̄ ad tēplũ dei.Sequit̃ eñi:Et cuʒ
indu.pue. iesum parē.ei⁹.s.maria mat̃ ⁊ ioseph qui
putabat̃ pater.Ut facerēt fm cõsuetudinē legis p
eo: ⁊ ip̃e accepit eũ ĩ vlnas suas. GRE.Quã bea
tus ille sacer ad sacra ĩtroit⁹:p quē ad vite terminũ
maturauit. Beate man⁹ q̄ verbũ vite palpauerũt:
⁊ vlne quoq̄ quas ad susceptionē pauit BEDA:
Accepit aũt iust⁹ fm legē puerũ iesum ĩ vlnas suas
vt significet iusticiã operũ q̄ ex lege erat p man⁹ ⁊
brachia figuratorũ:humili quidem: sʒ salutari fidei
euãgelice grẽ imitãdũ.Accepit senior ĩfantem chri
stũ:vt ĩsinuet h̃ seculũ q̄si senio iã defessũ ad ĩfan/
tiam ⁊ innocētiã christiane cõuersatiõis rediturũ.

Et bñdixit deũ ⁊ dixit: Nũc di
mittis suũ tuũ dñe fm uerbũ tuuʒ
i pace. Quia uiderũt oculi mei salu
tare tuũ. Qđ parasti añ faciem oim
populoꝝ. Lumē ad reuelationē gē
tiũ: ⁊ gloriã plebis tue isrl̃.

ORI.Si ad tactũ fimbrie vestimēti mulier sana/
ta ē:q̃d putãdũ ē de symeone q̄ ĩ suas vlnas accepit
ĩfantē:⁊ gaudebat vidēs puulũ a se gestari: q̄ vene/
rat ad victos resoluēdos: sciēs nēminē eũ posse de
claustro corpis emittere cum spe future vite: nisi is
quē ĩ brachijs cõtinebat.vñ dicit̃:Et benedi.deũ:et
dixit: Nũc dimit.ser.tuum dñe. THEO.Qđ dicit
p̃ñe cõfitētis ē:q̄ ip̃e mortis ē ⁊ vitē dñs:⁊ sic pue/
rũ quē suscepit deũ cõfitet̃. ORI.q.d. q̄diu chri/
stũ nõ tenebã:clausus erã: ⁊ de vĩculis exire nõ po/
terã. BASI.Si aũt voces iustorũ ĩquiras:oēs su/
per h̃ mũdo ⁊ ei⁹ flebili mora ĩgemiscũt. Heu mihi
dicit dauid:q: ĩcolat⁹ me⁹ p̃longat⁹ est. AMB.
Uide ergo iustũ velut corporee carcere molis ĩclu/
sum velle dissolui:vt ĩcipiat eē cũ christo. sed q̄ vult
dimitti:veniat in templũ:veniat ĩ hierusalem:expe/

cret christũ dñi: accipiat ĩ mãibus verbũ dei: ⁊ com plectaꝛ velut quibusdã fidei sue brachiis: tũc dimit tĩ: vt ñ videat mortẽ q̃ viderit vitã. GRECVS: Symeon aũt bñdicebat deuꝫ ĩter cetera: ꝙ ꝓmissa sibi facta sortita erãt efficacie veritatẽ: nã cõsolatio nẽ israel oculis ↄspicere meruit: ⁊ manibꝰ portare. ⁊ idõ dicit: Secũdũ verbũ tuũ.i.cũ finẽ obtinuerim ꝓmissorũ. at vbi visibiliter sensi qđ desiderabã: nũc soluis tuũ seruũ: nec gustu mortis attonitũ: nec he sitatiõis cogitatiõibꝰ cõturbatũ. ⁊ idõ subdiꝛ: In pa ce. GRE.nisenꝰ: Quia postq̃ christꝰ culpã hosti lẽ destruxit: nos quoq̧ patri recõciliauit: facta est trãslatio sanctorũ ĩ pace. ORI. Quis ẽ aũt q̃ de se culo isto recedit ĩ pace: nisi is q̃ ĩtelligit ꝙ deꝰ erat in christo mũdũ recõcilians sibi: nihilq̧ habẽt inimi cũ deo: sed oẽm pacẽ bonis ĩ se operibꝰ assumpsit.

GRECVS: Fuerat autẽ sibi repromissum ñ visuꝝ se mortẽ: nisi priꝰ videret christũ dñi: ⁊ idõ ĩpletũ dñi dens subdit: Quia viderũt oculi mei salutare tuũ.

GRE.nisenꝰ: Beati oculi tui ⁊ ĩ aĩe q̃ corporis: hi q̧ dem visibiliter deũ suscipientes: illi vero nõ solũ que vtũ sunt attẽdẽtes: imo illuminati fulgore spũs dñi verbũ ĩ carne cognoscẽtes. salutare nãq̧ quod tuis oculis percepisti: ipe iesus ẽ: quo nomĩe salꝰ declara tur. CIRYL. Fuerat aũt christi mysteriũ qđ pa tur ĩ vltimis tẽporibꝰ seculi preparatũ añ mũdi origi nẽ. vñ sequiꝛ: Qđ parasti añ faciẽ oĩm populorũ.

ATHANA.s.cõfectũ toti mũdo ꝑ christũ salutẽ. qualiter q̃ supradictũ ẽ ꝙ expectabat israel cõsola tionẽ: eo ꝙ.s.tũc futurã eẽ cõsolationẽ israel agno uit ĩ ꝓpĩ cũ ⁊ oĩbus populis paratum ẽ salutare.

GRECVS: Attẽde etiã sagacitatẽ digni ⁊ venerã di senis: anteq̃ dignꝰ videreꝛ beate visiõis: ꝑstola baꝛ solamẽ israel. Ut aũt qđ sperabat obtinuit: ex clamat se vidisse salutẽ oĩm populorũ: adeo ei infan tis ineffabile iubar illustrauit eũ: vt ꝓcessu tẽporis sequtura mox sibi fuerẽt nota. THEO. Signanter aũt dicit: Añ faciẽ: vt.s.oĩbus eiꝰ incarnatio appare ret hoc autem salutare dicit eẽ gentiũ lumẽ: ⁊ glo riã israel. vñ sequiꝛ: Lumẽ ad reuelationẽ gẽtiuꝫ.

ATHANA. Gẽtes eni añ christi aduentum ĩ vlti mis tenebris erãt cõstitute: cognitiõe diuiã ꝓuate.

CIRYL. Sed christꝰ adueniẽs factꝰ ẽ lux tenebro sis ⁊ erraticis: quos diabolica manꝰ pressit. Uoca ti sũt autẽ a deo patre ad notitiaꝫ filij: q̃ ẽ lux vera.

ATHANA. Israel aũt lꝫ tenuiter lege illumina baꝛ: ⁊ idõ nõ dicit ꝙ lumẽ illis ꝓtulerit: sed subdit: Et gloriã plebis tue israel. Memorãs antiquam hi storiã: ꝙ sicut olim moyses dñm alloquẽdo glorio sam retulit faciẽ: sic ⁊ ipi diuinã hũanitatis lucẽ ꝑ tingẽtes: vetꝰ abijciẽtes velamẽ: ĩ eandẽ imaginem trãsformarenꝛ de gloria ĩ gloriã. CIRYL. Nã ⁊ si quidã eorũ ĩobediẽtes fuerũt: tñ reliquie salue facte sũt: ⁊ ꝑ christũ ꝑuenerũt ad gloriã. Harũ ꝑmitie fue re diui apostoli: quorũ fulgores vniuersũ orbẽ illu minãt. fuit etiã christꝰ singulariter israel gloria: q̃a sm carnẽ ex eis ꝓcessit: q̃uis cũctis vt deꝰ ꝑesset ꝑ secula bñdictꝰ. GRE. nisenꝰ: Et idõ signãter dixit: Plebis tue: q: nõ ab eis tñ ẽ adoratꝰ: ſꝫ insup ex eis ẽ sm carnẽ natꝰ. BEDA: Et bñ reuelatio gẽtium israelis glorie ꝑferꝛ: q: cũ plenitudo gentiũ introie rit: tũc omnis israel saluus erit.

¶ Et erãt pr̃ eiꝰ ⁊ mr̃ eiꝰ mirantes sup̄ his q̃ dicebanꝛ de illo. Et bñdi xit illis symeon: ⁊ dixit ad mariam matrẽ eiꝰ. Ecce positꝰ ẽ hic ĩ ruinaꝫ ⁊ ĩ resurrectionẽ multorꝫ ĩ isrl': ⁊ in signũ cui cõtradiceꝛ. Et tuã ipsius aĩaꝫ ꝑtrãsibit gladiꝰ: ut reuelentur ex multis cordibꝰ cogitatiões.

¶ GRECVS: Trãscẽdentiũ rerũ noticia. quotiens ĩ memoriã venerit: totiẽs renouat ĩ mẽte miraculũ vñ dr̃: Et erãt pater eiꝰ ⁊ mater mirãtes sup̄ hiſ que dicebanꝛ de illo. ORI. Tã ab angelo q̃ a multi tudie celestis exercitꝰ: necnõ ⁊ a pastoribꝰ ⁊ ipo sy meone. BEDA: Patrẽ saluatoris appellat: nõ ꝙ vere pr̃ fuerit ei: sed quo ad famã marie cõseruãdaꝫ pr̃ sit ab oĩbus estiatus. AVG. Quãuis ⁊ eo mõ pr̃ illiꝰ valeat dici quo ⁊ vir marie recte ĩtelligiꝛ si ne cõmixtiõe carnis: ipa copulatiõe cõiugij multo videlꝫ cõiunctiꝰ q̃si eẽt aliũde adoptatꝰ. neq̧ enim ꝓpterea nõ erat appellãdꝰ ioseph pr̃ christi: q: non eũ cõcũbendo genuerat: q̃nquidẽ pr̃ eẽt: ⁊ ei quẽ ñ ex sua cõiuge ꝓcreatũ aliunde adoptasset. ORI. Qui aũt altiꝰ aliq̃d inq̃rit: põt dicere q̃n generatio nis ordo a dauid vsq̧ ad ioseph deduciꝛ: ne videre tur frustra ioseph nomiari: q: pr̃ nõ fuerat saluato ris: vt generatiõis ordo haberet locũ: pr̃ dñi appel latus ẽ. GRE. Laudibꝰ aũt diuinis exhibitis: ver tit se symeon ad bñdictionẽ adducẽtiũ puerũ. vnde sequiꝛ: Et bñdixit illis symeon. Bñdictiõe igiꝛ vtrũ q̧ donat: occultorũ vero ꝑsagia dirigit tñ ad ma trẽ: q̃tenus ꝑ cõmunẽ bñdictionẽ nõ puteꝛ ioseph si militudie patris: ꝑ ea võ q̃ dicit mr̃i seorsũ a ioseph: verã eã ꝑdicit genitricẽ. vñ sequiꝛ: Et di. ad ma. ma trẽ eiꝰ: ecce posi. ẽ hic ĩ rui. ⁊ resurrec. mul. ĩ israel.

AMB. Uide vberẽ ĩ oẽs grãm dñi ĩ generatiõe dif fusam: ⁊ ꝓphetiã ĩcredulis negatã eẽ: nõ iniustis. Ecce ⁊ symeon ꝓphetizat ĩ ruinã ⁊ resurrectioneꝫ multorũ venisse christũ iesum. ORI. Qui simplici ter exponit: põt dicere ĩ ruinã eũ venisse ĩfideliũ: ⁊ ĩ resurrectionẽ credẽtiũ. CHRY. Sicut eni lux ⁊ si oculos debiles turbet lux ẽ: hꝫ mõ saluator perseue rat: ⁊ si corruãt plurimi: neq̧ eni ẽ eiꝰ officiũ destru ctio: sed eorũ vesanie. quãobrẽ nõ solũ ex salute bo norũ: sed etiã ex malorꝫ dissipatiõe v̄tus eius ondiꝛ: nã sol quoniã multũ radiat: ꝓpterea visus debiles ꝑcipue ꝑturbat. GRE.nisenꝰ: Attẽde aũt distincti onis exquisitã prolationẽ: preparatio q̧ppe salutis di citur corã oĩ populo: sed casus ⁊ subleuatio pluriũ. Diuinũ eni propositũ ẽ salus ⁊ nõ deificatio singu lorũ: casus aũt ⁊ subleuatio cõsistit in pluriũ inten tione credẽtiũ ⁊ nõ credentiũ. Quod aũt iacẽtes ⁊ ĩcreduli subleuẽtur: nõ ẽ absurdũ. ORI. Qui aũt curiosus ĩterpres ẽ: dicit nequaq̃ eũ cadere q̃ ante nõ steterit. Da mihi igiꝛ qui fuerit ille q̃ stetit: in cꝰ ruinã saluator aduenerit. GRE. Sed ꝑ hoc desi gnat ruinã ad ĩfima: q̃si nõ puniẽdꝰ equaliter añ ĩcarnatiõis mysteriũ ⁊ post datã dispẽsationẽ ⁊ ꝑ dicationẽ. Et maxime hi sunt ex israel. quos neces

se erat et pristinis bonis carere et penas luere grauiores q̃ oẽs alie gẽtes.eo q̄ diuidũ ꝓphetarũ in eis et adoratũ et ex eis productũ minime susceperũt. Jcirco specialiter eis minat̄ ruinã:nõ solũ a spiritali salute:sed etiã ꝓpter destructionẽ vrbis et habitãtiũ ciuitatẽ. Resurrectio vero ꝓmittit̄ credẽtibus: partim quidẽ velut sub lege iacẽtibus et ab eius seruitute subleuãdis:partim vero velut cõsepultis cũ christo et ei cõsurgẽtibus. His aũt verbis itellige p concordiã itellectũ:ad dicta ꝓphetica vnũ et eũdẽ deũ et legislatorẽ:et in ꝓphetis in nouo testamẽto locutum esse. lapidẽ nãq̧ ruine et petrã scãdali futurũ: ne cõfundantur credẽtes in eũ sermo propheticus declarauit. ORI. Est autẽ et altius quid intelligẽdum aduersus eos qui cõtra conditorẽ latrãt dicẽtes: Ecce deus legis et prophetarũ: videte qualis sit: ego inquit occidam: et ego viuificabo. Si propterea cruẽtus ẽ iudex et crudelis cõditor manifestissimũ est et iesum esse illius filiũ.eadẽ siquidẽ de eo h̄ scripta sunt:q̄ veniat in ruinã et resurrectionẽ multorum. AMB. Ut.s. iustorũ iniquorũq̧ merita discernet: et pro nostrorũ qualitate factorũ iudex verus et iustus aut supplicia decernat: aut premia.
ORI. Uidendũ est aũt ne forte saluator nõ aliis atq̧ aliis in ruinã venerit et in resurrectionẽ: quia.n. peccato stabã:primo mihi vtilitas fuit vt caderem: et peccato morerer. Deniq̧ et sancti prophete quando angustius aliquid contẽplabant̄ cadebãt in faciem suã:vt peccata per ruinã plenius purgarent̄. hocipsum et saluator tibi primũ concedit. peccator eras:cadat in te peccator:vt possis dehinc resurgere et dicere: Si commortui sumus: et conuiuem⁹.
EUSE. Quod spectāda forēt. que pertinebant ad templi structurā māifestāt hystorie: ⁊ huc usq̧ quedā cōseruant̄ reliquie: q̄bus p̄cipiunt̄ que dudum erant fabricarū vestigia. Sed dn̄s mirantibus tēpli fabricas: p̄mulgauit q̄ in eo lapis sup lapidē n̄ maneret. Dicit̄. n. Et quibusdā dicētibus de tēplo q̄ lapidibus bonis ⁊ donis exornatū esset dixit: Hec q̄ videtis veniēt dies: in q̄bus nō relinquet̄ lapis sup lapidē q̄ nō destruat̄. Decebat eni locuꝫ illū p̄pter cultorū audaciā oimodā desolationem pati. BEDA: Diuina etiā dispēsatio p̄curauit vt ciuitas ipa ⁊ templū subuerteret̄: ne quis forte adhuc paruulus i fide vidēs illa cōstare: dū sacrificiorū ritū attonit⁹ stuperet: raperet̄ ituitu. AMB. Uerū igit̄ dictū ē de tēplo manufacto q̄ eēt subuertendū. Nihil eni est manufactū: qđ nō aut vetustas cōficiat: aut vis subruat: aut ignis exurat. Tñ ē ⁊ aliud templū. s. synagoga: cui⁹ structura vet⁹: ecclesia surgēte dissoluit̄. Est etiā templū i vnoquoq̧ qđ deficiēte fide labitur: ⁊ maxie siq̄s falso christi nomie obtēdat: quo interiorē expugnet affectū. CIRYL. Nequaq̄ꝫ autem discipuli aduerterāt vim dictorꝫ: sed arbitrabātur de cōsumatōe seculi dictū eē. Et iō querebāt q̄ tēpore deberēt accidere. vñ sequit̄: Interrogauerūt aūt illū dicētes: Preceptor: qñ hec erūt ⁊ qđ signuꝫ cū fieri icipiēt. AMB. Matthe⁹ tertiā iterrogationē addidit: vt ⁊ templi tēpora destruēdi: ⁊ signum aduentus ⁊ consummatio seculi a discipulis quereretur. Interrogatus autem dominus quando tēpli futura esset destructio: ⁊ qđ signū esset ei⁹ aduētus: de signis docet: de tēpore n̄ curat iūnādū. Sequit̄. n. Qui dixit videte ne seducamini. ATHA. Cū. n. sint nobis a deo charismata ⁊ dogmata q̄ sūt

ſup hoiem tradita.ſ.celeſtis cõuerſatõis forma: vir
tus cõtra demones:⁊ adoptio ⁊ noticia pris ⁊ vbi:
⁊ ſpũſſancti donũ. Aduerſariꝰ nr̃ diabolꝰ circuit:q̄
rẽs nobis ſurripe inſita ſemina verbi. Dñs aũt tã
ſua ꝓcioſa dona in nobis ſua documẽta cõcludẽs
monet:ne ſeducamur. Magnũ aũt quoddã donuꝫ
tribuit nobis dei verbũ:vt nõ ſoluꝫ ex apparẽtibus
non decipiamur:ſed etiã ſiqua latẽtia ſint dijudice
mus per ſpiritꝰ grãm. Cum enim ſit odioſus diabo
lus inuẽtor malicie: hoc quod ipſe eſt occultat:no
men vero cũctis cupitũ ſimulat callide:puta ſiquis
ſubijcere ſibi volens filios alienos:parẽtibꝰ abſenti
bus fingat eorũ vultus:⁊ filios deſiderãtes ſeducat
Ergo in vnaquaqꝫ hereſum diabolꝰ figuratus dicit
Ego ſum chriſtus:⁊ apud me veritas eſt.vnde ſeq̄:
Multi eniꝫ veniẽt in nomie meo dicẽtes:quia ego
ſum:⁊ tempus appropiquabit. CIRYL. Ante ſuũ
enim deſcẽſum de celo ꝓueniẽt aliqui:quibꝰ acquie
ſcere nõ oportꝫ.voluit enim vnigenitũ verbũ dei cũ
venit vt mũdum ſaluaret latere:vt crucẽ ſuſtinerꝫ ꝓ
nobis. Sed ſecũdus eius aduẽtus non erit clãculo
vt ante:ſed terribilis ⁊ manifeſtus. deſcẽdet eniꝫ in
gloria dei patris miniſtrãtibꝰ angelis vt mũdum in
iuſticia iudicet.vnde cõcludit: Nolite ergo ire poſt
illos. TYTVS: Uel forſitan nõ dicit pſeudo chri
ſtos ante cõſummatiõem veniẽtes:ſed eos qui fue
re tempe apoſtolorũ. BED. Multi enim imminẽ
te hieroſolymorũ excidio ꝓncipes extitere:qui ſe di
cẽnt eſſe chriſtos : tẽpuſqꝫ libertatis appropiquare.
Multi etiã in eccleſia hereſiarche diem dñi inſtare
predicarũt:quos apoſtolꝰ ad theſſa.damnat. Mul
ti etiã in nomie chriſti venẽ antichriſti: quorũ p̄mꝰ
eſt ſimõ magus:cui dicebat : Hic eſt virtus dei que
vocatur magna.

**¶ Cum autẽ audieritis ꝓlia ⁊ ſedi
tiones : nolite terreri. Oportet pri
mum hec fieri:ſed nondũ ſtati finis
Tunc dicebat illis:Surget gens cõ
tra gentẽ:⁊ regnũ aduerſus regnuꝫ
⁊ terre motus magni erũt per loca
⁊ peſtilentie ⁊ fames terroreſqꝫ de
celo:⁊ ſigna magna erunt.**

GRE. in home. Perituri mũdi precurrẽtia mala
denũciat dominus:vt eo minꝰ perturbẽt venientia:
quo fuerint preſcita. Minus enim iacula feriunt:q̄
preuident.vnde dicit : Cum autẽ audietis prelia et
ſeditõnes:nolite terreri. Bella ad hoſtes pertinent
ſeditõnes ad ciues. Ut ergo nos indicet exterꝰ inte
riuſqꝫ turbari: aliud nos fateꝛ ab hoſtibus: aliud a
fratribꝰ perpeti. AMBRO. Uerborũ autem cele
ſtium nulli magꝭ q̄ꝫ nos teſtes ſumus:quos mundi
finis inuenit:quãta prelia: ⁊ quas opiniones acce
pimus preliorũ. GRE. in home. Sed his malis ꝓ
uenientibꝰ quia nõ ſtatim finis ſequaꝛ adiungitur:
Oportet hec primũ fieri. Ultima enĩ tribulatio mul
tis tribulatõibꝰ ꝓueniꝛ : quia multa debẽt mala pre
currere:vt malum valeãt ſine fine nũciare.vnde ſeq̄
tur: Tũc dicebat illis: Surget gens contra gentẽ:⁊
regnũ aduerſus regnũ. Quia neceſſe eſt vt alia ex ce
lo:alia ex terra:alia ab elemẽtis:alia ab hominibus
patiamur: h ergo ſignaꝛ perturbatio hominũ. Seq̄
tur: Et terremotꝰ magni erũt ꝑ loca. Ecce reſpectus
ire deſuꝑ. CHRY. Terre motꝰ enĩ qñqꝫ ire ſignũ ẽ
nã ⁊ quando crucifixꝰ eſt dñs:mota eſt terra. Qñqꝫ
võ ꝓuiſiõis indiciũ:ſicut orãtibꝰ apoſtolis cõmotꝰ ẽ
locꝰ in quo erãt cõgregati. Sequiꝛ: Et peſtilentie.
GRE. in home. Ecce iequalitas corpoꝝ. Et fames
ecce ſterilitas terre. Terroreſqꝫ de celo:⁊ ſigna ma
gna erunt. ecce ineq̄litas aeris:qđ ad eas tempeſta
tes referendũ eſt que nequaq̄ꝫ ordinẽ tꝑuꝫ ſeruãt: q̄
.n.ordinate veniũt ſignũ nõ ſunt. Omnia enim que
ad vſum vite accepimꝰ:ad vſum cõuertimꝰ cɫpe. Sꝫ
cũcta que ad vſum prauitatis inflexi mus:ad vſũ no
bis vertunꝛ vltõnis. AMBRO. Occaſuꝫ ergo ſe
culi precedũt quedã egrotudines mũdi.ſ.fames:pe
ſtilẽtia:⁊ ꝑſecutio. THEO. Quidã autẽ hec nõ ſo
lum in cõſummatõne futura:ſed ⁊ tempe captõnis
hieruſalẽ fuiſſe impleta voluerũt. Auctore naqꝫ pa
cis ꝑempto: merito in eis ſeditões ⁊ bella locuꝫ ha
buerũt. Ex bellis autẽ peſtis ⁊ fames cõſequiꝛ : hec
quidẽ aere cadaueribꝰ infecto: illa incultis manẽti
bus agris. Sed ⁊ ioſephꝰ intolerabiles erũnas eueiſ
ſe recitat ꝓpter famem: ⁊ tempore claudij ceſaris fa
mes inualuit:vt in actibꝰ legitur: ⁊ plurima terribi
lia ɔtigerũt captõem hieruſalẽ indicãtia:vt ioſephꝰ
narrat. CHRY. Dicit aũt ꝙ non ſtatim finis ciui
tatis eueniet:vt.ſ.hieroſolyma capiaꝛ: ſed poſt ꝓlia
multa. BED. Admoneꝛ etiã apoſtoli ne terreãꝛ
his precurrentibꝰ: ne hieroſolymã iudeãqꝫ deſerãt
Poteſt aũt regnũ cõtra regnũ:⁊ peſtilẽtia eoꝝ quo
rũ ſermo ſerpit vt cancer: ⁊ fames audiendi vbi dei:
⁊ cõmotio vniuerſe terre:⁊ a vera fide ſeꝑatio etiaꝫ
in hereticis intelligi:q̄ cõtra ſe inuicẽ dimicãtes:ec
cleſie victoriã faciũt. AMB. Sũt aũt ⁊ alia bella
q̄ vir ſuſtinet chriſtianꝰ: diuerſaꝝ quoqꝫ ꝓlia cupidi
tatũ ſtudiorũqꝫ cõflictꝰ. Multo etiã grauiores ſũt
domeſtici hoſtes q̄ꝫ extranei.

**¶ Sed ante hec omnia inijciẽt uob
manus ſuas:⁊ perſequẽtur:traden
tes in ſynagogaſ ⁊ cuſtodias: trahẽ
tes ad reges ⁊ preſideſ ꝓpter nomẽ
meum. Continget autẽ uobis in te
ſtimoniũ. Ponite ergo in cordibus
ueſtris nõ p̄meditari queadmoduꝫ
reſpõdeatis. Ego eni dabo uob os
⁊ ſapientiã: cui nõ poterũt reſiſtere
⁊ cõtradicere omnes aduerſarij uri
Trademini aũt a parẽtibꝰ ⁊ fratribꝰ
⁊ cognatis ⁊ amiciſ:⁊ morte afficiẽt
ex uobis. Et eritis odio oibꝰ hoibꝰ
ꝓpter nomẽ meũ. Et capillꝰ de capi
te ueſtro non peribit. In patientia
ueſtra poſſidebitiſ animas ueſtras.**

GREGO in home. Quia cuncta que predicta sunt nō de iniusticia ferient̄ sunt: sȝ de merito mūdi patiētis: facta prauorū hominū prenūciant̄ cum dicit̄: Sed ante hec omnia inicient vobis man⁹ suas: ⁊ persequētur: tradētes in synagogas ⁊ custodias: trahētes ad reges ⁊ presides, ꝓpter nomē meū. Ac si dicat: Prius corda hominū post elemēta turbabūtur: vt cum rerū ordo confundit̄: ex qua tribulatione veniat demonstret̄. Nam quāuis finis mūdi ex ipso suo ordine pendeat: puersiores tamē quosqȝ inueniēs: quia digne ruinis illorū opprimātur innotescit. CIRYL. Uel hoc dicit: Quia priusqȝ a romanis hierusalē caperet̄: passi persecutōes a iudeis discipuli incarcerati sunt: ⁊ presentati ꝓncipibus. Missus est paulus romā ad cesarē: astititqȝ festo ⁊ agrippe. Sequit̄: Contiget autē vobis in testimonium. GRECUS: In martyriū. i. in martyrij gloriam. GREGO. in homel. Uel in testimonū videlȝ eorū quia vos persequēdo mortes inferūt: aut viuēdo non imitātur: vt inde puersi sine excusatiōe pereāt. vnde electi exemplū capiūt vt viuant: sed auditis tot terrorib⁹ turbari pōterant auditorū corda. vnde ad eorū consolatōem subdit: Ponite ergo in cordib⁹ vestris nō premeditari queādmodū respondeatis. THEO. Quia. n. idiote erant ⁊ imperiti hiis domin⁹ dicit: ne cōturbarent̄ redditurī sapientibus ratiōem. ⁊ causam subdit: Ego enī dabo vobis os ⁊ sapientiā: cui nō poterūt resistere ⁊ cōtradicere omnes aduersarij vestri. q. d. Statim a me sortiemini facundiā ⁊ sapientiā: vt nec omnes aduersarij vestri si in vnū conueniāt resistere valeāt vobis: nec in sapientia. i. vita theorematū: nec in eloquentia ⁊ sermonis lepore. Sepe enim multi sapientiā quidem habent in mēte: sed cum sint prouocabiles ad turbatiōem totum confundūt: cum tempus fuerit proponēdi. nō autē tales fuerūt apostoli: sȝ vtrīqȝ gratiosi fuerūt. GREGO. Ac si domin⁹ suis dicat Nolite terreri. vos ad certamē accedetis: ego prelior. vos verba editis: sed ego sū qui loquor. AMB. Alibi autē christ⁹ in discipulis: alibi pater: alibi spiritus loquit̄ patris. nō discordāt ista: sed congruunt. quod vnus loquit̄ tres loquūtur: quia vox est vna trinitatis. THEO. His autē dictis: ⁊ ꝓpulso iperitie timore: subdit ⁊ aliud quiddaȝ necessariū: quod eorū animos poterat cōmouere: ne subito irruens eos turbaret. Sequit̄ enim: Trademini autē a parētib⁹ ⁊ fratrib⁹ ⁊ cognatis: ⁊ morte afficiēt ex vobis.

GREGO. in home. Plus in nobis ea tormenta seuiūt: que ab illis patimur: de quorū mentib⁹ presumebamus: quia cum damna corporis mala nos cruciant amisse charitatis. GRE. nisenus: Consideremus autē statū qui tunc tēporis erat omnib⁹ suspectis: ad inuicē diuidebant̄ cognatōnes inimicem disgregate per cultus: ⁊ fili⁹ gētilis ꝓditor fiebat parentū fideliū: ⁊ in filiū qui crediderat: pater infidelitate obstinat⁹ accusator fiebat. Omnis etas erat exposita ꝑsequētib⁹ fidē: nec mulieribus succurrebat naturalis sex⁹ fragilitas. THEO. His aūt dictis ⁊ de odio subiūgit quod ab omnib⁹ patiētur. Sequit̄ enī: Et eritis odio oībus ꝓpter nomē meū. GRE. in home. Sed quia dura sunt: que ꝑdicūtur de afflictōe mortis, ꝓtin⁹ cōsolatio subdit̄ de gaudio resurrectōis cum dicit̄: Et capillus de capite vestro nō peribit. q. d. martyribus suis: Cur timetis ne pereat quod incisum dolet: quādo ⁊ illud in vobis perire nō pōt: quod incisum nō dolet. BEDA: Uel alit̄ Capill⁹ de capite discipulorū dnī nō ꝑibit: quia nō solū fortia facta vel dicta sanctorū: sed ⁊ tenuissima cogitatio digna mercede donabit̄. GRE. v. mo. Qui aūt patiētiā in aduersis tenet: inde cōtra aduersa omīa fortis efficit̄. vnde sibi ⁊ seipm vincēdo dominat̄. vñ sequit̄: In patiē. ve. possi. ani. vrās. Quid . n. est aīas possidere: nisi ꝑfecte in oīb⁹ viuē: cūctisqȝ mētis motib⁹ quasi ex arce virtutis dñari. GRE. in home. Per patiētiā igit̄ aīas nrās possidem⁹: qa dū nobismetipis dñari dicim⁹: hocipm incipimus possidere qd sum⁹. Iccirco aūt possessio aīe in vtute patiētie ponit̄: qr radix oīm custosqȝ vtutū patiētia est. Patiētia vō est aliena mala eq̄nimit̄ ꝑpeti: ꝯ eū quoqȝ q̄ mala irrogat nullo dolore morderi.

Cū autē uideritis circūdari ab exercitu hierusalē: tūc scitote quia appropiquauit desolatio eius. Tūc qui in iudea sunt fugiāt ad montes ⁊ qui in medio eius discedāt: ⁊ qui in regionib⁹ non intrēt in eam: quia dies ultionis hi sunt: ut implcātur omnia que scripta sunt. Ue autem pregnātibus ⁊ nutrientibus in illis diebus. Erit enim pressura magna super terrā: et ira populo huic. Et cadēt in ore gladij: ⁊ captiui ducent̄ in oēs gētes. Et hierusalē calcabit̄ a gētib⁹ donec impleant̄ tpa nationū.

BEDA: Hacten⁹ ea que per. xl. annos: necdū fine adueniēte futura erāt dicta sunt: hinc ipse finis desolatōnis: que a romano exercitu facta est domini verbis exponit̄ cū dicit̄: Cū aūt videritis circūdari ab exercitu hierusalē: tc̄ scitote: qr appropinquit desolatio ei⁹. EVSE. Desolatōem hierusalē vocat nō ampli⁹ eā a suis nec s̄m ritū legalē cōstitui: ita ꝙ null⁹ expectet post futurā obsidionē aliam innouatōem fieri: sicut accidit tpe regis ꝑsarū: ⁊ illustris antiochi: ⁊ iterū tpe pōpeii. AVG. ad hesitiū: Hec aūt dnī verba ideo lucas hoc loco cōmemorauit: vt ostēdat tūc factā fuisse abominatōem desolatōis que a daniele ꝑdicta est: de qua matthe⁹ ⁊ marcus locuti sunt quādo expugnata ē hierusalē. AMB. Iudei enim putauerūt abominatōem desolatōnis tunc factā eo ꝙ caput porci in templo iecerūt: illudentes romani iudaice ritum obseruātie. EVSE. Domin⁹ aūt futurā in ciuitate ꝓuidēs famē: monebat discipulos ne in futura obsidione in ciuitatem cōfugerēt: tanqȝ ad locū tutū: ⁊ a deo ꝓtectū: sȝ magis inde discederēt: ⁊ ad mōtes cōfugerēt. vñ seqt̄: Tunc qui in iudea sunt: fugiant in mōtes. BED. Ecclesiastica narrat historia: cūctos q̄ in iudea erāt xp̄ianos imminēte hierosolymorū excidio ꝯmōitos a

domino loco discessisse: ⁊ trās iordanē habitasse in ciuitate quadā pella nomīe: donec desolatio iudee compleret. AVGV. ad hesitiū: Pro hoc aūt matthe⁹ ⁊ marc⁹ dixerūt: Et qui supra tectū est: nō descēdat in domum. addidit aūt: Nec introeat: vt tollat aliquid de domo. Pro quo lucas subdit: Et qui in medio ei⁹ sunt discedāt. BEDA: Sed quomodo ab exercitu ciuitate iam circūdata qui in medio ei⁹ sunt discedēt: nisi forte quod p̄misit tūc: nō ad ip̄m tp̄s obsidiōis referat: sed ad p̄rimū ante obsidiōem tēpus: cū se p̄mū miles roman⁹ per galilee vł samarie fines cepit diffundere. AVG. ad hesitiū: Pro eo aūt q̄ matthe⁹ ⁊ marc⁹ posuerūt: Et qui in agro erit: nō reuertat retro tollere vestimētū suū. aptius iste subdit: Et qui in regionib⁹ nō intrēt in eā: q̄a dies vltōis hi sunt: vt impleant omia que scripta sunt BED. Dies aūt vltōis hi sunt: dies videlʒ dominici sanguinis vltōem petētes. AVG. ad hesitiū: Deinde similiter lucas p̄sequit sicut ⁊ alij duo: Ve aūt p̄gnantib⁹ ⁊ nutrientib⁹ in illis dieb⁹. Et sic ergo lucas patefacit quod poterat esse incertū. s. id qd̄ dēm est de abominatōe desolatōis: nō ad seculi finē: sed ad expugnatōem hierusalē p̄tinere. BED. Dicit ḡ Ve p̄gnātibus. p̄nte captiuitate: Et nutrientib⁹ siue mammātib⁹: vt quidā interp̄tant: quarū vel vteri: vel man⁹ filiorū sarcina p̄grauate: fuge necessitatem nō minimū impediūt. THEO. Quidā vero dicūt dn̄m p hoc significare filiorū esum: quē ⁊ iosephus narrat. CHRY. Deinde p̄dictor̄ assignat causam dicēs: Erit enim p̄ssura magna sup terrā: ⁊ ira pp̄lo huic. Talia. n. mala eos occupauerūt: vt nulla deinceps erūna possit eor̄ calamitatib⁹ edequari: vt ioseph⁹ narrauit. EVSE. Qualr̄. s. aduenietib⁹ romāis ⁊ vrbē capientib⁹: multe caterue iudaici populi in ore gladij periere. vnde sequit: Et cadēt ī ore gladij. Sed ⁊ plures necati sunt fame. Hec vēo accidebāt p̄mo quidē sub tyto ⁊ vespasiano: post hos aūt tp̄e hadriani p̄ncipis romāor̄: quādo natale solū iudeis inaccessibile est factū. vnde sequit: Et captiui ducētur in oēs gentes. Totū. n. orbē iudei repleuerunt: ⁊ vsq̄ ad fines terre p̄uenerūt. ⁊ cū eor̄ terra ab alienigenis inhabitet: solis ip̄is est inaccessibilis facta. vnde sequit: Et hierusalē calcabit a gētib⁹: donec impleāt tp̄a nationū. BED. Que. s. ap̄ls cōmemorat dicēs: Cecitas ex p̄te facta est in isrł: ⁊ sic oīs isrł saluus fiet. Qui cū p̄missa salute fuerit potit⁹ ad patriū solū reditur⁹ non tenere sperat. AMB. Mystice aūt abominatio desolatiōis aduēt⁹ antichristi ē: eo q̄ sacrilegiis infastis mētiū interiora cōtaminet: sedens iuxta historiā in tēplo: vt sibi vendicet diuine soliū potestatis. Iuxta interp̄tatōem aūt spiritualē pulchre inducit: eo q̄ in effectib⁹ singulor̄ vestigiū p̄fidie sue cōfirmare desideret: ⁊ scp̄turis disputans se esse christū: tūc appropinq̄bit desolatio: qm̄ a vera religiōe plerīq̄ lapsi desistēt: tūc erit dn̄i dies qm̄ sicut p̄m⁹ aduēt⁹ dn̄i fuit p̄pter redimēda peccata: ita ⁊ secūd⁹ erit p̄pter rep̄mēda delicta: ne plures perfidie errore labāt. Est ⁊ ali⁹ antichrist⁹. i. diabol⁹: qui hierusalē. i. aiam pacificā obsidere nitat sue legis exercitu. Ergo quādo in medio tēpli est diabol⁹: desolatio abominatiōis est. Cum aūt vnicuiq̄ laborāti christi p̄ntia sp̄ualis illuxerit: tollit inqu⁹ ex medio ⁊ incipit regnare iusticia. Est etiā tertius antichristus vt arrius ⁊ sabelli⁹: ⁊ oēs qui nos praua intentione seducūt. He aūt sunt p̄gnātes quib⁹ ve dicit: que ad ruinā sue carnis extendūt: ⁊ quib⁹ intimorū gressus pigrescat animor̄ ⁊ effete virtutū: fetēq̄ vitiorū. Sed nec ille p̄gnantes cōdēnatōnis exortes sunt: que in bonor̄ actuū molimine cōstitute: necdum aliquos suscepti op̄is dedere p̄cessus. Sūt que dei timore cōcipiūt: sed nō oēs pariūt. sunt. n. q̄ abortiuū excludūt verbū anteq̄ pariāt. sunt etiā que ī vtero christū habeāt: sed nondū formauerūt. ergo q̄ parit iusticiā: christū parit. Nos etiā puulos nr̄os ablactare p̄perem⁹: ne nos quasi imp̄fector̄ parentes: aut iudicij dies aut mortis inueniat. Qd̄ ita fit: si oīa dicta iusticie in corde custodias: nec senectutis temp⁹ expectes: sed in p̄ma etate sapiētia sine corruptela corp̄is tui cito cōcipias: cito nutrias. In fine aūt iudea omnis a natōib⁹ credituris subiicietur in ore gladij spiritalis qui est s̄mo bis acutus.

¶ **Et erūt signa in sole ⁊ luna ⁊ stellis: ⁊ in terris pressura gentiū p̄ confusione sonitus maris ⁊ fluctuum: arescentib⁹ hominibus p̄e timore ⁊ expectatione que superuenient uniuerso orbi. Nam uirtutes celorū mouebunt. Et tunc uidebunt filiū hominis uenientē in nube cū potestate magna ⁊ maiestate.**

¶ BED. Quid impletis nationū tp̄ib⁹ sequat ex ordine manifestat dicens: Erūt signa in sole ⁊ luna ⁊ stellis. AMB. Que quidē signa s̄m mattheū euidenti⁹ exp̄mūt: tūc inq̄t sol obscurabit: ⁊ luna non dabit lumē suū: ⁊ stelle cadēt de celo. EVSE. Tūc. n. cū vite corruptibilis cōsūmatio aget: ⁊ s̄m ap̄lm sp̄ēs h⁹ mūdi trāsibit: ⁊ nouū succedʒ sc̄lm: in q⁹ vice sensibiliū lūinariū ip̄e christ⁹ fulgebit. q. iubar ⁊ rex noui sc̄li: cui⁹ erit tāta numīs vt⁹ ⁊ glīa: vt sol q̄ nūc radiat atq̄ lūa ⁊ cetera sidera: aduētu maioris luīs occultet. CHRY. Sic. n. in h⁹ seculo lūa ⁊ sidera mox obfuscāt orto sole: sic in gloriosa christi appitione sol obtenebrascet: ⁊ lūa nō dabit p̄priū iubar: ⁊ stelle cadēt de celo: p̄ore spoliate amictu: vt potior̄ lucis amictu potiāt. EVSE. Que aūt eueniēt orbi p⁹ lūiariū obtenebratōem ex q̄b⁹ fiet angustia gētiū ꝯn̄ter exp̄mit dicēs: Et ī ter. p̄s. gē. p̄ ꝯfu. so. ma. ⁊ fluctuū. Ubi videt docē p̄ncipiū trāsmutatōis vniuersi futurū: ex defectu substātie hūide. Hac. n. p̄ma deuorata ł ꝯgelata: vt nō ampli⁹ audiat sonit⁹ maris nec ꝯtigāt arenam fluct⁹ ei⁹ causa exuberātis siccitatis cetē mūdi p̄tes nō ampli⁹ obtinētes vaporē solitū emissū ex substātia hūida trāmutatiōem patient. ⁊ sic cū appitio saluatoris cōfutare debeat repugnātia deo p̄digia: exordiū sumēt furoris p̄emia ex siccitatib⁹: vt nec tēpestas nec fremit⁹ maris vlteri⁹ audiatur. Quo facto subseq̄nt angustia sup̄stitū hoīm. vn̄ seq̄t: Arescētib⁹. i. tabescētib⁹ hoīb⁹ p̄ ti. ⁊ expe. que sup. vni. orbi. Que aūt tūc ingruūt mūdo: ꝯn̄ter oñdit subdens: Nam virtutes celorum mouebuntur.

THEO. Cum alterabit superior orbis: ⁊ elemēta inferiora merito patient iacturā. vnde sequit: Et in terris pssura gentiū pre cōfusiōe sonitꝰ maris ⁊ fluctuum. q. d. Mare terribiliter fremet: ⁊ littus maris agitabitur tempestate: ita vt sit populo terre pssura .i. cōmunis miseria: vt tabescāt timore ⁊ expectatione malorū irruentiū mūdo. vnde sequit: Arescētibꝰ hominibꝰ pre timore ⁊ expectatiōe que superuenient vniuerso orbi AVG. ad hesitiū: Sed dices: Cōpiteri vos pena vestra cōpellit adesse iam finem: dū implet quod prenunciatū est. Nullā enim patriā: nullum locū nostris tempibus nō affligi aut tribulari certū est. Sꝫ si ista mala que nunc patit genꝰ humanum certa sunt indicia iam dominū esse venturū: quid est quod dicit apostolꝰ: Cum dixerint: pax et securitas. Videamꝰ ergo ne forte meliꝰ intelligat nō eo modo impleri que predicta sunt his verbis: sed tūc potiꝰ esse ventura quādo sic erit tribulatio vniuerso orbi: vt ad ecclesiā pertineat: que vniuerso orbe tribulabit: nō ad eos qui tribulabūt eam. ipi eni sunt dicturi: Pax ⁊ securitas. Nūc aūt ista mala q tanꝗ summa extremaqꝫ credūtur vtriqꝫ regno: christi. s. ⁊ diaboli videmꝰ eē omnia. Pariter qppe his boni affligūtur ⁊ mali: interqꝫ tam mala adhuc vsqꝫquaqꝫ frequentant luxuriosa cōuiuia. Hoccine est arescere p timore: an potiꝰ inardescē p libidine?

THEO. Nō solū aūt mortales fluctuabūt cū alterabit mūdus: sed etiā angeli stupebūt in tā terribilibꝰ mutatōibꝰ vniuersi. vnde sequit: Nam virtutes celorū mouebūt. GRE. in home. Quid. n. virtutes celoꝝ: nisi angelos: dñatōes: ⁊ pncipatꝰ: ⁊ ptātes appellat? que in aduētu districti iudicis: nostris tunc oculis visibiliter apparebūt: vt districte tūc a nobis exigāt hoc quod nos modo inuisibilis conditor eqnimiter portat EVSE. Cū etiā dei filiꝰ sit vēturus in gloria: ⁊ cōfutaturꝰ elatā tyrannidē filij peccati: ministrātibꝰ angelis celi fores a seculo clause patebūt: vt spectent excelsa. CHRY. Vel virtutes celice mouebūt: ꝗuis sibi cōscie nō sint. vidētes. n. infinitas multitudines cōdēnari: nō intrepide stabūt illic. BED. Et i iob dicit: Colūne celi cōtremescūt: ⁊ pauēt ad nutū eius. Quid ergo faciāt tabule quādo tremūt colūne? quid virgula deserti patit: cū cedrꝰ padisi cōcutit? EVSE. Vel virtutes celoꝝ sūt que psunt sensibilibꝰ ptibꝰ vniuersi: que quidē tunc mouebūt vt potiorē statū attingāt. Absoluent eni i seculo nouo a ministerio: quo deo fuiūt circa sensibilia corpa sm corruptōis statū. AVG. ad hesitiū Sed ne dñs ppinquāte secūdo aduēto suo: ea p magno pdixisse videat: que huic mūdo etiā ante pmuꝫ eiꝰ aduentū fieri cōsueuerāt: ⁊ rideamur ab eis qui plura in historia gētiū ⁊ maiora legerūt. Hec q dcā sunt meliꝰ in ecclesia existimo intelligi. Ecclesia. n. est sol ⁊ luna ⁊ stelle: cui dictū est: Pulchra vt lūa: electa vt sol. que tūc nō apparebit psecutoribꝰ vltra modū seuiētibꝰ. AMB. Plurimis etiā a religione deficiētibꝰ clara fides obscurabit nube pfidie: qꝛ sol celestis in fide in ea minuit vel auget: ⁊ sicut menstruis. i. mēsiū defectibꝰ luna vel terre oppositu cuꝫ fuerit ex regiōe solis vanescit: sic ⁊ sancta eccl'ia cū lumini celesti vitia carnis obsistūt: fulgorē diuini luminis de christi radiis nō pōt mutuari. nā in psecutōibus lucē diuini solis plerūqꝫ amor vite huius excludit. Cadūt etiā stelle. i. gloria micātis viri si psecutōnis acerbitas cōualescat: que oꝫ fieri donec ecclesie multitudo cumulet. sic. n. pbant boni: sic produnt infirmi. AVGV. ad hesitiū: Qd aūt dictū ē: Et in terris pssura gentiū: gētes voluit intelligi: nō que in semine abrae benedidēt: sed que ad sinistraꝫ stabūt. AMBRO. Ergo varij animorū estus ita graues erūt: vt delictoꝝ multitudine male consciis futuri iudicij metu sacri nobis res fontis arescat. Quēadmodū aūt dñi expectat aduētꝰ vt eiꝰ psētia in toto fiat vel hoīs orbe vel mūdi: que fit in singul' cū omnibꝰ affectibꝰ recepis christū: sic virtutes celorū in aduētu domini augmētū gratie cōsequent: et plenitudine diuinitatis ppius se infundēte mouebunt. Sūt etiā virtutes celoꝝ que enarrāt gl'iaꝫ dei que pleniore christi ifusiōe mouebūt vt videāt christū. AVG. ad hesitiū: Vel vtutes celoꝝ mouebūt qꝛ impijs psequentibꝰ quidā fideles fortissimi turbabūt. Sequit: Et tunc videbūt filiū hoīs. THEO. Tā fideles ꝗ infideles. Radiabit. n. ampliꝰ sole tam ipe ꝗ crux eiꝰ: vt ab oībꝰ cognoscet. AVG. Qd aūt dicit: Veniētē i nube. duobꝰ modis accipi pōt: siue in ecclesia sua tanꝗ in nube veniētē: sicut nūc venire nō cessat: sed id tūc cū ptāte magna ⁊ maiestate: qꝛ maior maiestas ⁊ ptās illiꝰ appebit sanctis qbꝰ magnā vtutē dabit ne tāta psecutiōe vincat: siue in corpe suo in quo sedet ad dextrā pris merito credēdꝰ est nō solū in eodē corpe: vey etiā i nube vēturꝰ: qm sic veniet sicut abijt: nubes aūt suscepit euꝫ ab ocul' eoꝝ. CHRY. Semp. n. deꝰ in nube appet: sm illud: Nubes ⁊ caligo in circuitu eiꝰ. vñ ⁊ filius hoīs in nubibꝰ veniet: vt deꝰ ⁊ dñs: nō latēter sed in gl'ia digna deo. Et id subdit: Cū ptāte magna ⁊ maiestate. CIRYL. Intelligēdū ē sīr magna. Primā .n. apparitiōem psecutꝰ ē cū infirmitate ⁊ hūilitate nr̄a: sed secūdā celebrabit cum ppa ptāte ⁊ magna maiestate. GRE. in ho. In ptāte. n. ⁊ maiestate visuri sunt: quē in humilitate positū audire noluerūt vt vtutē eiꝰ tāto tūc districtiꝰ sentiāt: ꝗto ceruicem cordis ad eiꝰ patiētiā nō inclinant.

His autē fieri incipientibꝰ respicite ⁊ leuate capita uestra: quoniam appropiquat redēptio uestra. Et dixit illꝭ similitudinē: Uidete ficulneā ⁊ omnes arbores: cum producūt iā ex se fructū: scitis quoniā prope est estas. ita ⁊ uos cū uideritis hec fieri scitote qꝛ ppe est regnū dei. Amē dico uob: qm̄ n̄ pteribit generatio hec donec oīa fiāt. Celuꝫ ⁊ terra transibūt: uerba autē mea non trāsiēt.

GRE. in ho. Quia pmissa ꝯ reprobos dicta sunt moꝝ ad electoꝝ ꝯsolatōem vba vtūt. Nā subdit: His aūt fieri incipiētibus: respicite ⁊ leuate capita vestra: qm̄ appro. redē. vr̄a. Ac si dicat: Cū plage mūdi crebrescunt: leuate capita: id est exhilarate corda.

quia omni finitur mūdus: cuius amici nō estis, ppe fit redēptio quam quesiistis. In scriptura enī sacra sepe caput pro mente ponitur: quia sicut capite regunē membra: ita cogitatōes mente disponūtur. Capita itaqꝫ leuare: est mentes nostras ad gaudia patrie celestis erigere. EVSE. Uel aliter: Trāsactis corporalib⁹ aderūt intelligibilia celestia. s. regnū seculi non ampli⁹ trāsiturū: ꝛ tūc dignis salubria promissa tribuenē. vnde dicitur: His autē fieri incipientib⁹ respicite ꝛ leuate capita vestra: quoniā appropinquat redēptio vestra. Acceptis enī dei pmissis que speram⁹ erigemur qui ante curui fueramus: et eleuabim⁹ capita nostra: humiliati quondā eo ꝙ redemptio nostra quā sperabam⁹ aderit: illa. s. quam tota creatura expectat. THEO. i. pfecta libertas corporis ꝛ anime. Sicut enim prim⁹ aduent⁹ domini fuit ad reformatōem animarū nostrarū, sic secūdus ad reformatōem corpum celebrabitur. EVSE. Dicit autē hec ad discipulos suos: non tāqꝫ ad eos qui durare deberēt in vita ista vsqꝫ ad terminū mūdi: sed quasi vno corpore existēte ipsis ꝛ nobis ꝛ posteris vsqꝫ ad consummatōnem mūdi credituris in christū. GREGO. in home. Qd autē calcari mūdus atqꝫ despici debeat: prouida compatōne manifestat cum subdit: Uidete ficulneā ꝛ omnes arbores: cum pducūt ex se fructū: scitis quoniā ppe est estas. ita ꝛ vos cum videritis hec fieri: scitote quoniā prope est regnū dei. q. d. Sicut ex fructu arboris vicina estas agnoscitur: ita ex ruina mūdi prope cognoscitur esse regnū dei. Et ex hoc ostenditur quia fruct⁹ mūdi ruina est. Ad hoc enim germinat: vt quecūqꝫ germine aluit: cladib⁹ cōsumat. Bene autē regnū dei estati compatur: quia tūc meroris nostri nebule trāseunt: ꝛ vite dies eterni solis claritate fulgescunt.

AMBRO. Matthe⁹ autē de sola dixit ficulnea hic de arborib⁹ omnibus. Duplicē autē habet figuram ficulnea: vel cum dura virescūt: vel cum peccata luxuriāt. Siue ergo cum fruct⁹ omnibus virescit arboribus: ꝛ ficulnea fecūda iam floret. i. cū omnis synagoga confitetur deo: confitēte etiā populo iudeorum: sperare domini debem⁹ aduentū quo tanqꝫ tēporib⁹ estiuis resurrectōnis fruct⁹ metentur. Siue cū leuem fragilēqꝫ iactantiā tanqꝫ folia synagoge hō iniquitatis induerit: cōiicere debem⁹ appropinqꝛe iudiciū: nam remunerare fidem domin⁹ ꝛ delinquendi finē afferre festinat. AVG. ad hesitiū: Cū autē dicit: Cum videritis hec fieri que intelligere poterimus nisi ea que supra memorata sunt? In his autē est quod ait: Et tūc videbūt filium hominis venientem. Proinde cum hoc visum fuerit: nō iam erit regnū dei, sed prope erit. An dicendū est non omnia que supra cōmemorata sunt esse intelligēda vbi ait Cum videritis hec fieri: sed aliqua eorū: hoc. s. excepto quod dictū est: Et tūc videbūt filiū homīs. Sed matthe⁹ aperuit nullis exceptis esse accipiendū dicens: Ita ꝛ vos cum videritis hec omīa. Inter que est quod videbitur fili⁹ homīs veniēs: vt intelligatur de aduētu quo nūc venit in membris suis tāqꝫ ī nube magna. TYTVS: Uel aliter dicit: Prope ē regnū dei: quia dum hec fient: nondū vltim⁹ finis rex euenit: sed iam in finē tendūt. nam ꝛ ipe aduent⁹ dn̄i eliminis omniū pncipatū ꝛ ptātē ppat regno dei.

EVSE. Sicut enim in hac vita sol hyeme recedēte ac succedente verum radiū calidū mittens fouet ac viuificat humi cōdita semina exuēta priscā figuram: pullulāt autem noua variū virorē habēt. a ꝛ gloriosus vnigeniti dei aduētus: viuificat suis radiis illustrans nouū seculū dudū condita per totū mundū semina. s. dormiētes in puluere terre potioribus corporib⁹ ꝙ prius pducet in lucem: ac cōfutata morte regnabit deinceps vita seculi noui. GRE. in home. Omnia autem predicta sub magna certitudine confirmātur: cum subdit: Amen dico vobis quia non pterbit generatio hec donec omīa fiant.

BED. Multū commēdat quod ita pronūciat. Et si dicere fas est: iuratio eius est quod dicit: Amē dico vobis. Amen quippe interptatur verū. Igitur veritas dicit: Uerū dico vobis: quod si non diceret: mētiri omnino non posset. Generatiōem aūt aut omne humanū genus dicit: aut specialiter iudeorū. EVSE. Uel generatōem dicit nouam generatōem ecclesie sancte sue: ostendēs duraturū populū fideliū vsqꝫ ad id temp⁹ quo visur⁹ sit omīa: ꝛ euent⁹ verborum saluatoris oculis apprehēdet. THEO. Quia enim turbatōnes ꝛ bella: ꝛ alteratiōes tam elementorum ꝙ ceterarū rerū futurū esse predixerat: ne quis suspicaretur ꝙ ꝛ ipsa christianitas peritura foret subiungit: Celum ꝛ terra transibūt: verba autē mea nō transient. q. dicat: Etsi cūcta commoueātur: fides tamen mea non deficiet. Ex quo innuit ecclesiā pferre toti creature: sed creatura patietur alteratiōem: fideliū vero ecclesia ꝛ sermones euāgelii pmāebūt.

GREGO. in home. Uel aliter: Celū ꝛ terra trāsibunt ꝛc. q. dicat. Omne quod apud nos durabile est: sine mutatōne durabile ad eternitatē non est: ꝛ omne quod apud me transire cernitur: fixū ꝛ sine transitu tenetur: quia sine mutabilitate manentes sentētias exprimit sermo me⁹ qui transit. BEDA: Celum autē quod transibit: non ethereū siue sidereum siue aereū: a quo aues celi nominātur intelligere debemus. Si autē terra transibit: quomodo ecclesiastes dicit: Terra in eternū stat? sed aperta ratione. celum ꝛ terra per eam quā nunc habent imaginem transeūt: attamē p eēntiā sine fine subsistūt.

Attendite autem uobis ne forte grauētur corda uestra in crapula et ebrietate ꝛ curis huius uite: ꝛ super ueniat in uos repētina dies illa. Tāquā laqueus enī superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terre. Uigilate itaqꝫ omī tempore orantes: ut digni habeamini fugere ista omnia que futura sunt: et stare ante filium hominis.

THEO. Posuit supra dn̄s terribilia ꝛ sensibilia malorū indicia que occupabūt peccatores: sed contra hec mala remediū est cautela ꝛ oratio. vnde dicitur: Attē. aūt vo. ne for. gra. cor. ve. in crapu. ꝛ ebrietate.

BASI. Singulū animaliū a cōditore omniū deo habet intrinsecus causas faciētes ad tutelā existentie

ꝑpe. ꝓpter qđ ⁊ chꝛistꝰ nobis dedit hāc mentiōem: vt que illis a nā: hec nobis auxilio ratōis ⁊ cautela contigat. Fugientibꝰ quidē pctm̄: et irrōnabilia fugiūt moꝛtifera pabula: inquirētibꝰ vo͂ iusticiā sic illa herbas nutritiuas requirūt. ⁊ ideo dicit: Attēdite vobis. vt. s. discernere possitis a salubꝛi nociuū. Sed qm̄ duplr̄ contingit attēdere: hinc quidem coꝛpis oculis: illinc vero ꝑ itellectuā virtutē: oculꝰ coꝛpis virtutē nō attigit. Restat igit̄ dictū eē de ope intellectꝰ: Attendite. h͛ est vndiqꝫ circūspicite vos: puigil hn̄tes ad vestrā custodiā aīe lumē. Neqꝫ aūt dixit: Attēdite vestris aut eis que circa vos sunt: sꝫ vobis vos. n. estis intellectꝰ ⁊ aīa: vestrū aūt coꝛpꝰ ē sensus Circa vos aūt opes artes ⁊ reliqua vite suppellex: quibꝰ nō monet attēdēdū: sed aīe cuiꝰ pcipua cura hn̄da. Eadē vo͂ admonitio egrotātes sanat: ⁊ sanos pficit: seruatoꝛes pn̄tiū: puisoꝛes futuroꝝ: non alienoꝝ cēsoꝛes: sed suoꝝ scrutatoꝛes: nō dimittētes intellectū seruū fieri passionū: sed irrōnale aīe subijcientes rōnali. Cur aūt sit attēdēdū subiūgit dicens: Ne foꝛte grauēt̄ coꝛda vestra in crapula ⁊ ebꝛietate ⁊ curis huiꝰ vite. TYTVS: q. d. Cauete ne lumina mētis vestre grauēt̄. Cura nāqꝫ pn̄tis vite ⁊ crapula ⁊ ebꝛietas fugāt prudētiā: quassant fidē: operāt̄ naufragia. BASI. Est aūt ebꝛietas nimiꝰ vsus vini: crapula vo͂ anxietas ⁊ nausea que est in ebꝛietate: a motōe capitis greco vocabolo dicta. Sicut igit̄ cibis vt nō esuriamꝰ: sic ⁊ potibꝰ ne siti patiamur vtēdū est: vitādo diligētiꝰ lapsum. Fallax. n. ē vini ingestio: aīa aūt vino libera prudētissima erit ⁊ optima sed humecta vini vapoꝛibꝰ q̄si quadā nube velatur. Curiositas aūt huiꝰ vite q̄uis nihil inhibitoꝝ ɔtinē videat̄: si tn̄ ad cultū diuinū nō coadiunet: vitāda ē Et q̄re h͛ dixerit ondit subdēs: Et supue. in vos repē. di. illa. THEO. Nō. n. cū deliberatōe veniet dies illa: sed ex improuiso ⁊ furtim capiēs tanq̄ laqueꝰ nō cauētes. vnde sequit̄: Tanq̄ la. n. supue. i om. q̄ se. su. fa. om. terre. Qđ diligētius discuti pōt. Capiet . n. dies illa sedētes in supficie terre q̄si imp̄meditatos ⁊ secures. Quotquot vo͂ sunt solertes ⁊ agiles ad bonū: nō sedētes ⁊ ociātes in terrenis: sed surgētes ab eis sibi dicētes: Surge vade: qm̄ non est hic tibi reqes: talibꝰ nō est illa dies vt laqueꝰ ⁊ discrimē: sed vt dies festiuꝰ. EVSE. Predicta igit̄ docuit eē attēdenda ad cauendā grauedinē inde ꝓuenietē. vn̄ sequit̄: Uigi. ita. oī tpe: orā. vt dig. ha. fuge. ista om. que futu. sunt. THEO. s. famē: pestē: ⁊ cetra hmōi que tpalr̄ electis ⁊ alijs imminēt: ⁊ ea q̄ postmodū accidūt eis ꝑenniter. Illa. n. aliter cape nō possumꝰ nisi ꝑ vigilias ⁊ orōes AVG. de cō. euā. Hec intelligit̄ illa figura quā matthe͂ꝰ cōmemoꝛat: que nō debet fieri i hyeme vel sabbato. Ad hyemē ꝑtinent cure huiꝰ vite: que tristes sunt velut hiēs. Ad sabbatuꝫ vo͂ crapula ⁊ ebꝛietas: que carnali leticia luxuriaqꝫ coꝛ submergit atqꝫ obꝛuit: quod malū sabbati noīe significat̄: quia illo die iudei delitijs affluūt: dū spiritale sabbatū ignoꝛāt THEO. Et quia chꝛistianū decet nō solū fugere mala: sed etiā niti ad gl'iam exequendā subdit: Et stare ante filiū hoīs. Hec est ei angelica gloꝛia stare ante filiū hoīs deū nostruꝫ: ⁊ faciē eius iugiter cernere. BED. Et certe siquis sapiens medicus p͛cipiet attēdere a succo alicuiꝰ herbe: ne repentinꝰ interitꝰ superueniat: magno studio medici mādata seruaremꝰ. Nunc aūt saluatoꝛe admonēte ebꝛietatē ⁊ crapulā ⁊ curas seculi eē cauendas: his sauciari ⁊ ɔsumi nō timēt: qui fidē quā medici dictis p̄hēt: dn̄i verbis p̄here cōtēnūt.

Erat aūt diebꝰ docēs in templo: noctibꝰ uero exiēs moꝛabat̄ in mōte qui uocat̄ oliueti. Et oīs ppl's manicabat ad eū in templo audire eum.

BED. Que verbis p͛cepat dominꝰ suis ɔfirmat exemplis. nam qui nos ante iudicis aduentū ⁊ incertū singuloꝝ exitū ad vigilādū hoꝛtatꝰ est ⁊ orādū: ⁊ ip̄e imminēte tempe passiōis sue doctrine vigilijs ⁊ p͛cibꝰ instat. vnde dicit̄: Erat aūt diebꝰ docēs in templo. In quo suo exemplo instruit hoīes die ⁊ deo vigilare: vel dicto vel facto ꝓximis viā veritatis ostēdere. CIRYL. Que aūt erat que docebat: nisi transcēdentia cultū legis. instabat. n. tempꝰ quo debebat vmbꝛa in veritatē trāsfoꝛmari. THEO. Tacuerūt aūt euāgeliste pleraqꝫ documētoꝝ chꝛisti: q̄ cum per triennīū fere p̄dicauerit: documēta eius q̄ conscripserūt: dicet aliquis vix ad vniꝰ diei s̄monē sufficere. Ex pluribꝰ ergo pauca describētes: dederūt nobis quendā gustū dulcedinis doctrine ipsiꝰ. Ondit autē nobis dominꝰ q̄ opoꝛteat noctu ⁊ quiete alloqui deū: ⁊ in die ꝓdesse hominibꝰ: ⁊ colligere q̄dem in nocte: distribuere vero collecta in die. vnde subditur: Noctibꝰ vero exiens moꝛabat̄ in monte q̄ vocatur oliueti. Non quasi opus habēs orōne: sed ad exemplū dādum hoc egit. CIRYL. Quia vero eloquiū eius in potestate erat: ⁊ potestatiue trāsferebat in spiritalē cultum que per moysen ⁊ ꝓphetas tradita fuerāt in figuris: populꝰ eum audiꝰ audiebat. vnde sequit̄: Et omnis populꝰ manicabat. i. mane venire accelerabat Ad euꝫ in templo audire eum. Populo autē ante lucanū venīēti ad eum cōgruēerat dicere: Deꝰ deꝰ meus: ad te de luce vigilo.

BEDA: Mystice autē ⁊ nos cum inter p͛spera sobꝛie ⁊ pie ⁊ iuste cōuersamur: diebꝰ in templo docemus: quia foꝛmā boni operis fidelibꝰ p͛bētes. noctibus vero in mōte oliueti moꝛamur: quia in tenebꝛis angustiarū spiritali consolatōe respiramꝰ: ⁊ ad nos quoqꝫ populꝰ manicat: cum vel discussis operibus tenebꝛarū: vel cunctis nebulis p͛ssurarū nos imitantur.

CA. XXII.

Appꝛopiquabat aūt dies festus azimoꝝ qui dr̄ pascha Et querebāt p̄ncipes sacerdotuꝫ ⁊ scribe: quomodo iesū interficerēt: timebant uero plebeꝫ.

CHRY. Umbꝛa nostroꝝ fuerūt festa iudaica: et idō si q̄sitieris a iudeo de pascha ⁊ azimis: nil magni ꝓferet: ɔmemōrās liberatōem ab egypto. Siqs aūt a me q̄sierit: nō audiet egyptū nec pharaonē: sed absolutōeꝫ erroꝝ ⁊ tenebꝛaꝝ diabolicāꝝ ꝑ moysē sꝫ ꝑ filiū dei. GLO. Ad cꝰ passiōeꝫ enarrādā accedēs euangelista p̄mittit de figura dicens: Appꝛopinquabat autem dies festus azimoꝛum qui dicitur pascha.

BED. Pascha quidẽ hebraice dicit̃ phase. non a passiõe: sed a transitu nominat̃: eo ꝙ exterminator vidẽs sanguinẽ in forib' israelitarũ ptrãsierit: nec ꝑcussent ꝑmogenita eoꝝ. Uel ipe domin' ꝑbẽs auxiliũ populo suo desuꝑ ambulauit. Hoc autẽ inter pascha ⁊ azima distat: ꝙ pascha ipe sol' dies appellatur: in quo agn' occidebat̃ ad vesꝑam: hoc ẽ .xiiij. luna ꝑmi mensis. xv. aũt luna qñ egressus est de egypto: succedebat festiuitas azimoꝝ septẽ dieb' vsq; ad vigesimã primã diẽ eiusdẽ mensis: vnde euãgelij scriptura indifferẽter vnũ ꝓ alio ponere solet: vnde hic dicit̃ dies azimorũ qui dicit̃ pascha. Significat̃ aũt ꝑ mysteriũ ꝙ christ' semel ꝓ nobis passus: ꝑ totum temp' hui' seculi qđ septẽ dieb' agit̃ in azimis synceritatis ⁊ veritatis ꝑcepit eũ viuẽdũ. CHRY. Pricipes aũt sacerdotũ nefarias res tractãt i festo vnde sequit̃: Et q̃re. pn. sacer. ⁊ scri. quõ ie. interficerẽt. Moyses q̃dẽ vnũ ꝑcepit esse pncipẽ sacerdotũ: ⁊ illo defuncto creari aliũ. Tũc vo cũ incipẽt iudaici rit' dissolui: multi erãt pncipes sacerdotũ annuatĩ creati. Hi ergo volẽtes iesum occidẽ nõ metuũt diuina: ne. s. ex tpe sacro mai' incurrãt pctĩ cõtagiũ: s; vbiq; timẽt humana. vnde sequit̃: Time. xe. plebem

BED. Nõ q̃dẽ seditõem metuẽtes: s; cauẽtes ne auxilio ppli de suis manib' tollẽt̃. Hec aũt ante biduũ pasche cõgregatis eis in atrio cayphe matthe' acta attestatur.

¶ Intrauit aũt sathanas in iudã q cognoiabat̃ scharioth: unuz de duodeci: ⁊ abijt ⁊ locut' ẽ cũ pncipib' sacerdotũ ⁊ magistratib' quẽadmodũ illũ traderet eis. Et gauisi sũt: ⁊ pacti sunt pecuniã illi dare. Et spopõdit. Et querebat opportunitatẽ: ut traderet illũ sine turbis.

¶ THEO. Quia dictũ est ꝙ pncipes sacerdotũ q̃rebãt modũ quo interficiẽtes iesum nullũ incurrerẽt ꝑiculũ: ꝯsequẽter mod' qui eis occurrit narrat̃ cum dicit̃: Intrauit aũt sathanas i iudã. TYTVS: In iudã sathanas intrauit: nõ impellẽs: sed patulũ inueniẽs hostiũ. nã oblit' oĩz q̃ viderat: ad solã auariciam dirigebat intuitũ. CHRY. Ponit aũt ei' cognomẽ subdẽs: Qui cognomiabat̃ scharioth. Erat enĩ ali' iudas. TYTVS: Subdit aũt: Un' de duodecim. Nam numerũ adimplebat: nõ aũt fungebatur aplica dignitate. CHRY. Uel hoc addit euãgelista velut absonũ q̃dẽ: ac si dicerz. erat de p° choro diligenti' electorũ. BED. Non est autem huic cõtrariũ quod iohãnes dicit: Post buccellã intrasse in eum sathanã: quia nũc intrauit: vt quasi alienuz tentaret: nũc autẽ quasi proprium ad quecũq; vellet agenda attraheret. CHRY. Attẽde aũt magnã iude nequiciã: tum quia per se ꝓficiscit̃: tum quia ꝓ p̃cio hoc facit. Sequit̃ enim: Et abijt ⁊ locut' est pncipib' sacerdotũ ⁊ magistratib' quẽadmodũ illũ traderet eis. Et gauisi sunt. THEO. Magistrat' hic appellant̃ prepositi constructionũ templi: vel etiaz illi quos romani populo prefecerãt: ne ꝓuenerent in tumultus: erãt enĩ seditiosi. CHRY. Propter auariciam autẽ iudas factus est talis. Sequit̃ enim: Et pacti sunt pecuniã illi dare. Tales enĩ auaritia generat passiones: reddit impios: ⁊ deũ ignorare compellit: ⁊ si millies benefactũ sit eis: ad nocẽdũ impellit. vnde ⁊ hic sequit̃: Et spopõdit. THEO. i. pepegit ⁊ promisit: ⁊ querebat opportunitatẽ vt eũ traderet sine turbis. i. querebat eum tradere quãdo videret eum seorsum existentẽ sine turbis. BEDA: Multi aũt iude scelus exhorrẽt: nec tamẽ cauent. qui enĩ charitatis ⁊ veritatis iura spnit: christũ qui est veritas ⁊ charitas ꝓdit: maxime cum nõ infirmitate vel ignorãtia peccet: sed ad similitudinẽ iude q̃rat opportunitatẽ: vt arbitris absentib': veritatem mendacio: virtutẽ crimine immutet.

¶ Uenit aũt dies azimorũ: in qua necesse erat occidi pascha. Et misit petrũ ⁊ iohãnẽ dicẽs: Eũtes parate nobis pascha: ut mãducem'. At illi dixerũt: Ubi uis parem'? Et dixit ad eos: Ecce introeũtib' uobis in ciuitatẽ occurret uobis homo quidaz amphorã aque portans: sequimini euz in domũ in quã intrat: ⁊ dicetis patrifamilias domus: Dicit tibi magister: Ubi ẽ diuersoriũ: ubi pascha cum discipulis meis manducẽ. Et ipse ostẽdet uobis cenaculũ magnũ stratum: ⁊ ibi parate. Euntes autẽ inuenerũt: sicut dixit illis: ⁊ parauerunt pascha.

¶ TYTVS: Ut nobis domin' celeste pascha dimitteret: typicũ mãducauit: figurã remouẽs: vt veritas locũ obtineret. vñ dr̃: Uenit aũt di. azi. in q̃ ne. erat oc. pascha. BED. Dies azimoꝝ pasche q̃rtadecimẽ ꝑmi mẽsis appellat̃: qñ fermẽto abiecto pascha. i. agn' occidi ad vesꝑã ꝯsueuerat. EVSE. Siq̃s aũt dicat: Si ꝑma azimoꝝ discipli saluatori parãt pascha: ergo ⁊ eadẽ die oz nos pascha celebrare. Dicem' h̃ non fuisse monitõem: s; historiã facti: qđ accidit tpe salutifere passiõis. Aliud aũt ẽ narrare gesta vetera: ⁊ aliud sancire: ⁊ posteris statuta reliquẽ. Quietiã saluator nõ egit pascha cũ iudeis qñ agnũ imolabãt. nã illi q̃dẽ h̃ egerũt in pasceue: qñ pass' ẽ dñs: vñ nõ itroierũt in atriũ pilati vt mãducarẽt pascha. erq° .n. veritati insidiati sũt: vbũ veritatis a se expulerũt: nõ ꝑmo die azimoꝝ quo die debebat imolari pascha manducãtes solitum sibi pascha. erãt. n. erga aliud attẽti: s; die sequẽti p' illã que erat azimoꝝ secũda. Dñs vo ꝑma die azimoꝝ: h̃ ẽ q̃nta feria sabbati: pascha cũ discipul' pegit. THEO. Eadẽ aũt q̃nta feria: mittit duos ex discipulis suis ad parãdũ pascha petrũ. s. ⁊ iohãnem: alteꝝ. s. vt diligẽtez: alteꝝ vt dilectum. vnde sequitur: Et misit petrũ ⁊ iohãnem dicens: Euntes parate nobi pascha vt manducemus.

Per omnia manifestans ꝙ vsq; ad extremum vite nõ est aduersatꝰ legi. Mittit autẽ eos ad alienã domum. nam nulla domꝰ erat ei neq; discipulis suis: alioq̃n apud aliquẽ eorũ pascha celebrasset. ⁊ ideo subdit: At illi dixerũt: Ubi vis paremus? BED. q̃si dicant: Non hẽmꝰ domiciliũ: nõ habemꝰ tabernaculũ. audiãt quibꝰ edificãdarũ domorũ cura est: cognoscãt christũ omniũ dominũ: locũ vbi caput reclinaret non habuisse. CHRY. Cũ aũt ignorarẽt ad quem mitterent: signũ dedit eis: sicut ⁊ samuel sauli. vnde subdit: Et dixit ad eos: Ecce introeũtibꝰ vobis in ciuitatẽ: occurret vobis homo: amphorã aque portãs: sequimini eum in domũ in quã itrat.

AMBRO. Primũ maiestatẽ diuinitatis aduerte: cum discipulis loquit: ⁊ iam nouit quid alibi sit futurũ. deinde dignatõem eius intuere: quia nõ persona diuitis aut potẽtis eligit: sed pauper ambitur ⁊ angustũ hospitiũ paupis: amplꝰ nobiliũ edibus antefert. Sciebat autẽ dominꝰ nomen eiꝰ cuiꝰ sciebat mysteriũ ⁊ occursum: sed ideo sine nomine designat vt ignobilis estimet. THEO. Uel ideo mittit eos ad hoiem ignotũ: vt ostendat ꝙ passiõem voluntarie subiit. Qui. n. mentẽ huiꝰ ignoti viri subegit vt eos susciperet: poterat quodcũq; voluisset cum iudeis tractare. dicũt autẽ quidã: ꝙ ideo nõ dixit nomen hominis: ne ꝓditor cognito nomine domum panderet phariseis qui venientes cepissent eum priusq̃ cena fieret ⁊ spiritalia mysteria discipulis tradet: sed quibusdã indicijs in quandã domũ dirigit eos. vnde sequit: Et dicetis patrifamilias domꝰ: dic tibi magister: vbi est diuersoriũ: vbi pascha cũ discipulis meis mãducẽ. Et ipse vobis oñdet cenaculũ magnũ stratũ: ⁊ ibi parate. GLO. Quibꝰ signis inuẽtis discipuli solicite que mãdata eiꝰ fuerant implerũt. vñ sequit: Euntes aũt inuenerũt sicut ꝑdixit illis iesus: ⁊ parauerunt pascha. BED. Hoc pascha exponens apostolꝰ ait: Pascha nostrũ immolatꝰ est christꝰ. qd̃ quidẽ pascha tũc necesse erat occidi: quasi paterno cõsilio ac diffinitiõe sancitũ: qui lz die sequẽti hoc ẽ .xv. luna sit crucifixꝰ: hac tamẽ nocte qua agnꝰ imolabat a iudeis tentꝰ ac ligatꝰ immolatõis hoc ẽ passionis sue sacrauit exordiũ. THEO. Intelligamꝰ aũt diẽ quidẽ azimorũ totã cõuersatõem que est in luce spiritali nullã redolentẽ vetustatẽ ꝑme preuaricatõnis ade: in qua viuẽtes nõ decet delectari in christi mysterijs. Hec aũt mysteria petrꝰ ⁊ iohannes parant. i. actio ⁊ contẽplatio: feruor celi ⁊ mãsuetudo pacifica. His aũt paratoribꝰ occurrit homo: qui per ꝑdicta reperimꝰ statũ hominis qui creatus est ad imaginẽ dei: qui portat amphorã aque q̃ significat grãm spũssancti. Amphora aũt est humilitas cordis humilibꝰ eni dat grãm: qui se cognoscũt esse terrã ⁊ puluerẽ. AMBRO. Uel amphora est mẽsura ꝑfectior: aqua aũt est que sacramẽtũ christi eẽ meruit: que lauare meruit non lauari. BED. Parãt autẽ pascha vbi aque infert amphora: quia tempꝰ adest quo veri pasche cultoribꝰ: typicꝰ de limine auferat cruor: ⁊ ad tollẽda crimina viuifici fontis baptisma consecrat. ORIGE. sup mattheũ: Ego autẽ puto ꝙ homo qui ingredientibꝰ discipulis in ciuitatẽ occurrit amphorã aque portãs: erat quidam minister patrisfamilias: portãs mũdatoriam aut potabilem aquã in vase fictili: quẽ puto esse moysen spiritalem doctrinã portantẽ in corpalibꝰ historijs. Qui autem nõ cõsequuntur spiritaliter eũ: nõ celebrãt pascha cũ iesu. Attendamꝰ ergo ipo domino cõstituto nobis cũ ad superiorẽ locũ: in quo est diuersoriũ: quod demõstrat ab intellectu qui est in vnoquoq; hoie paterfamilias: discipulus christi. Hec aũt domꝰ supior sit nobis magna vt capiat iesum verbũ dei qd̃ non capit nisi a magnis sensu. Et sit domꝰ hec a patrefamilias. i. intellectu ꝑparata filio dei: ⁊ sit mundata nullo modo hñs malicie sordes. Sit etiã domꝰ illiꝰ ꝑnceps: nõ qualibuscũq; cognitũ hñs nomẽ. Unde mystice dicit ẜm mattheũ: Ite ad quendã. AMB. In supioribꝰ aũt magnũ habet stratũ: vt magnũ meritum eius aduertas in quo dominꝰ cum discipulis sublimiũ virtutũ eiꝰ delectatõe requiescerẽ. ORI. sup mattheũ: Scire aũt debemꝰ q̃m qui in epulationibus ⁊ solicitudinibꝰ secularibꝰ sunt: nõ ascẽdunt in domũ illam superiorẽ: ⁊ ꝓpterea nõ celebrãt cũ iesu pascha. Post sermones. n. discipulorũ quibꝰ cathecizauerũt patrẽfamilias. i. intellectũ venit ⁊ diuinitas coepulãs discipulis in domo ꝑdicta.

Et cũ facta esset hora discubuit ⁊ duodecim apostoli cũ eo. Et ait illis: Desiderio desideraui hoc pascha mãducare uobiscũ anteq̃ patiar. Dico eni uobis: quia ex hoc nõ mãducabo illud: donec impleatur i regno dei. Et accepto calice gratias egit: ⁊ dixit: Accipite ⁊ diuidite inter uos. Dico enim uobis ꝙ nõ bibam de generatõne uitis: donec regnũ dei ueniat.

CIRYL. Postq̃ discipuli pascha parauerãt agitur de pasche comestiõe. vnde dicit: Et cũ facta eẽt hora: discubuit ⁊ duodecim apostoli cũ eo. BED. Hora mãducãdi pasche designat quartãdecimã diem ꝑmi mẽnsis ꝑductã ad vespam. xv. luna iã terris apparẽte. THEO. Sed qualiter dominꝰ discubere dicit: cum iudei stantes pascha manducarẽt? Dicũt ergo ꝙ cum manducauissent legale pascha accubuerũt ẜm cõmunẽ vsum mãducãtes quosdam alios cibos. Sequit: Et ait illis: Desiderio desideraui hoc pascha mãducare vobiscum anteq̃ patiar. CIRYL. Quod ideo dicit: quia discipulꝰ auarus ꝓditõis tempꝰ explorabat: sed ne traderet eum ante festũ pasche: nõ explicauerat dominꝰ domũ vel virũ penes quẽ pascha ꝑageret: cuiꝰ cãm per hec vba ostendit. THEO. Uel dicit: Desiderio desideraui. q. d. Hec vltima mihi cena vobiscũ est ꝓpter qd̃ ⁊ amabilis est mihi: sicut ⁊ qui ꝑegere ꝓfecturi sunt vltima verba suis dulcius ꝓferũt. CHRY. Uel hoc dicit: quia post illud pascha crux imminebat. Inuenimꝰ aũt pluries eũ ꝑdicãtẽ suã passionẽ ⁊ eam cupiẽtẽ euenire. BED. Desiderat ergo ꝑmo typicũ pascha cũ discipulis mãducare: ⁊ sic passiõis sue mũdo mysteria declarare. EVSE. Uel aliter: Cũ dñs nouũ

pascha celebraret: opportune dixit: Desiderio desideraui hoc pascha.i.nouũ mysteriũ noui testamenti:qḋ tradebat discipulis: qḋ plures ante eũ ꝓphete ⁊ iusti cupiuerāt.Sed ⁊ ipe sitiens cōmunē salutem.hoc tradebat mysteriũ qḋ toti mũdo competeret. Pascha vero moysi statutũ erat in vno loco.s. in hierusalē celebrari.vñ non cōgruebat oĩbus gentibus.⁊ iō nō erat desideratũ. EVSE.Ex hoc hebionitarũ clementia de carnis esu redargui poterat: dño manducāte pascha iudeorũ.vñ signanter dixit: Hoc pascha. ne quis ad aliud inuertere posset. BEDA:Sic ergo dñs legalis pasche approbare extitit ⁊ hoc ad sue dispēsationis figurā docēdo ptinuisse vetat vltra carnaliter exhiberi.vñ subdit:Dico enim vobis q ex hoc nō mãducabo illud donec impleatur in regno dei.i.nequaq̄ vltra mosaicũ pascha celebrabo donec i ecclesia spiritaliter itellectũ cōpleatur.ipa eni ē regnũ dei: ſm illud: Regnũ dei intra vos est.Ad vetus autē illud pascha cui finē desiderabat iponere ptinet etiam illud qḋ subdit:Et accepto calice gr̃as egit ⁊ dixit:accipite ⁊ diuidite inter vos.Ob hoc gr̃as egit q vetera trāsitura ⁊ ventura fuerāt oĩa noua. CHRY. Memēto ergo cũ ad mēsam sederis:q post mēsam oportet te orare atq̄ iō ventrē ipleas sobrie:ne grauat⁹ nequeas genuflectere ac supplicare deo.Nō igit̃ post escas ad lectũ sed ad orationem vertamur. Euidēter enim h̄ christus significauit:q post escas nō somn⁹:nō cubile: sed oratio ⁊ sacrarũ lectio scripturarũ succedere debeat.Sequit̃:Dico eni vobis q nō bibā de generatione vitis:donec regnũ dei veniat. BEDA:Pōt quidē hoc ⁊ simpliciter accipi: q ab hac hora cene vsq̄ ad tēpus resurrectiōis q̄ i regno dei erat vēturus:vinũ bibitur⁹ nō esset.postea nāq̄ cibũ potũq̄ sumpsisse eũ testat̃ petr⁹ dicēs: Qui mãducauimus ⁊ bibim⁹ cũ illo postq̄ resurrexit. THEO.Dicitur āt resurrectio regnũ dei:q mortē exterminauit. vñ ⁊ dauid ait. Dñs regnauit:decorē idut⁹ ē.s.formosi amict⁹:ſm Isai āeruta corporis corruptela. Resurrectione aũt adueniēte iterũ cũ discipulis bibit: vt pbaret q resurrectio nō erat phātastica. BEDA: Sed multo ꝯsequētius ē:vt sicut supra typicũ agni esum:sic ⁊ potũ pasche neget se gustaturum: donec ostensa gloria regni dei:fides mundi adueniat:vt p duo maxima legis edicta:escā.s.⁊ potũ paschalē spiritaliter īmutata:disceres oĩa legis sacramenta ad spiritalem obseruantiā fuisse transferēda.

¶ Et accepto pane gratias egit: ⁊ fregit:⁊ dedit eis dicens: Hoc est corpus meũ: qḋ pro uobis datur. Hoc facite i meā ꝯmemorationē. Similiter ⁊ calicē postq̄ cenauit dicens: Hic est calix nouũ testamentum in sanguine meo:qui pro uobis fundetur.

¶ BEDA:Finitis pasche veteris solēnijs:trāsit ad nouũ qḋ in sue redēptiōis memoriā ecclesiā frequētare desiderat:p carne agni ⁊ sanguine: sue carnis sanguinisq̄ sacramentũ i panis ac vini figura substituēs:sacerdos ineternũ factus ſm ordinēmelchisedech.vñ dicit̃:Et acce.pane gratias egit.sicut ⁊ de veterib⁹ terminãdis gratias egerat:nobis exemplũ tribuēs i omni boni operis inchoatiōe ⁊ pfectione deũ eē glorificandũ.Sequit̃:Et fregit. Frãgit ipse panē quē porrigit:vt ostdat corporis sui fractionē. nō sine sua spōte futurā.Et dedit eis dicēs: Hoc est corp⁹ meũ quod ꝓ vobis tradet̃. GRE. nisenus: Panis eni ante ꝯsecrationē cōmunis panis:s; vbi cōsecrat̃ mysterio sit:⁊ dr̃ corp⁹ christi. CIRYL. Nec dubites an hoc verũ sit eo manifeste dicente: Hoc est corp⁹ meũ.sed poti⁹ suscipe verba saluatoris in fide.Cũ eni sit veritas:nō mētitur. Insaniunt igit̃ dicētes mysticā benedictionē sanctificatiōe cessare:siqne reliquie remāserint ei⁹ in diē subsequentem.Nō eni mutabit̃ sacro sanctũ corp⁹ christi: sed virt⁹ bñdictionis ⁊ viuificatiua gr̃a iugis in eo est. Virt⁹ eni viuificatiua dei patris vnigenitũ verbũ ē quod caro factũ ē:nō desinēs esse verbũ sed efficiēs carnē viuificatiuā. Si eni in aliquo liquore modicũ panis imiseris:repeties hũc ibibitũ qualitati illius.Igit̃ viuificatiuũ dei verbũ vniēs se ꝓpie carni:fecit eā viuificatiuā. Nunqd ergo ⁊ quoniam i nobis vita dei est.⁊ ei verbo existe in nobis viuificatiuũ erit nostrũ corp⁹?Sed aliud ē ſm pticipationis habitudinē nos habere in nobis dei filiũ:aliō ipm fuisse factũ carnē.i.corp⁹ sumptũ ex alma virgine ꝓpriũ corp⁹ effecisse. Decebat ergo eũ nostris quodãmodo vniri corporib⁹: p sacrā ei⁹ carnē ⁊ p̄ciosum sanguinē que accipim⁹ i bñdictione viuificatiua in pane ⁊ vino. Ne eni horreremus carnē ⁊ sãguinē apposita sacris altarib⁹.cōdescēdēs de⁹ nostris fragilitatib⁹ ifluit oblatis vim vite. Conuertens ea in veritatē ꝓprie carnis:vt corp⁹ vite quasi quoddā semen viuificatiuũ īueniat̃ i nobis.vñ subdit: Hoc facite i meā cōmemorationē. CHRY. super iohannē: Hoc fecit christ⁹ ducēs nos ad maiorē amicitie fed⁹: suamq̄ claritatē declarãs erga nos: pstãs se nō solũ videri desiderātibus:sed ⁊ palpare ⁊ cōedere ⁊ amplecti ⁊ totũ affectũ explere. Igit̃ vt leones flammā spirātes:sic ab illa mensa discedimus terribiles facti diabolo. BASI.Disce autem quo pacto decet edere corpus christi:in memoriā.s. obediētie christi vsq̄ ad mortē: vt q̄ viuūt ñ ampli⁹ in se viuāt:sed i eo q̄ pro eis mortu⁹ ē ⁊ resurrexit.

THEO.Duos aũt calices lucas cōmemorat.de altero quidē supradixit:Accipite ⁊ diuidite inter vos: quē dicet aliq̄s esse typũ veteris testamēti:alterum vero post panis fractionē ⁊ distributionē ipse partitur discipulis.vñ subdit̃:Similiter ⁊ calicē postq̄ cenauit. BEDA:Subaudit̃:dedit eis:vt sit plena cōstructio. AVG.de cō.euā. Vel q lucas bis de calice cōmemorauit:pri⁹ anq̄ panē daret:ide postq̄ panē dedit:illud quod supius dixit ꝑoccupauit vt solet:illud vero qḋ ordie suo posuit:nō ꝯmemorauerat supius.Vtrũq̄ aũt cōiunctũ eandē sententiā facit:que illorũ ē.s. matthei ⁊ marci. THEO. Nomĩat aũt dñs hũc calicē noui testamēti.vñ seq̄tur: Dicēs:hic ē calix nouũ testamētũ i sanguie meo q̄ ꝓ vobis effundet̃. significa[illegible] i suo sanguie ex ordiũ sumere [illegible] i veteri testamēto

sanguis animaliū affuit: cū data fuit lex: nunc vero sanguis verbi dei significat nobis nouū testamētū. Cū aūt dicit: Pro vobis, nō significat ꝓ solis apostolis corp⁹ christi datū ⁊ sanguinē effusum fuisse: sed cā toti⁹ hūane nature. Et vet⁹ quidē pascha ad remouēdā fututē egypti fiebat: sanguis autē agni ad primogenitoꝝ custodiā: nouū vō pascha ad peccatorū remissionē: sanguis aūt christi ad cōseruationē eorū q̄ dedicati sūt deo. CHRY. Hic enim sanguis operatur ī nobis imaginē regiā: nobilitatē aīe ñ pmittit marcescere: ptinus irrigās aīam: magnāq; īspirās virtutē. Hic sanguis fugat demones: aduocat angelos ⁊ dñm angeloꝝ. Hic sanguis effusus lauit orbē ⁊ adibilē fecit celū. Hui⁹ pticipes sanguinis sūt supnis virtutibus amicti regio palio: magis aūt ipo rege īduti. Et sicut si mūdus accesseris salubriter accessisti: sic si ībutus cōscientia praua: dānose accedis in penā ⁊ supplicia. Nā si q̄ impatoriā coinqnat purpurā: pari pena plectunt cū eis q̄ diuellūt: absurdum non ē si ⁊ q̄ obscena mēte corp⁹ christi recipiūt: pari pena plectunt cū his q̄ illud clauis trāsfoderūt. BEDA: Quia vero panis confirmat vinū vero sanguinē operat ī carne: hoc ad corpus christi: illud refert ad sanguinē. Uerū q2 ⁊ nos in christo: ⁊ in nobis christū manere oportet: vinū dominici calicis aqua miscet. teste eni iohāne aq̄ populi sūt. THEO. Primo autē dat panis: secundario calix. prior eni ē in spiritalib⁹ laboriosus act⁹ velut panis: nō solū q2 i vult⁹ sudore laborat: sed etiā q2 dū cōeditur: nō ē facilis ad glutiendū. Deīde p⁹ labores sequit exultatio diuine grē que ē calix. BEDA: Jdō āt tūc cenati cōmunicarūt apostoli: q2 necesse erat pascha typicū añ consūmari: ⁊ sic ad veri pasche sacramēta trāsiri. nūc aūt ī honorē tāti sacramēti placuit magistris ecclesie: pri⁹ nos spiritalibus epulis refici: ac deide terrenis. GRECVS: Totū autē corp⁹ ⁊ sanguinē dñi suscipit etiā si mysteriorū partē accipiat. Sicut eni vnū sigillū diuersis totā suā figurā impartit: ⁊ itegrū manet post distributionē: ⁊ sicut vna vox penetrat ad multorū auditus sic nulli dubiū sit corp⁹ ⁊ sanguinē dñi totū ī omibus reperiri. Fractio autem panis venerādi passionem significat.

Uerūtamē ecce man⁹ tradentis me mecū est in mēsa. Et quidē fili⁹ hominis sm q̄ diffinitū est uadit. Uerūtamē ue homini illi p quē tradetur. Et ipsi ceperūt querere inter se: quis esset ex eis q hoc factur⁹ eēt.

AVG. de cō. euā. Cū tradidisset dñs discipulis calicē: rursus de traditore suo locut⁹ ē dicēs: Uerūtñ ecce manus tradētis me mecū ē in mēsa. THEO. Nō dixit nō solū vt ondat se scire futura: sed etiā vt ondat nobis ppriā bonitatē: sm quā nō ptermisit quin psequeret ea que spectabāt ad deū. Dat. n. nobis exemplū: vt vsq; ad finē satagam⁹ lucrari peccatores: ⁊ vt ondat pditoris nequiciā: q̄ ⁊ cōuiua fieri nō erubuit. CHRY. Et pticeps exñs mysterioꝝ cōuersus nō ē. fit eni scel⁹ ei⁹ vtrūq; imani⁹: tū qa tali pposito ībutus adijt mysteria: tū q2 adiēs melior fact⁹ nō fuit: nec metu nec bñficio nec honore. BEDA: Et tñ nō designat specialiter: ne manifestius corrept⁹ ipudētior fieret. Mittit aūt crimē in numero. vt agat cōscius pniam. Predicit aūt ⁊ penā vt quē pudor nō vicerat: corrigāt denūciata supplicia. vñ seqt: Et qui. fi. ho. sm q̄ diffinitū ē vadit. THEO. Nō quasi ñ valēs tueri seipm: sed sicut definiēs sibi mortē: ppter humanā salutē. CHRY. Sed q2 iudas ea q̄ sūt scripta praua intētōe agebat ne qs putet eū īnoxiū tāq; dispēsatiōis ministrum subdit: Uerūtñ veh homini illi p quē tradet. BEDA: Sed ⁊ veh homini illi q̄ ad mēsam dñi idign⁹ accedēs ī exemplū iude filiū homīs tradit: non quidē iudeis: sed peccatoribus mēbris suis. Et q̄uis scirēt. xi. apostoli q̄ nihil cōtra dñm cogitarent: q2 tñ pl⁹ credūt magistro q̄ sibi: timētes fragilitatē suā querūt de peccato cui⁹ cōsciam nō habēt. Sequit enim: Et ipi cepe. querere inter se. quis eēt ex eis q̄ hoc factur⁹ esset. BASI. Sicut eni i corporalib⁹ passionib⁹ sūt multe quas nō sentiunt patiētes: porro magis adhibēt fidē cōiecture medicoꝝ q̄ ppriā sensibilitatē attēdant: sic ⁊ aie passionib⁹ siqs ī se peccatū nō sentiat: credere tamē debet his q̄ plus possunt cognoscere sua peccata.

Facta ē autē: ⁊ contētio iter eos: qs eoꝝ uideret esse maior. Dixit autē eis: Reges gentiū dominant eoꝝ ⁊ q potestatē habēt sup eos benefici uocant. Uos aūt nō sic: Sed q maior ē in uobis fiat sicut minor: ⁊ qui pcessor ē sicut mīstrator. Nā qs maior ē: q recūbit: an q mīstrat? Nōne q recūbit? Ego āt in medio uestrū sum sicut q ministrat.

THEO. Cū iter se quererēt qs eet dñm traditur⁹ cōsequēs erat adinuicē sibi dicere: Tu pditur⁹ es. ⁊ ex hoc coacti sūt dicere: ego potior: ego maior: ⁊ similia. vñ dr: Facta ē aūt ⁊ cōtentio iter eos qs eoꝝ videret eē maior. GRECVS: Uel hec contentio videt habuisse motiuū: q̄ cū dñs ab hominibus transmigraret: oportebat aliquē fieri alioꝝ pncipē: quasi dñi vicē gerentē. BEDA: Sicut aūt boni ī scripturis patrū q̄bus pficiāt ⁊ humilient requirūt: sic reprobi si q̄d forte ī electis repxhēsibile repererint: quasi suas ex eo neqcias obtecturi libēter solēt amplecti. Jdō multi ardētius legūt: q̄ facta ē cōtentio īter discipulos christi. AMB. Si eni cōtendebant apostoli: nō excusatiōi obtēdit: sed cautiōi ponit. Caueam⁹ ergo ne i pditiōe aliq̄ iter nos de platone possit eē cōtētio. BEDA: Pon⁹ aūt videam⁹: nō q̄d carnales adhuc discipuli gesserit: sed q̄d iusserit spiritalis magister. Seq̄t eni. Dixit au eis: Reges gētiū dominant eoꝝ. CHRY. Gentiliū meminit: vt ex hoc rē vituperandū ondat. Gētiliū ē ambire primatū. CIRYL. Sed ⁊ blādi smones eis offerunt a subditis. vñ sequit: Et q̄ ptātem habēt super

eos bñfici vocañt. Sed illi q̇dem quasi ertores a sa
cris legib⁹ huiusmõi subiacẽt morbis: verũ autẽ
culmen ẽ ĩ humilitate. vñ sequit̃: Uos aũt nõ sic: sꝫ
q̇ maior ẽ ĩ vobis fiat sicut minor. BASI. Non er
go extollat p̃sidentẽ dignitas: ne ab humilitat' bea
titudine corruat. Illud aũt nouerit ꝙ humilitas ve
ra ministeriũ plurĩũ ẽ. Sicut enĩ q̇ plurib⁹ mĩstrat
vulneratis ⁊ abstergit cuiuslibet vulneris saniẽ: nõ
sumit ministeriũ ĩ cãm elationis. Sic multo magis
cui cõmisse sũt cure fraternorũ languorum: vt oĩm
mĩster redditur⁹ ꝑ oĩbus rationẽ: cogitare dꝫ ⁊ eẽ
solicit⁹. Et sic q̇ maior ẽ: fiat sicut minor. Decet aũt
⁊ corpale obsequiũ ab his q̇ p̃sidẽt offerri: exemplo
dñi lauãtis pedes discipulorũ. vñ sequit̃: Et q̇ preces
sor ẽ sicut mĩstrator. Nõ ẽ aũt timendũ: ne ĩ subdi
to soluat̃ humilitatis ꝑpositũ: dũ ei a maiori serui
tur: sed ĩ imitatiõe p̃dit̃ humilitas. AMB. Con
tuendũ ẽ aũt qꝛ nõ oĩs honorificẽtie studio humi
litas definit̃. Põt enim deferre alicui ꝑpter seculi
gratiã potẽtie metũ: vtilitatisq̃ cõtuitũ. tua edifica
tio querit̃ nõ alteri⁹: ⁊ iõ vna dat̃ oĩbus forma sen
tẽtie: vt nõ de p̃latiõe iactãtia sit: sed de humilitate
cõtentio. BEDA: In hac tñ forma a dño tradita
maiores nõ mĩ̃na discretiõe op⁹ habẽt: ne. s. ad in
star regũ gentiũ dñari subiectis: seqꝫ ab eis gaudeãt
laudib⁹ attolli: ⁊ tñ cõtra delinquẽtiũ vitia ꝑ zeluꝫ
iusticie sint erecti. Ad uerba ãt exhortatiõis sium et
adiũgit exẽpliũ. vñ seq̇t̃: Nã q̇s maior ẽ q̇ recũbit: an
q̇ mĩstrat? Nõne q̇ recũbit? Ego ãt ĩ medio vestruꝫ
sum: sicut q̇ mĩstrat. CHRY. q. d. Nõ putes disci
pulũ tui egere: te vero ñ illi⁹. Ego enĩ q̇ nullo egeo:
quo vniuersa egẽt celestia ⁊ terrestria: ad ministeri
alẽ gradũ cõdescẽdi. THEO. Ondit aũt se mĩstrã
tem eis cũ panẽ ⁊ calicẽ distribuit: cui⁹ misterij mẽ
tionẽ facit: rememorãs eos si de eodẽ pane comede
rũt: ⁊ de eodẽ calice biberũt si ipe christ⁹ oĩbus mini
strauit: vnũ debẽt oẽs sentire. BEDA: Uel loq̇t̃
de misterio quo scdm iohãnẽ eorũ pedes lauit dñs
⁊ magister: q̃uis etiã verbo mĩstrãdi possint oĩa q̃
ĩ carne gessit ĩtelligi: sed ⁊ suũ sanguinẽ se ꝑ nobis
effundere ministrãdo significat.

¶ Uos aũt estis q ꝑmãsistis mecũ
in tẽtationibus meis. Et ego dispo
no uobis sicut disposuit mihi pater
me⁹ regnũ: ut edatis ⁊ bibatis sup
mẽsam meã ĩ regno meo: ⁊ sedeatis
super thronos iudicantes duodeciꝫ
tribus israel.

¶ THEO. Sicut dñs ꝑditori ꝑnunciauerat veh: sic
discipulis remanẽtib⁹ ecõtrario bona ꝑnunciat di
cẽs: Uos au. estis q̇ ꝑmãsistis me. ĩ tẽta. meis. BE
DA: Nõ enĩ ĩchoatio patiẽtis: sed ꝑseuerãtia cele
stis regni gloria donat̃: qꝛ ꝑseuerãtiã q̇ cõstantia
seu fortitudo mẽtis vocat̃: dicim⁹ eẽ cũctarũ colũ
nã virtutũ. Fili⁹ ĝ dei secũ ꝑmanẽtes ĩ tẽtationib⁹
eternũ ducit ad regnũ. Si enĩ cõplãtati facti sum⁹
similitudini mortis ei⁹: simul ⁊ resurrectiõis erim⁹.
vñ sequit̃: Et ego dispono vo. si. dispo. mihi pa. me⁹
regnũ. BEDA: Regnũ dei nõ ẽ de h̃ mũdo. Non

aũt equalitas ad dñm sed similitudis emulatio ẽ. so
l⁹ enĩ christ⁹ plena imago dei ẽ: ꝑpter expssam ĩ se
paterne gratitudis vnitatẽ. Iust⁹ aũt hõ ad imagi
nẽ dei ẽ: si ꝑpter imitãdã diuine cõuersatiõis simili
tudinẽ mũdũ huc dei cognitiõe contẽnat. vñ ⁊ cor
pus christi edim⁹: vt vite eterne possim⁹ eẽ ꝑticipes
ꝑꝑ qd seq̇t̃: Ut edatis ⁊ biba. su. men. meã in regno
meo. Nõ enĩ vict⁹ ⁊ pot⁹ nobis p̃mij loco spõdet̃:
sed cõicatio grẽ celestis ⁊ vite. BEDA: Uel mẽsa
ꝑposita oĩbus sanctis ad fruendũ celestis ẽ gloria
vite: q̃ q̇ esuriũt ⁊ sitiũt iusticiã saturabunt̃ fruẽdo
desiderato gaudio veri boni. THEO. Non aũt h̃
dixit quasi futuris illic corpalibus escis ⁊ q̃si regno
suo sẽsibili futuro. erit enĩ illic angelica conuersatio
sicut saduceis p̃dixit. Sed ⁊ paul⁹ dicit nõ eẽ regnũ
dei escã ⁊ potũ. CIRYL. Sed ex his q̇ sũt apd nos
spiritalia designat. nã p̃rogatia quadã fungũt̃ apd
reges terrenos: q̇ eis quasi cõuiue cõsidẽt. Ex huma
no ergo iudicio ondit: q̇ apud eũ ĩ p̃mis honoribus
statuent̃. BEDA: Hec est enĩ imutatio dextre ex
celsi: vt q̇ nũc humiles gaudẽt ministrare cõseruis:
tũc sup dñi mẽsam sublimes: vite ꝑpetue dapib⁹ alã
tur. Et q̇ hic ĩ tẽtationib⁹ iniuste iudicati cũ dño ꝑ
manent: illic cũ eo sup tẽtatores suos iusti iudices
veniãt. vñ sequit̃: Et sedea. sup thro. xij. iudi. xij. trib⁹
israel. THEO. Hoc ẽ condẽnãtes ex duodeciꝫ tri
bub⁹ ĩfideles. AMB. Nõ aũt. xij. throni tãq̃ aliq̃
corporalis sũt receptacula sessiõis: sed qꝛ scdm diui
nã similitudinẽ iudicat christ⁹ cognitiõe cordiũ: nõ
ĩterrogatiõe factorũ: virtutẽ remunerãs: ĩpietatẽ cõ
dẽnans. ita apostoli ĩ iudiciũ spiritale formant̃: re
muneratiõe fidei: execratione ꝑfidie: v̇tute errorem
redarguẽtes: sacrilegos odio ꝑsequẽtes. CHRY.
Nunq̇d aũt illic sedebit ⁊ iudas. Sed considera ꝙ
lex est data a deo ꝑ hieremiã: Si q̇d boni ꝑmisero
si cẽsearis ĩdign⁹ mulctabo te. Et iõ loquẽs cũ disci
pulis: nõ simpliciter ꝑmisit sed addidit: Qui ꝑman
sistis mecũ ĩ tẽtatiõibus. BEDA: Ab ei⁹ ergo subli
mitate ꝑmissi iudas excipit̃. Naꝫ ⁊ anteq̃ hec dñs
diceret: exijsse credẽdus ẽ. Excipiũt̃ ⁊ illi q̇cunq̃ au
ditis ĩcõprehẽsibilis sacramẽti vbis abierũt retro.

¶ Ait autẽ dñs simoni. Simon ec
ce sathanas expetiuit uos ut cribra
ret sicut triticũ. Ego aũt rogaui ꝑ
te ut nõ deficiat fides tua. Et tu ali
q̃n cõuersus: cõfirma fratres tuos.
Qui dixit ei: Dñe tecũ parat⁹ sum
⁊ in carcerẽ: ⁊ ĩ mortẽ ire. Et ille di
xit: Dico tibi petre: ñ cãtabit hodie
gall⁹: donec ter abneges nosse me.

¶ BEDA: Ne gloriarent̃ vndecim apostoli: ⁊ suis
virib⁹ tribuerẽt: ꝙ soli pene ĩter tot milia iudeorꝫ di
cerent̃ in tẽtatiõibus ꝑmãsisse cũ dño: ondit eos si
nõ iuuãtis se dñi eẽnt opitulatiõe ꝑtecti: eadẽ pro
cella cũ ceteris potuisse cõteri. vñ sequit̃: Ait ãt do
min⁹ simoni: Simon: ecce sathanas expetiuit vos:
vt cribraret sicut triticũ. i. expetiuit vos tẽtare: ⁊ ve
lut q̇ triticũ purgat vẽtilãdo cõcutere. ĩ quo docet

nulli⁹ fidem a diabolo:nisi deo permittēte tētari. THEO. Hoc aūt petro dixit:eo ꝙ fortior alijs erat ⁊ supbire poterat i his q̄ promissa erant a christo. CIRYL. Uel vt ondat ꝙ homies nihil existes quātū ptinet ad hūanā naturā ⁊ lubricū mētis nostre ñ decet:vt ꝑesse ceteris velit.⁊ iō omissis ceteris venit ad petrū ceteris platū.vñ seqt̄:Ego au.roga.ꝓ te vt nō deficiat fides tua. CHRY. Nō aūt dixit: Ego ꝓmisi:sꝫ Oraui.humiliter enī loquit̄ tēdēs ad passionē:vt humanitatē demōstret.nā q̄ nō depcatione sed.iperio dixerat:Sup hāc petrā edificabo ecclesiā meā.⁊ Tibi dabo claues regni celoꝝ. qūo op⁹ habebat oratiōe vt cōcitatā vni⁹ homis aiam coerceret? Nō aūt dixit:Rogaui:vt nō neges:sed ne deseras fidē. THEO. Nā ⁊si paululū agitādus sis:habes tñ recōditū semē fidei q̄uis deiecerit folia spūs tentatoris:viget tñ radix.petijt ergo sathanas te ledere tā q̄ inuidēs tibi de mea dilectiōe. sed q̄uis egomet ꝓ te sim depcat⁹:tu tñ delinques.vñ seqt̄: Et tu aliqñ cōuer.cōfir.fra.tuos.q.d. Post q̄ me negato ploraueris ac penitueris:corrobora ceteros: cū te pricipē apostoloꝝ deputauerim. Hoc enī decet te q̄ mecū robur es ⁊ petra ecclesie. Hoc aūt itelligēdū ē nō solū de apostolis q̄ tūc erāt:vt roborarent̄ a petro: sꝫ ⁊ de oīb⁹ q̄ vsq͡ʒ ad finē mūdi futuri sūt fidelib⁹: ne s.aliqs credētiū diffidat vidēs eū q̄ cū eēt apostolus denegauit:ac iterū ꝑ penitētiā obtinuit ꝓrogatiuā: vt eēt antistes mūdi. Admirare igit̄ exuberātiā diuine patiētie:ne diffidere discipulū faceret: nōdū patrato crimīe largit⁹ ē veniā:ac iterū ipm̄ i apostolico gradu restituit dicēs:Confirma fratres tuos. BEDA.q.d. Sicut ego tuā fidē ne deficiat orādo ꝓtexi:ita tu ifirmiores fratres ne de venia desperēt cōfortare memēto. BEDA: Caue ergo iactātiā: caue seculū. Ille iubet̄ cōfirmare fratres suos q̄ dixit Oīa relinquim⁹ ⁊ secuti sum⁹ te. BEDA:Quia vero se dñs dixerat ꝓ fide petri rogasse cōscius ille ꝑsentis affectus fideiq͡ʒ feruētis:sed futuri casus nescius:nō credit se vllatē⁹ ab eo posse deficere.vñ sequit̄: Qui dixit ei: Dñe te.pa.sum ⁊ i car.⁊ i mor.ire.

THEO. Pre nimia quidē dilectiōe flamescit:⁊ ipossibilia sibi pollicet̄. Decebat aūt audito semel a veritate ꝙ tētand⁹ esset nō ampli⁹ contēdere. Sed dñs vidēs eū ꝓsumptuose loquētē:ꝓmit tētatiōis speciē.s.ꝙ negatur⁹ eēt.vñ sequit̄:Et ille dixit dico tibi petre nō c.tabit hodie gall⁹:donec ter abneges nosse me. AMB. Petr⁹ quidē ⁊si spū ꝓmpt⁹ corporis tñ adhuc ifirm⁹ affectu denūciat̄ dñm negatur⁹. Neq͡ʒ enī poterat diuine cōstantiā itentionis equare. Passio dñi emulos habet: pares nō habet.

THEO. Hic aūt magnā doctrinā haurim⁹:ꝙ nō sufficit humanū ꝓpositū absq͡ʒ diuino subsidio. Petr⁹ enī q̄uis feruēs eēt:derelict⁹ tñ a deo subplātatus fuit ab hoste. BASI. Sciendū aūt ꝙ deo permittēte timorati lapsum patiunt̄ qūq͡ʒ ad fast⁹ precedētis remediū. Sed q̄uis idē videat̄ eē delictū timorati ⁊ alioꝝ:refert nō modicū: nā timorat⁹ et q̄busdā isidijs ⁊ pene ꝓut voluit peccauit. Alij vo nl'lā gerēdo curā neq͡ʒ sui neq͡ʒ dei peccāt:nō distiguētes īter peccare ⁊ agere virtuose.vñ reor ⁊ iussionis modū i eis debere fore diuersum. nā timorat⁹ quodā infamie idigēs:⁊ circa eandē rē erga quā peccauit iussa debꝫ ꝑferre. Alij vero cū totū bonū aie destruxerint:affligi ⁊ moueri ⁊ ꝑceptis subici debent: quousq͡ʒ ratū fit illis deū iustū iudicē eē ⁊ cōtremiscāt. AVG. de cō.euā. Hoc aūt qō hic dicit̄ de petri negatiōe ꝑdicta:oēs quidē euangeliste cōmemorāt:sed nō oēs ex vna eadēq͡ʒ occasione sermones ad eā cōmemorādā veniūt.nā matthe⁹ ⁊ marc⁹ eā subnectūt postea q̄ dñs egressus ē ex illa domo vbi mādūcauerāt pascha:lucas vero ⁊ iohānes anq͡ʒ inde esset egressus. Sed facile possem⁹ itelligere aut illos duos ea recapitulādo posuisse:aut istos ꝑoccupando:nisi magis moueret ꝙ tā diuersa nō tm̄ verba:sꝫ etiā sentētias dñi ꝑmittūt q̄bus ꝑmotus petr⁹ illā ꝑsumptionē ꝑferret:vel ꝓ dño vel cū dño moriēdi: vt magis cogāt itelligi ter eū expssisse ꝑsumptionē suā diuersis locis sermonis christi. ⁊ ter illi a dño responsum:ꝙ eū an̄ galli cantū esset negatur⁹.

¶ Et dixit eis: Quādo misi uos sine sacculo ⁊ pera ⁊ calciamētis: nūquid aliqd defuit uobis? At ille dixerūt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nūc q habet sacculū tollat: similiter ⁊ perā. Et q nō habet uēdat tunicā suā ⁊ emat gladiū. Dico eni uobis quoniā adhuc hoc quod scriptū est oportet ipleri in me: Et cū iniquis deputat⁹ est. Etenim ea q̄ sunt de me finē habēt. At illi dixerūt: Domine: ecce duo gladij hic. At ille dixit eis: Satis est.

¶ CIRYL. Predixerat aūt dñs petro ꝙ eū eēt negaturus:tēpore.s.sue captiōis. Sꝫ q͡ʒ semel facta ē mētio de captiōe ei⁹:cōsequēter nūciat superuenientem cōtra iudeos cōflictū.vñ dicit̄:Et dixit eis: Qñ misi vos sine sacculo ⁊ pera ⁊ calciamētis:nūquid aliqd defuit vobis? Miserat enī saluator sanctos apostolos ꝑdicare ciuitatib⁹ ⁊ oppidis regnū celoꝝ:pcipiens vt eūtes nulli⁹ corporaliū curā gererēt: sed i eo totā spem viuēdi reponerēt. CHRY. Sicut aūt q̄ docēt natare circa pricipiū q̄dē manus suas supponētes:attētius sustentāt suos discipulos:postea plerūq͡ʒ manū abstrahētes iubēt vt sibi opitulētur:q̄nimmo ⁊ paululū emergi ꝑmittūt: ita ⁊ christ⁹ fecit discipulis. In exordijs quidē ꝑsto i cūctis eis aderat:parās eis vberrime affluentiā oīm. vñ seqt̄: At illi dixerūt: Nihil. At vbi oportebat ⁊ ꝓprias vires ondere:subtraxit eis aliquātulū grām: iubēs eis et se nōnulla pagere.vñ seqt̄:Dixit ergo eis: sed nūc q̄ habet sacculū.quo.s.portat̄ pecunia. Tollat simlit̄ ⁊ perā.qua.s.portant̄ cibaria. Et quidē qñ nec calciamēta nec zonā habebāt:nō baculū nec es:nullius passi sūt penuriā.vt autē marsupiū cōcessit eis ⁊ perā:esurire vident̄ ⁊ sitire ⁊ nuditatē pati:ac si eis diceret: Hacten⁹ cūcta vobis vberrime affluebāt:nūc aūt volo vos ⁊ inopiam experiri: iōq͡ʒ non addico necessitati ꝑstine legis:sed mādo ⁊ loculū hr̄e ⁊ pe/

rā. Poterat aūt ⁊ de⁹ vsq; in finē eos ī tāta cōstitue
re copia: sed noluit ob multas cās: p̄mo quidē vt ni
hil sibi tribuerēt: sed recognoscerent totū emanasse
diuinit⁹: scōo vt moderari sibi sciāt: tertio ne maio
ra de se opinent̄. Horū igit̄ cā permittēs eos īcurre
re multa īopinatorū relaxauit p̄oris legis rigorem:
ne grauis ⁊ ītolerabil̄ fieret eis vita BEDA: Nō
enī eadē viuēdi regula p̄secutiōis qua pacis tēpore
discipulos īformat: missis quidē discipulis ad p̄di-
candū: ne q̄d tollerēt ī via p̄cepit: ordinās. s. vt q̄ euā
geliū nūciat de euāgelio viuat. Instāte vero mortis
articulo: ⁊ tota illa gēte pastorē simul ⁊ gregē perse
quēte: cōgruā tēpori regulā decernit p̄mittēs vt tol
lāt victui necessaria: donec sopita īsania p̄secutorū
tēpus euāgelizādi redeat. vbi nobis quoq; dat exē-
plū: iusta nōnunq̄ cā instāte: quedā de nostri p̄po
siti rigore posse sine culpa itermitti. AVG. contra
faustū: Nulla ergo īstātia p̄cipiētis sed rōne dispē-
santis p̄ tēporū diuersitate p̄cepta vel cōsilia vel p̄-
missa mutant̄. AMB. Qui aūt ferire p̄hibet: cur
emere gladiū iubet: nisi forte vt sit pata defensio: nō
vltio necessaria: ⁊ videri potuisse vīdicari sed nolu-
isse. vn̄ seq̄t̄: Et q̄ nō habet. s. sacculū. Uēdat tunicā
suā ⁊ emat gladiū CHRY. Quid est h̄: q̄ dixerat:
Siq̄s te p̄cusserit ī dextra gena: vertas ei ⁊ aliā: nūc
armat discipulos: ⁊ solo gladio. nā si penit⁹ armare
decebāt: nō solū oportebat gladiū possidere s; ⁊ scu
ta ⁊ galeas. Sed ⁊ si mille huiusmōi possiderēt ar-
ma: p̄ tot īsultib⁹ ⁊ insidiis populorū: tyrānorū: ur-
biū: nationū: qualiter. xi. opparerēt: ⁊ ex solo aspectu
agminū nō cōtremiscerēt: nutriti ī stagnis ⁊ fluuiis
Nō ergo putem⁹ eū iussisse vt gladios possiderent:
sed p̄ gladios īnuit īminētes īsidias iudeorū. vn̄ seq̄-
tur: Dico enī vo. qm̄ adhuc h̄ qd̄ scriptū ē oportet ī
pleri ī me: Et cū iniq̄s deputat⁹ ē. THEO. Cū. n.
ipi itēr se supra de p̄rogatiuis cōtenderit: Nō est in
q̄t tēpus p̄rogatiuarū īmo piculorū ⁊ cediū. nā ego
magister vester ducor ad mortē nō honorabilē cū
īpiis deputādus. Etenim ea q̄ sunt de me. s. p̄dicta fi
nē habēt. ī. īpletionē. Uolēs ergo violentū īsultū ī-
nuere: meminit gladii. nec p̄rsus reuelauit: ne tange
rent̄ accidia. nec p̄rsus obticuit: ne repentinis ag-
gressib⁹ fluctuarēt. sed postea recolētes mirarent̄:
quō seipm̄ precū exhibuit passioni p̄ salute hūana.
BASI. Uel dn̄s nō iubet portare marsupiū ⁊ pe
rā ⁊ emere gladiū: sed p̄dicit futurū: q̄. s. apostoli ob
liti tēpore passiōis donorū ⁊ legis dn̄i auderent su
mere gladios. sepi⁹ enī scriptura vtit̄ imp̄atiua s̄mo
nis specie loco p̄phetie. In plurib⁹ tn̄ libris nō īue
nitur: accipiat: tollat: vel emat: sed tollet ⁊ emet.
THEO. Uel p̄ h̄ p̄renūciat eis q̄ īcurrerēt famē ⁊
sitim: qd̄ īnuit p̄ perā: ⁊ aduersitates nōnullas: qd̄ ī
nuit p̄ gladiū. Uel aliter: qd̄ dn̄s dicit: Qui h; saccu
lū tollat similiter ⁊ perā. videt̄ s̄mo ad discipulos
fieri: s; reuera respicit quālibet iudei p̄sonā. q. d. Si
q̄s iudeorū abundat facultatibus congestis omni-
bus fugiat. Si aūt q̄s vltima oppssus penuria colit
regionē: hic etiā amictū vēdat ⁊ gladiū emat. Inua
det enī eos ītolerabilis īpetus pugne: vt nihil ad re
sistendū sufficiat. Deide pādit horū malorū cām: q̄r
s. passus ē penā p̄pbantis debitā cū latronib⁹ cruci-
fixus. Et cū ad hoc p̄uentū fuerit: sumet finē verbū
dispēsationis. Persecutorib⁹ aūt accidēt que a pro
phetis sūt p̄dicta. Hec igit̄ dn̄s p̄dixit de futuris re
gioni iudeorū. sed discipuli nō ītelligebāt p̄fundita-
tē dictorū putātes ob futurū p̄ditoris īsultū gladiū
op⁹ eē. vn̄ sequit̄: At ille dixe. Dn̄e ecce duo gladii h̄
At ille dixit eis: Satis ē. CHRY. Et quidē si hūa-
no eos volebat vti auxilio: nec centū sufficerent gla
dii. q̄ si nolebat eos vti hūano subsidio: ⁊ duo super
uacui sūt. THEO. Noluit ergo dn̄s eos rep̄hēde-
re quasi nō ītelligētes: sed dicēs Satis est: eos dimi
sit. Quidā aūt dicūt dn̄m ironice dixisse: Satis ē. q.
d. Ex quo duo sūt gladii sufficiāt nobis ad tantam
multitudinē: q̄ta nos debet īuadere. BEDA: Ut
duo gladii sufficiūt ad testimoniū spōte passi salua
toris: vn⁹ q̄ ⁊ apostolis audaciā pro dn̄o certādi ⁊
dn̄o virtutē medicādi doceret ī eē: alter q̄ nequaq̄
vagina exemptus ostēderet eos nec totū qd̄ potuere
p̄ eius facere defensione p̄missos. AMB. Uel q̄a
lex referre nō vetat: fortasse petro duos gladios of
ferēti satis eē dicit: quasi licuerit vsq; ad euāgeliū: vt
sit ī lege eq̄tatis eruditio: ī euāgelio bonitatis perfe
ctio. Est etiā gladi⁹ spiritalis vt vēdas patrimoniū
⁊ emas verbū quo mētis penetralia vestiunt̄. Est et
gladi⁹ passiōis: vt exuas corp⁹: ⁊ imolate carnis ex-
uuiis emat̄ tibi sacra corona martyrii. Mouet ad-
huc q̄ duos gladios discipli p̄tulerūt ne forte vnū
noui: vnū veteris testamēti sit. Deīde dicit dn̄s: Sa
tis ē: quasi nil desit ei quē vtriusq; testamēti doctri
na munierit.

¶ Et egressus ibat s̄m consuetudi
nem in montē oliuarū. Secuti sunt
aūt illū ⁊ discipuli. Et cū p̄uenisset
ad locū dixit illis: Orate: ne itretis
in tētationē. Et ipse auulsus ē ab eis
quantū iact⁹ ē lapidis: ⁊ positis ge
nib⁹ orabat dicēs: Pater si vis trās
fer calicē istū a me. Uerūtamē non
mea volūtas: sed tua fiat.

¶ BEDA: Tradēdus a discipulo dn̄s cōsueti seces-
sus locū quo facilime repiri possit adit. vn̄ seq̄t̄: Et
egressus ibat scd̄m ɔsue. ī mō. oli. CIRYL. De die
nāq; cōuersabat̄ hierosolymis: obscura vero nocte
succedēte ī montē oliuarū cū suis cōuersabat̄ disci
pulis. vn̄ subdit̄: Secu. sūt aūt ill. ⁊ disci. eius. BE-
DA: Pulchre aūt sui corporis mysteriis ībutos ī mō
tē oliuarū discipulos educit: vt oēs ī morte sua ba-
ptizatos: sanctispūs charismate cōfirmādos eē desi
gnet. THEO. Post cenā aūt nequaq̄ īertia ⁊ io
cus ⁊ somn⁹ occupāt dn̄m: s; oratio ⁊ doctrina. vn̄
seq̄t̄: Et cū p̄ue. ad lo. dixit illis: Orate ne ītretis ī tē
ta. BEDA: Impossibile q̄dē ē hūanā aīam nō tē
tari. vn̄ nō ait: Orate ne tētemini. s; orate ne ītretis
ī tētationē h̄ ē ne tētatio vos superet vltia CIRYL.
Sed ne solis verbis eis p̄desset: p̄cedēs paululum
orabat. vn̄ seq̄t̄: Et ipe auul. ē ab eis. quātū iact⁹ ē la
pidis. vbiq; inuenies eū semotū orantē: vt discas q̄
aīo attēto ⁊ corde q̄eto colloquendū ē cū deo sub-
limi. Nō aūt quasi egēs alterius suffragii p̄cib⁹ īste-

bat: q̄ ē oīpotētissima virtꝰ patris: sȝ vt discamꝰ nō eē ī tētationibꝰ dormitādū: sed magis orationibꝰ insistēdū. BEDA: Solꝰ etiā orat ꝓ oībꝰ: q̄ solꝰ erat passurꝰ ꝓ oībus: significās tantū oratione suā cētū ꝛ passionē a nostra distare. AVG. de que. euan. Auulsus ē aūt ab eis quātū iactꝰ lapidis tāq̄ typice admonuerit: vt ī eū dirigerēt lapidē. i. vsq̄ ad ipȝ pducerēt ītentionē legis que scripta erat ī lapide.

GRE. nisenꝰ: Quid aūt sibi vult flexꝰ genuum de quo dicit: Et posi. geni. ora. Hūanus quidē vsus est ꝓnos terre supplicare maiorībꝰ: facto ondētes fortiores eē q̄ rogant. Palā ē aūt humanā naturā nihil habere deo cōdignū. Et iō honorifica signa que īuicē exhibemꝰ: fatētes nos humiliores eē respectu excellētie ꝓximi: trāsumpsimꝰ ad obseq̄a īcōpabilis nature. vñ ille q̄ nostros lāguores portauit: ac ꝓ nobis ītercessit p hominē quē sumpsit genuflectit orādo: sanciēs nō eē supbiendū oratiōis tēpore: sed per oīa hūilitati cōformandū: q̄ deꝰ supbis resistit: dat aūt hūilibus grām. CHRY. Quelibet aūt ars v̄bis ꝛ operibꝰ ondītur ab eo q̄ docet: q̄ ergo dñs venerat doctorꝰ nos q̄libet virtutē: ob h̄ eadē dicit ꝛ facit. vñ q̄ iusserat verbis orare: ne ītrarēt ī tentationē: h̄ etiā ope docet. Seq̄t. n. Dicēs: Pr̄ si vis transfer cali. istū a me. Nō dicit Si vis: quasi ignorās an patri placeret. neq̄ eni magis ardua cognitio ē: hac cognitiōe paterne substātie: quā ipe solꝰ pspicaciter nouit sm̄ illud: Sicut nouit me pr̄: ꝛ ego noui patrē. neq̄ h̄ dicit quasi respuēs passionē. Qui eni cōminatꝰ ē discipulo volēti eiꝰ passionē īpedire vt sathanā eū vocaret post multa p̄conia: q̄liter crucifigi nolebat? Cur igit ita dictū ē: cōsideres quātum erat audire: q̄ deꝰ ieffabilis: q̄ quelibet ītellectū trāscēdit. voluit vterū subire virgineū: lac suggere: ꝛ humana queq̄ pati. Quoniā ergo fere īcredibile erat qō erat futurū: p̄mo quidē misit ꝓphetas h̄ nūciantes: postea ipe īdutus carne veniēs vt nō phātasma putaret: pmittit carnē ferre naturales defectꝰ: esurire: sitire: ꝛ dormire: laborare: affici: ꝛ anxiari: ob h̄ ꝛ recusat mortē verā hūanitatē demōstrās. AMBRO. Dicit ergo: Si vis trāsfer a me cali. istū quasi hō mortē recusās: q̄si deꝰ sentētiā suā seruās. BEDA: Uel trāsferri a se calicē postulat: nō quidē tiore patiēdi: sed misericordia p̄oris populi: ne ab illo bibat calicē ꝓpinatū. vñ ꝛ signāter nō dicit: Transfer a me calicē: sed calicē istū: h̄ ē populi iudeorū: q̄ excusationē ignorātie habere nō pōt: q̄ me quottidie vaticinant. DIONY. Alexandrinꝰ Uel q̄ dicit: Trāsfer calicē istū a me. nō ē h̄. nō adueniat mihi. nisi eni aduenerit trāsferri nō poterit. Igit vt sēsit iā p̄sentē: cepit affici ꝛ tristari: ꝛ quasi iā propinquante eo dicit. Trāsfer calicē hūc. Sicut eni qō p̄terit: nec ītactū ē nec pmanēs: sic ꝛ saluator leniter īuadentē tētationē flagitat pelli: ꝛ h̄ ē nō ītrare in tētationē: qō cōsulit eē orandū. pfectissimꝰ aūt modus tētatiōes euitādi manifestat cū dicit: Uerūtñ nō mea volūtas: sed tua fiat. deꝰ enī iexptus est malorū. Uult aūt nobis bona largiri supra id qō petimus vel ītelligimꝰ. ergo pfect ī volūtatē patris quā ipe nouerat: petit fortui effectū: que eadeȝ ē ꝛ sua secūdū deitatē. Renuit aūt ipleri humanā volūtateȝ quā dicit suā: paterna volūtate minorē. ATHA. Geminū eni hic velle ondit: alterū quidē hūanū qō ē carnis: alterū vero diuinū. hūanitas eni ob carnis fragilitatē recusat passionē: sed diuinꝰ eiꝰ affectus affectāter ei sibi hīt eo q̄ nō esset possibile eū detineri a morte. GRE. nisenꝰ: Appollinaris aūt asserit q̄ christꝰ nō habuit sm̄ terrenā naturā ꝓpriā volūtatē. sed solū ī christo ē volūtas dei: q̄ de celo descēdit. Dicat ergo quā volūtatē vult dñs nequaq̄ euenire? Neq̄ eni deitas aufert ꝓpriā volūtatē. BEDA. Appropinquāis eni passioni saluator īfirmantiū ī se vocē sumpsit: vt cū hoc īminet qō fieri volumus: sic p īfirmitatē petamꝰ: vt nō fiat quatenus p fortitudinē pati simus: vt volūtas cōditoris nostri etiā cōtra nostrā volūtatē fiat.

¶ Apparuit autē illi angelꝰ de celo cōfortās eū. Et factꝰ in agonia ꝓlixius orabat. Et factꝰ ē sudor eius sicut gutte sanguinis decurrētis ī terram. Et cū surrexisset ab oratiōe ꝛ uenisset ad discipulos suos: inuenit eos dormiētes p̄ tristicia. Et ait illis Quid dormitis? Surgite orate: ne ītretis in tentationem.

¶ THEO. Ut nobis inotesceret oratiōis virtꝰ. quatenꝰ eā aduersis p̄ponamꝰ: orās dñs ab angelo confortat: vt dicit: Apparuit aūt illi angelꝰ de celo cōfortās eū. BEDA: Alibi legimꝰ q̄ angeli accesserūt ꝛ mistrabāt ei. In documēto ergo vtriusq̄ nature angeli ꝛ ei mistrasse ꝛ eū cōfortasse dicit. Creator eni creature sue nō eguit p̄sidio. sed hō factus. sicut ꝓpter nos tristis ē. ita ꝓpter nos cōfortatur. THEO. Quidā aūt dicūt: q̄ apparuit ei angelus glorificās eū ꝛ dicēs: Dñe tua ē virtꝰ. tu nāq̄ potes cōtra mortē ꝛ infernū genꝰ humanum liberare. CHRY. Et q̄ nō phātastice sed vere nostrā carnē suscepit: vt approbet dispēsationis veritatē: ꝛ opiletur hereticorū ora: queq̄ hūana sustinet. Seq̄t eniȝ Et fa. ī agonia ꝓlixius orabat. AMB. Doxēt plerīq̄ h̄ loco: q̄ tristiciā saluatoris ad argumētum inolite ponꝰ a p̄cipio q̄ suscepte ad tēpus īfirmitatis īclinār. Ego aūt nō solū excusandū nō puto: sed nusq̄ magis pietatē eiꝰ maiestatēq̄ demiror. Minꝰ eniȝ ɔtulerat mihi nisi meū suscepisset affectū. Suscepit eni tristiciā meā vt mihi suā leticiā largiret. Cōfidēter tristiciā nomio. q̄ crucē p̄dico. Debuit ergo dolorē suscipe: vt vinceret. Neq̄ eni habēt fortitudinis laudē q̄ stuporē magis vulnerū tulerit q̄ dolorem. Nos ergo voluit erudire quēadmodū mortē: ꝛ qō ē amplīꝰ. future mortis mesticiā vinceremꝰ. Doles ergo dñe nō mea. sed tua vulnera. Infirmatꝰ ē. n. ꝓpter delicta nostra. ꝛ fortasse tristis est iō. q̄ post ade lapsum tali trāsitu nobis erat ex h̄ seculo recedenduȝ vt mori eēt necesse. Nec illud distat a vero. Sed tristis erat ꝓ psecutoribꝰ suis quos sciebat ī malis sacrilegij penas daturos. GRE. xxiiij. mor. Appropiquāte etiā morte nostre mētis ī se certamē expsiticā

tim quandā terroris ac formidinis patimur: cū per solutionē carnis eterno iudicio ꝓpinquam⁹ nec īmerito: qm̄ aīa post pusillū h̄ īuenit qd̄ ī eternū mutare nō possit. THEO. Qd̄ aūt hūane nature foret p̄missa oratio: nō aūt diuine vt dicūt arriani. patet etiā ex eo qd̄ subdit. Seq̄t̄ eni: Et fa. ē su. ei⁹ sicut gutte san. decurrētis ī terrā. BEDA: Nemo sudorē hūc īfirmitati deputet: q2 cōtra naturā ē sudare sanguinē: sed poti⁹ itelligat p̄ h̄ nobis declaratū q̄ effectū iā sue p̄cis obtineret: vt. s. fidē discipuloꝝ quā terrena adhuc fragilitas arguebat: suo sanguine purgaret. AVG. ī sentē. ꝓsperi: Orās etiā cum sudore sanguineo dn̄s significabat de corꝑe suo toto qd̄ ē ecclesia manatura martyria. THEO. Ut h̄ ꝓuerbialiter dicit̄ de eo q̄ vehemēter sudauit: q̄ sudauit sanguinē. Uolēs igit̄ euāgelista innuere q̄ grossis sudorū guttis madebat: sumit guttas sanguinis ad exemplū. P⁹ h̄ aūt īueniens discipulos dormientes p̄ tristicia īproperat eis: simul admonēs vt orarēt. Seq̄t̄ eni: Et cū surrexisset ab ora. ⁊ venis. ad disci. su. īuenit eos dormiētes p̄ tristicia. CHRY. Erat eni intēpestū noctis: ⁊ discipuloꝝ oculi p̄ angustia p̄mebant̄: ⁊ erat somn⁹ nō corporis: sed meroris. AVG. de cō. euā. Non aūt expꝛssit hic lucas quota oratiōe dn̄s ad discipulos venerit: nihil tn̄ h̄ mattheo ⁊ marco repugnauit. BEDA: Demonstrat aūt dn̄s cōsequenter: q2 ꝓ discipulis orauerit: quos monet orationū suarū vigilādo: ⁊ orando existere p̄ticipes. Seq̄t̄ eni: Et ait illis: Quid dormitis surgite ⁊ orate: ne itretis ī tētationē. THEO. H° ē ne a tētatiōe supent̄. Hoc eni ē nō iduci in tētationē: nō demergi ab ea. Uel simpliciter nos iubet orare: vt trāquilla sit nostra vita: nec īmergamur in aliqd̄ molestoꝝ. Diabolicū eni ē ⁊ superbū quenq̄ se in tētationē p̄cipitare. vn̄ ⁊ iacob⁹ nō dixit: Inijcite vos ī tētatiōes: sed Cū icideritis: oē gaudiū estimate: de inuito volūtariū faciētes.

¶ Adhuc eo loquēte: ecce turba: ⁊ q̄ uocabat̄ iudas un⁹ de duodecim antecedebat eos: ⁊ appropinquauit iesu: ut oscularet̄ eū. Jesus autē dixit illi: Juda osculo filiū hoīs tradis? Uidētes autē hi q̄ circa ipsum erāt qd̄ futurū erat: dixerūt ei: Domine: si p̄cutim⁹ in gladio? Et percussit un⁹ ex illis seruū principis sacerdotū: ⁊ amputauit auriculā eius dexterā. Rn̄dens autē iesus ait: Sinite usq3 huc. Et cū tetigisset auriculā eius sanauit eū. Dixit autē iesus ad eos q̄ uenerāt ad se principes sacerdotū ⁊ magistrat⁹ tēpli ⁊ seniores. Quasi ad latronē existis cum gladijs ⁊ fustib⁹: Cū quotidie uobiscū fuerim in tēplo: non extendistis manus in me. Sed hec est hora uestra ⁊ potestas tenebrarum.

¶ GLO. Premissa oratiōe christi: subijcit̄ de ei⁹ ꝓditione: qua a discipulo ꝓdit̄. Dicit̄ eni: Adhuc eo loquēte: ecce turba ⁊ q̄ vocat̄ iudas vn⁹ de. xij. antecedebat eos. CIRYL. Dicit aūt q̄ vocabat̄ iudas: q̄si nomē ei⁹ habēs exosum: addit autē vn⁹ de. xij. ad significātiā neq̄cie ꝓditoris. Nā q̄ honoratus fuerat eq̄ apostolis fact⁹ ē occasiōis cā ī christū. CHRY. Sicut eni īsanabilia vulnerū nec austeris medicamētis obediūt: nec demulcētib⁹: sic aīa vbi semel ē captiuata: ⁊ si ipsam dederit cuicūq3 peccato nullū emolumētū ex admonitiōib⁹ cōsequetur: qd̄ ⁊ inde accidit a ꝓditiōe nō cessanti: q̄uis oīmō doctrine eēt a christo cohibit⁹. vn̄ seq̄t̄: Et appropiquauit iesu vt oscularet̄ eū. CIRYL. Immemor eni glorie christi: putauit forsitā posse latēter agere: ausus precipuū dilectiōis signū: organū effice doli. CHRY. Nō aūt discedēdū ē a fratrū admonitiōe: quāq3 nihil ꝓpter nostra verba eueniat: nā ⁊ riuuli ⁊ si null⁹ hauriat fluūt: ⁊ si forsan nō p̄suaseris hodie: poteris forsan cras. Piscator eni p̄ totā diē vacua trahens rhetia: circa sero piscē capit. vn̄ dn̄s ⁊ si sciret iudā n̄ cōuertēdū: nō destitit facere: q̄ sua itererat. Sequit̄ eni: Jesus aūt dixit ei: Juda osculo filiū ho. tradis?
AMB. Per iterrogationē ꝓnunciandū puto: q̄si amātis affectu corripiat ꝓditorē. CHRY. Proprīū aūt nomē ponit: qd̄ magis dolētis erat ⁊ reuocātis: q̄3 ꝓuocati ad irā. AMB. Dicit aūt Osculo tradis: h̄ ē amoris pignore uuln⁹ īfligis: ⁊ pacis instrumēto mortē irrogas: Seruus dn̄m: discipulus ꝓdis magistrū: elect⁹ auctorē? CHRY. Nō autē dicit: Tradis magistrū: tuū dn̄m tuū: bn̄factorē: sed Filiū ho. Hoc ē māsuetū ⁊ mitē: q̄ si nō esset magister ⁊ dn̄s: q2 tn̄ tā suauiter erga te gessit: nō eēt a te ꝓdendus. AMB. Magna o dn̄e significatio ptātis: magna disciplina virtutis: ⁊ cōsiliū ꝓditōis api tur: ⁊ adhuc patiētia nō negat̄. Ōndit deū quē proderet: dū occulta manifestat. ōndit quē traderet: dū dicit Filiū hoīs: q2 caro nō diuinitas cōprehēditur. Illud tn̄ plus cōfutat igratū q̄ eū tradiderit: q̄ cū esset dei Fili⁹: ꝓpter nos fili⁹ hoīs eē voluit3. q. d. ꝓpter te suscepi igrate qd̄ tradis hypocrita.
AVG. Hoc ergo dn̄s cū tradere p̄mo dixit qd̄ ait lucas: Juda osculo fi. ho. tra. Deide quod matthe⁹ Amice ad q̄d venisti? Deide id qd̄ iohānes commemorat. Quē queritis? AMB. Osculat⁹ ē aūt eum dn̄s nō quo simulare nos doceat: sed vt neq3 ꝓditorē refugere videret̄: ⁊ pl⁹ afficeret ꝓditorē cui amoris officia n̄ negaret. THEO. Zelant̄ aūt discipuli ⁊ gladios euaginā t. vn̄ seq̄t̄: Uidētes aūt hi q̄ circa ipm̄ erāt qd̄ futurū erat: dixerūt ei: Dn̄e si p̄cutimus ī gladio? Sed qualiter hn̄t gladios: q2 mactauerāt agnū: ⁊ a mēsa discesserāt. Alij aūt discipuli q̄runt an p̄cuterēt: sed petr⁹ vbiq3 feruēs ꝓ dn̄o persuasionē nō expectat: sed p̄cutit seruū pontificis. vn̄ seq̄t̄: Et p̄cussit vn⁹ ex illis ser. princi. sacer. ⁊ ampu. auriculā ei⁹ dexterā. AVG. de cō. euan. Qui p̄cussit s̄m iohānē petr⁹ erat: quē aūt p̄cussit malch⁹ vo

cabaƭ. AMB. Eruditꝰ enī ī lege petrꝰ ꝓmptꝰ affectu: q̇ sciret phinees reputatū ad iusticiaz q̄ sacrilegos pemisset: pcussit pncipis seruū. AVG. de cō. euā. Deide lucas dicit: Rn̄dens aūt iesus ait: Sinite vsq̧ huc. Et h̄ ē qḋ matthęꝰ cōmemorat: Conuerte gla. tuū ī locū suū. Nec moueat q̄si cōtrariū sit: qḋ lucas hic dicit dn̄m respōdisse: Sinite vsq̧ huc. q̄si post istā pcussionē ita dictū fuerit: vt placuerit ei vsq̧ huc factū: sed ampliꝰ fieri noluerit: cū ī verbis q̄ matthęꝰ posuit: ītelligaƭ potiꝰ totū factū quo visus ē gladio petrꝰ dn̄o displicuisse. Illud enī veruz ē: q̄ cū īterrogassēt dicētes: Dn̄e: si pcutimꝰ in gladio: tūc rn̄dit: Sinite vsq̧ huc. i. nō vos moueat qḋ futurū ē: pmittēdi sūt huc usq̧ pgredi: h̄ est vt me apprehēdant: ⁊ impleanƭ q̄ de me scripta sūt. Nō enī diceret: Rn̄dens aūt iesus: nisi ad īterrogationē eoruz rn̄deret: nō facto petri. Sed iter moras verborū interrogātiū dn̄m: ⁊ illiꝰ rn̄dētis Petrꝰ auiditate defensionis pcussit. Sz nō potuit simul dici: que simul fieri potuerūt tūc sicut dicit lucas sanauit eū: q̇ pcussꝰ erat. Seqͭ enī: Et cū tetigisset auriculā eiꝰ sanauit eū. BEDA: Nūq̧ enī pietatis sue dn̄s obliuiscitur. Illi iusto mortē īferūt iste psequētiū vulnera sanat. AMB. Sz cū dn̄s vulnere cruentū detersit: mysteria diuina subiecit: vt seruus pncipis mūdi nō nature cōditiōe: sed culpe auris vulnꝰ exciperet: q̇ non audisset verba sapiētie. Aut si petrꝰ volēs pcussit aurē: docuit q̄ aurē ī spem habere nō deberet: quā ī mysterio nō haberet. Sz quare petrꝰ: qꝛ ip̄e ligādi ⁊ soluēdi adeptꝰ ē ptātē. ⁊ iō tollit gladio spiritali aurē īteriorē male ītelligētis. Sed dn̄s ip̄e refūdit auditū demōstrās ⁊ ip̄os si cōuertanƭ posse sanari q̇ ī passione dn̄i vulnerati sūt: eo q̄ oē peccatū fidei mysterijs abluaƭ. BEDA: Uel seruꝰ iste populꝰ ē iudeorū: pncipibꝰ sacerdotū ī debito mācipatꝰ officio: q̇ ī passiōe dn̄i dexterā auriculā. i. spiritalē legis intelligentiam perdidit: que scilicet auris Petri gladio deciditur: non q̄ ille sensum intelligendi audientibus tollat: sed diuino ablatum iudicio negligentibus pandat. Uerum eadez dextera auris in his que in eodem populo crediderunt diuina dignatione pristino est restituta officio. Sequitur: Dixit autem iesus ad eos qui venerant ad se principes sacerdotum ⁊ magistratus templi ⁊ seniores: Quasi ad latronem existis cum gladijs ⁊ fustibus. CHRYS. Accesserunt enim nocte timentes multitudinis impetum ⁊ ideo dicit: quid vobis opus erat his armis in eum qui vobiscum est semper. ⁊ hoc est quod sequitur: Cum quotidie vobiscum fuerim in templo non extendistis manus in me. CIRYL. Ubi non inculpat dominus presides iudeorum q̄ non sibi mature parauerant insidias mortis: sed arguit eos qui temere opinabantur eum se inuasisse ipso inuito: ac si dicat: Tunc non cepistis me: quia nolebam ⁊ nec nunc possetis: nisi me sponte vestris subijcerem manibus. vnde sequitur: Sed hec est hora vestra id est paruum tempus concessum est vobis exercende in me vestre superbie patre votis meis fauente. Dicit etiam q̄ hec potestas est tenebris data id est diabolo: ⁊ iudeis insurgendi ī christum. Et hoc ē qḋ subdiƭ: Et ptās tenebraꝝ. BEDA. q. d. Ideo aduersum me in tenebris cōgregamini: quia potestas vestra qua sic contra lucem mundi armamini. in tenebris est. Queritur autem quomō iesus principes sacerdotum: magistratus templi: ⁊ seniores qui ad se venerunt alloqui dicatur: cum apud alios euangelistas non ipsos venisse: veruz in atrio cayphe expectantes ministros misisse perhibeantur. Sed huic contrarietati rn̄detur: q̄ illi non per seipsos: sed per eos quos miserunt ad apprehendendum christum: in sue iussionis potestatem venerunt.

Cōprehēdentes aūt eū: duxerūt ad domum pricipis sacerdotuz: petrꝰ uero seq̄baƭ eū a lōge. Accenso autē igne i medio atrij: ⁊ circūsedentibꝰ illis: erat petrꝰ in medio eoruz. Quē cū uidisset ancilla quedā sedētem ad lumē: ⁊ eū fuisset intuita: dixit: Et hic cū illo erat. At ille negauit eū dicēs: Mulier nō noui illuz. Et post pusillū aliꝰ uidēs eū dixit: Et tu de illis es. Petrꝰ uero ait: O hō nō sum. Et iteruallo facto quasi horę uniꝰ: aliꝰ qdā affirmabat dicēs Uere ⁊ hic cū illo erat: nā ⁊ galileus ē. Et ait petrꝰ: Hō nescio qd dicis. Et cōtinuo adhuc illo loquēte cantauit gallus. Et conuersus dominus respexit petrum. Et recordatus est petrus uerbi domini: sicut dixerat: quia priusq̄z gallus cantet ter me negabis. Et egressus foras petrꝰ fleuit amare.

¶ AMBROSIVS: Non intellexerunt infelices mysterium: nec venerati sunt tam clementem pietatis affectum q̄ etiam hostes suos non passus est vulnerari. Dicit enim: Comprehendentes autē euz duxerunt ad domum principis sacerdotum. Cum legimus teneri iesum: caueamus ne putemus eum teneri s̄m diuinitatem: ⁊ inuitum quasi infirmum: tenetur enim ⁊ ligatur scōm corporis veritatem. BEDA: Princeps autem sacerdotum caypham significat: qui s̄m iohannem erat pontifex anni illius. AVGVSTI. de concor. euāgelistaꝝ: Sed primo ad annam ductus est socerum cayphe: sicut iohānes dicit q̄s ad cayphā: vt matthęꝰ dicit. Marcꝰ aūt ⁊ lucas nomē nō dicūt pōtificis. CHRY. Iō autē duciƭ ad domum pontificis: vt de cōsensu pncipis sacerdotum singula queq̧ facerent illuc eniz omnes cōuenerāt christū p̄stolātes: magnus autez feruor petri ostēdiƭ qui nō aufugit: cū alios fugientes vidisset. Sequiƭ enī: Petrꝰ aūt sequebaƭ eum a lōge. AMBRO. Bene a lōge sequebaƭ iaz primꝰ

negat̃:nec̃ꝫ.n.negare potuisset:si christo prim⁹ ad/
hesisset. Sed in hoc fit reuerēd⁹ ꝙ dñm nō reliquit:
etiā cū timeret met⁹ nature est cura pietatis. BED.
Qđ aūt ad passionē eūtē dñm a lōge sequit̃ petrus:
significat ecclīam secuturā qđ est imitaturā passio
nē dñi:sed lōge differēter. ecclīa eni ꝓ se patit̃:at il/
le ꝓ ecclesia. AMBRO. Jā aūt in domo p̄ncipis
sacerdotū ignis ardebat. vñ sequit̃: Accē.aūt igne i
me.atrij ꝛ circū.il.erat pe.in me.eorū. Accessit petr⁹
vt calefacēt se: quia clauso dño calor mētis iā in eo
refrigerat. CHRY. Tradite eni erāt petro claues
regni celoꝝ:credēda erat ei ppl'oꝝ inumera mltitu/
do:que eēt inuoluta peccatis. Erat aūt petr⁹ paulo
durior:sicut trūcata serui p̄ncipis sacerdotū decla/
rat auricula. Hic igit̃ tam dur⁹ tāq̃ seuer⁹:si donū
nō peccādi fuisset adept⁹:q̃ venia cōmissis populis
donaret̃? quē diuina ꝓuidētia ꝑmisit:ꝙ p̄mo ip̄e la
beret̃ in peccatū:quo erga peccātes duriorē senten
tiā ꝓprij casus intuitu tēparet. ꝛ cū se calefacē vellꝫ
ad prunas:accessit ad eū puella de qua sequit̃: Quē
cum vidisset ancilla quedā sedentē ad lumē:ꝛ eum
fuisset intuita dixit: Et hic cum illo erat. AMB.
Quid sibi vult ꝙ p̄mo eum prodit ancilla:cum viri
vtiq̃ magis potuerit eum recognoscere: nisi vt iste
sex⁹ peccare in nece dñi videret̃:vt ꝛ iste sex⁹ redime
ret ꝑ dñi passionē. Petr⁹ aūt ꝑdit⁹ negat: malo eniꝫ
negasse petrū q̄ꝫ dñm fefellisse. vñ seq̄t̃: At il.ne.di.
Mulier nō noui illū. CHRY. Quid ais o petre?
Vox tua repēte mutata est. os et plenū fidei ꝛ amo
ris:in odiū ꝑfidiāq̃ cōuersum est: nō tibi flagella:
nōdū sunt admota tormēta:qui te interrogat:nul/
lus est eoꝝ qui aucte sui possit formidinē incutē cō
fitenti. mulier te simplici voce interrogat:ꝛ forte nec
ꝓditura ꝯfessū:nec tamē mulier sed puella hostia/
ria:vile mācipiū. AMBRO. Sꝫ iđ negauit petr⁹
qꝛ ꝑmisit incaute. nō negat in mōte:nō i tēplo: nō
in sua domo:sꝫ in p̄torio iudeoꝝ. Ibi negat:vbi ies⁹
ligat⁹ est:vbi veritas nō est. Negās aūt dicit: Non
noui illū. temerariū q̄ppe erat: vt dicēt qꝛ nouerat
eū:quē mēs humana nō pōt ꝯphendē: nemo.n.no
uit filiū nisi pr̄. Rursum secūda vice negat christū.
Sequit̃.n. Et post pusillū ali⁹ vidēs eū dixit: Et tu
de illis es. AVG. de con.euā. Intelligit̃ aūt ꝙ in
hac secūda negatōe a duob⁹ ē ꝯpellat⁹:ab ancilla.s.
quā ꝯmēorāt matthe⁹ ꝛ marc⁹: ꝛ ab alio quē ꝯmēo
rat lucas. Hoc g̃ qđ h̄ lucas dicit:ꝛ post pusillū iaꝫ
egressus erat ianuā petr⁹: ꝛ p̄mū gall⁹ cātauerat vt
marc⁹ dicit: Jā redierat:vt queadmodū dicit iohēs
ad focū stās iterꝫ negaret:de q̄ negatōe seq̄t̃: Pe.vo
ait:o hō nō sū. AMB. Maluit.n.se negare:q̄ꝫ xp̄ꝫ
aut qꝛ videbat̃ negare christi societatē: vtiq̃ se nega/
uit BED. In hac āt negatōe petri dicim⁹ nō solū
ab eo negari christū q̄ dicit eū nō eē christū:sꝫ ab il/
lo etiā q̄ cū sit negat se eē christianū. AMB. Ter/
tio quoq̃ interrogat̃. Seq̄t̃.n. Et int̃.fa.q̄.ho.vnius:
ali⁹ q̄.affir.di. Ve ꝛ h̄ cū il.erat. AVG. de cō.euā.
Qđ matth. ꝛ mar.dicūt p⁹ pusillū:q̄ꝫtū eēt h̄ temp̄is
mānifestat h̄ lucas dicēdo: Et interuallo facto quasi
hore vni⁹. de hoc aūt interuallo tacet iohānes. Item
ꝙ matthe⁹ ꝛ marc⁹ non singulari sed plurali nūero
enūciāt eos q̄ cū petro agebāt:cū lucas ꝛ iohēs vnū
dicāt:facile ē intelligē:aut pluralē nūeꝝ ꝓ singula/
ri vsitata locutiōe vsurpasse mattheū ꝛ marcū: aut
ꝙ vn⁹ maxime tanq̄ q̄ eū viderat affirmabat: ceteri
autē secuti ei⁹ fidē petrū sic vrgebāt. Jā vo illud qđ
matthe⁹ ip̄i petro dictū asseuerat: None te vidi i or
to? Marc⁹ aūt ꝛ lucas int̃ se illos de petro locutos
aut sniam intelligim⁹ tenuisse eos: q̄ ꝯpellatū dicūt
petrū: tātū.n.valet qđ de illo corā illo dicebat̃: q̄ꝫtū
si illi diceret̃: aut vtroq̃ modo dictū: ꝛ alios hunc
alios illū modū ꝯmēorasse. BED. Subdit autem
Nā ꝛ gali.ē. nō ꝙ alia ligua galilei:atq̃ alia loque
rent̃ hierosolymite: q̄ vtriq̃ fuerūt hebrei: sꝫ ꝙ vna/
q̄q̃ ꝓuīcia ꝛ regio suas hn̄do ꝓprietates: vsitatuꝫ lo/
quēdi sonū vitare nō possit. Seq̄t̃: Et ait pe. O hō:
ecce vir nomie ioseph q̃ erat decurio. BEDA: Decurio vocatur ꝙ sit de ordie curie: ⁊ officia curie administret: q̃ etiã curialis a ꝓcurãdo mima ciuilia solꝫ appellari. Magne ergo ioseph dignitatis apud seculũ: sed maioris apud deũ meriti fuisse laudat᷑. vñ seq̃t᷑: Uir bon⁹ ⁊ iust⁹: hic nõ cõsen. cõsi. i acti. eoꝝ: ab arimathia ciuitate iudee. Arimathia ipa ẽ ramatha ciuitas helcane ⁊ samuelis. AVG. de cõ. euã. Dicit aũt iohãnes ꝙ erat discipul⁹ iesu. vñ ⁊ hic subdit᷑: Qui expecta. ⁊ ipe regnũ dei. Merito aũt monet: Cur ille q̃ ꝓp timorẽ occult⁹ erat discipul⁹: ausus sit petere corp⁹ ei⁹: qd̃ null⁹ eorũ q̃ euꝫ palã seq̃bant᷑ auderet. Sequit᷑ enĩ: Hic accessit ad pilatũ: ⁊ petijt corp⁹ iesu. Sꝫ itelligẽdũ ẽ istũ fiducia dignitatis hoc fecisse qua ꝓdit⁹ poterat familiariter itrare ad pilatũ. In extremo aũt illo officio funeri exhibẽdo min⁹ videt᷑ curasse de iudeis: quãuis soleret i dño audiẽdo eorũ inimicitias deuitare. BEDA: Sic igit᷑ ꝑ iusticiã meritorũ sepeliẽdo corpi dñico: dign⁹ fuit ꝑ nobilitatẽ potẽtie secularis illud impetrare. vñ seq̃t᷑: Et depositũ iuoluit i syndo. Ex simplici sepultura dñi ambitio diuitũ condẽnat᷑: q̃ nec in tumulis quidem possint carere diuitijs. ATHA. Enormiter etiã agũt q̃ cõdiũt corpa mortuoꝝ ⁊ ea nõ sepeliũt etiã si sãcta sint. q̃d enĩ sancti⁹ aut mai⁹ dñi corpe: qd̃ tñ i monumẽto positũ est: donec die tertia resurrexit. Seq̃t᷑ enĩ: Et posuit eũ i monumento exciso. BEDA: Si nõ de petra sed ex multis lapidib⁹ edificatũ eẽt: post resurrectionẽ suffossis tumuli fundamẽtis ablat⁹ furto diceretur. In nouo etiã ponit᷑ monumẽto. Nã seq̃t᷑: In quo nondũ q̃squã posi. fue. ne post resurrectionẽ ceteris corpib⁹ remanẽtibus: surrexisse alius suspicaret᷑. q̃ꝛ vero sexta die hõ fact⁹ ẽ: recte dñs sexta die crucifix⁹ hũane reparatiõis iplenit arcanũ. vñ seq̃t᷑: Et erat dies parasceues qd̃ ꝓparatio interꝑtat᷑: quo noie sextã feriã appellabãt: q̃ꝛ ea die q̃ i sabbatũ forẽt necessaria ꝓparabãt. q̃ꝛ vero septio die reqeuit cõditor ab ope suo: sabbato dñs i sepulchro reqeuit. vñ seq̃t᷑: Et sabba. illucescebat. Supra aũt legim⁹: q̃ꝛ stabãt oẽs noti ei⁹ a lõge: ⁊ mulieres q̃ secute erãt eũ. his ergo notis iesu p⁹ depositũ ei⁹ cadauer ad sua remeãtib⁹ sole mulieres q̃ arti⁹ amabãt fun⁹ subsecute quo poneret᷑ ispicere cupiebãt. Seq̃t᷑ enĩ: Subsecute aũt mulieres que cũ ipo venerãt de galilea viderũt monumẽtũ. ⁊ quẽadmodũ posi. erat cor. ei⁹. vt. s. ei tpe cõgruo munus possẽt sue deuotionis offerre. THEO. Neq꜄ tñ fidẽ debitã adhuc habebãt: sꝫ q̃si puro homi aromata ⁊ vnguẽta ꝑabãt more iudeoꝝ q̃ talia exhibebãt defunctis. vñ seq̃t᷑: Et reuer. ꝑaue. aroma. ⁊ vnguenta. BEDA: Sepulto enĩ dño q̃diu licebat opari. i. vsq꜄ ad solis occasum vnguẽtis ꝓparandis erãt occupate. Mandatũ aũt erat: vt sabbati silẽtiũ. i. q̃es a vespa vsq꜄ ad vesperã seruaret᷑. Seq̃t᷑ enĩ: Et sabbato q̃dẽ siluerũt scd̃m mãdatũ. AMB. Mystice ãt iust⁹ christi corp⁹ sepelit. Talis enĩ ẽ christi sepultura q̃ fraudẽ iniq̃tatẽq꜄ nõ habeat. Merito aũt matthe⁹ hũc diuitẽ dixit: suscipiẽdo enĩ diuitẽ nesciuit fidei pauꝑtatẽ. iust⁹ corp⁹ christi operit syndone vesti: ⁊ tu dñi corpus gloria sua: vt ⁊ ipse sis iust⁹: ⁊ si mortuũ credis: opi tñ diuinitatis plenitudĩe sue: sꝫ ⁊ vestit᷑ ecclesia inocẽtie grã. BEDA: Ille etiã in syndone mũda iuoluit iesum q̃ pura eũ mẽte suscepit. AMB. Nec ociose ali⁹ euãgelista monumẽtũ nouũ dixit: ali⁹ monumẽtũ ioseph. etenĩ tumul⁹ hĩs ꝑatur q̃ sub lege sũt mortis. victor mortis tumulũ suũ nõ habet. Que enĩ cõicatio tumulo ⁊ deo? solus enĩ tumulo icludit᷑ q̃ꝛ mors christi etsi sit cõmunis scd̃m naturã: specialis ẽ scd̃m virtutẽ. Hñ autẽ christ⁹ i monumẽto cõditur iusti: vt iusticie habitatiõe requiescat: monumẽtũ enĩ hoc i duricie gentilis petra iust⁹ excidit: penetralis verbi in nationib⁹ virt⁹ christi. Quicũq꜄ in se bene humauerit christuꝫ: diligẽter custodiat ne eũ ꝑdat: ne ve ꝑfidie sit ingressus. BEDA: Quod autẽ dñs sexta die crucifigit᷑: septima i sepulchro quiescit: significat ꝙ i sexta mũdi etate: nos ꝓ dño pati: ⁊ velut mũdo crucifigi necesse ẽ. In septima vero. i. post mortẽ corpa quidem i tumulis: aĩe vero cũ dño reqescũt vsq꜄ nũc. ⁊ mulieres sancte. i. aĩe humiles dilectiõe feruẽtes passioni christi diligẽter obsequũtur. ⁊ si forte valeãt imitari: sedula curiositate quo ordine sit eadem passio cõpleta ꝑpendũt: qua lecta: audita: recordata: mox ad paranda se opera virtutũ q̃bus christ⁹ delectet᷑ cõuertũt: vt futura ꝓsentis vite parasceue ⁊ requie beata: tẽpore resurrectõis occurrẽ christo valeãt cũ aromatib⁹ spiritaliũ actionũ. ¶ CA. XXIIII.

VNa autem sabbati ualde diluculo uenerunt ad monumentum portantes que pauerant aromata: ⁊ inuenerunt lapidẽ reuolutũ a monumẽto: ⁊ igresse nõ inuenerũt corp⁹ domini iesu. Et factũ est dũ mẽte cõsternate essent de isto: ecce duo uiri steterunt secus illas in ueste fulgẽti. Cũ timerent autẽ ⁊ declinarẽt uultũ in terram dixerunt ad illas. Quid queritis uiuentẽ cũ mortuis? Nõ ẽ hic sed surrexit. Recordamini qualiter locut⁹ ẽ uobis: cũ adhuc in galilea esset dicẽs: Quia oportet filiũ hominis tradi in manus hominuꝫ peccatorũ ⁊ crucifigi: ⁊ die tertia resurgere. Et recordate sũt uerborũ ei⁹: et regresse a monumẽto nunciauerũt hec oĩa illis undecim: ⁊ ceteris omibus. Erat aũt maria magdalene ⁊ iohãna: ⁊ maria iacobi: ⁊ cetere que cũ eis erãt q̃ dicebant ad apostolos hec. Et uisa sunt añ illos sicut delyramẽtũ uerba ista: ⁊ nõ crediderũt illis. Petr⁹ aũt surgẽs cucurrit ad

monumētū: ⁊ ꝓcūbēs uidit linthea mina sola posita: ⁊ abyt secū mirans quod factum fuerat.

BEDA: Religiose mulieres nō solū ī die pasceue
sed etiā sabbato sancto sole occidēte: mor vt operā
di licētia remeauit emerūt aromata: vt veniētes vn
gerēt corp⁹ iesu sicut marc⁹ testat̄: ꝑoccupāte iā no
ctis articulo monumētū adire nō voluerūt. Et ideo
dicit̄: Una aūt sabbati valde diluculo vene. ad mo
numētū portā. que parate. aromata. Una sabbati
siue ꝑma sabbati ꝑma ē a sabbato quā diē dn̄icam
post resurrectionē mos christian⁹ appellat. Quod
aūt valde diluculo mulieres venere ad monumen
tū: magn⁹ querēdi ⁊ īueniendi dn̄m feruor charita
tis ostēditur. AMB. Sꝫ magna dn̄t hoc loco ple-
risqꝫ dubitatio. siqdē hic valde diluculo: Matthe⁹
vespe sabbati ad monumētū venisse dixerūt. sꝫ euā-
gelistas de diuersis putes dixisse tēporib⁹: vt ꝑmas
alias mulierū ⁊ alias cōijcias visiones. Quod auteꝫ
scriptū ē: Vespe sabbati que lucescit ī prima sabba-
ti resurrexisse dn̄m: sic tempandum ē: vt neqꝫ mane
dn̄ica que ē prima post sabbatū: neqꝫ sabbato resur
rectio facta credat̄: nā quō triduū cōplet̄? Non er
go vesperascēte die: sed vespe noctis resurrexit. Deni
qꝫ grec⁹ Sero dixit. Sero aūt ⁊ horā significat ī oc
casu diei cuiuslibet tarditatem: quō si dicas: Sero
mihi suggestū ē. Est ergo ⁊ sero tēpus noctis ꝓfun
dū. vn̄ ⁊ mulieres ad monumētū accedēdi habēt fa
cultatē custodib⁹ quiescentib⁹. Et vt scias nocte fa
ctū: mulieres alie sciūt: alie nesciūt. sciūt q̄ obseruāt
noctib⁹ ⁊ dieb⁹: nesciūt q̄ recesserunt. Nescit maria
magdalene scdm̄ iohānē: nā eadem ⁊ an̄ scire ⁊ po
stea nescire non potuit. ergo si plures marie: plures
etiā fortasse Marie magdalene: cū illud nomē per
sone sit: hoc sumat̄ a loco. AVG. de cō. euā. Vel
Matthe⁹ a ꝑma pte noctis qd̄ ē vespe: ipam voluit
noctē significare: cui⁹ noctis fine venerūt ad monu
mentū. ⁊ hoc ea de cā: qꝛ iam a vespe pauerāt: ⁊ lice
bat afferre aromata trāsacto sabbato. EVSE. Ia
cebat aūt organū verbi extinctū: magn⁹ vero lapis
claudebat sepulchrū: quasi mors eū duxisset captu-
uum. sed nōdū lapso triduo vita se ꝓmit iterū post
sufficientē mortis cōiunctionē. vn̄ seqt̄: Et inuene-
rūt lapi. reuo. a monu. THEO. Nā angelus reuol
uerat eū: vt testat̄ matthe⁹. ORI. Amot⁹ ē aūt la
pis post resurrectionē ꝓpter mulieres: vt credāt re-
surrexisse dn̄m: vidētes monumentū vacuū corpo-
re. vn̄ sequit̄: Et igresse nō īuene. cor. iesu CIRYL.
Cū igit̄ nō īuenissent corp⁹ christi qd̄ resurrexerat:
ducebant̄ diuersis cogitatiōibus ⁊ ꝓpter amorem
christi ⁊ adhibitā solicitudinē meruerūt visionē an-
gelicā. Seqt̄ eni: Et dū mēte cōsternate eēnt de isto:
ecce duo viri astiterūt iuxta illas ī veste fulgenti.
EVSE. Iucūditatis ⁊ gaudij īdicia salutifere resur
rectiōis ⁊ fulgētes amict⁹ prestātes. Moyses enim
plagas egyptiis prepans in flāma ignis angelū per
sperit. sed nō tales visi sūt mulierib⁹ ī sepulchro: sed
mites ⁊ hilares: quales decebat cōspici in regno ⁊
gaudio dn̄i. Et sicut ī passiōe eclipsat⁹ ē sol: meroris
⁊ angustie signa ꝓmens crucifigētibus filiū dei: ita
angeli vite ac resurrectiōis ꝑcones habitū salutiferi
festi cādidati designabāt. AMB. Sed quō marc⁹
vnū iuuenē ī albis sedentē: matthe⁹ vnū: iohānes ⁊
lucas duos angelos ī albis sedētes visos eē memo
rauerūt? AVG. de cōcor. euā. Possum⁹ itelligere
vnū angelum visum a mulierib⁹: ⁊ sm̄ marcū ⁊ sm̄
mattheū: vt eas igressas ī monumētū accipiamus. s.
ī aliqd̄ spatiū: qd̄ erat aliqua materia cōmunitū an
te illū saxei sepulchri locū: atqꝫ ibi vidisse angelū se-
dentē a dextris: quod dicit marc⁹. deīde ītus ab eis
dū īspicerēt locū ī quo iacebat corpus dn̄i: visos du
os angelos stātes: sicut dixit lucas locutos ad earū
dem exhortandū animū: ⁊ edificādā fidē. vn̄ sequi-
tur: Cū time. au. ⁊ declina. vul. ī ter. BEDA: San
cte mulieres astātibus sibi angelis nō ī terrā cecidis
se: sed vultū dicunt̄ ī terrā declinasse: nec quēpiam
sanctorū legim⁹ tēpore dn̄ice resurrectiōis: vel ipsi
dn̄o vel angelis sibi visis terre ꝓstratū adorasse. vn̄
mos obtinuit ecclesiastic⁹ vt vel in memoriā dn̄ice
vel ī nostre spem resurrectiōis oībus dn̄icis diebus
⁊ toto qnquagesimo tēpore nō flexis genib⁹: sed de
clinatis ī terrā vultib⁹ orem⁹. Nō erat aūt ī monu-
mēto q̇ loc⁹ ē mortuorū querēdus: ille q̄ ad vitā re-
surrexit a mortuis. Et iō subdit̄: Dixerūt ad illas. s.
angeli ad mulieres. Quid q̄ritis viuē. cū mor. nō est
hic: sed surrexit: Die aūt tertia sicut ipe iter discipu-
los tā viros qꝫ femias ꝑdixit resurrectiōis sue triū-
phū celebrauit. vn̄ seqt̄: Recor. quali. locu. ē vo. cuꝫ
adhuc ī galilea eēt dicēs: Quia opor. filiū homi. tra.
ī man⁹ homi. pecca. ⁊ cruci. ⁊ tertia die resurgē. Die
nāqꝫ pasceue hora. ix. spiritū tradens vespe sepultus
mane ꝑma sabbati surrexit. ATHA. Poterat siq̇
dē statim suscitare corp⁹ a morte. Sed dixisset aliq̇s
eū nequaqꝫ fuisse: vel nō plene mortem ei īhesisse. ⁊
fortasse si resurrectio dn̄i fuisset dilata: latuisset in
corruptiōis honor. Ut igit̄ corp⁹ ostēderet mortuū:
vni⁹ iterpellationē diei passus ē: ⁊ tertia die corp⁹
suū icorruptū demōstrauit. BEDA: Uno etiā die
in sepulchro ⁊ duab⁹ noctib⁹ iacuit: qꝛ lucē sue sim
ple mortis: tenebris duple nostre mortis adiūxit.
CIRYL. Instructe aūt mulieres angelorū affatib⁹
accelerātes ea retulerūt discipulis. vn̄ seqt̄: Et recor
date sūt verborū ei⁹. Et regresse a monumēto: nūcia
uerūt hec oīa illis vndecim ⁊ ceteris oībus. Nanqꝫ
femia q̄ quondā mortis fuit ministra: venerandum
resurrectōis mysteriū ꝑma ꝑcepit ⁊ nūciat. Adeptū
ē igit̄ femineū gen⁹: ⁊ ignominie absolutionē: ⁊ ma
ledictiōis tripudiū. AMB. Mulierib⁹ aūt doce-
re ī ecclesia nō ꝑmittit̄: sed domi viros suos iterro-
gāt. Ad eos ergo femina mittit̄ q̇ domestici sunt.
Que autē fuerit he mulieres ostēdit subdēs: Erat au
tem maria magdalene. BEDA: Ipsa ē soror laza-
ri. Et iohāna. vxor cuse ꝓcuratoris herodis. Et ma-
ria iacobi. i. mater iacobi minoris ⁊ ioseph. Et cōmu
niter de alijs subdit̄: Et cetere q̄ cū eis erāt. Dicebāt
ad apostolos hec. Ut eni ꝑpetui reat⁹ apud viros
mulier obprobriū nō sustineret: que culpā viro trās
fuderat: trāsfudit ⁊ grati ī. THEO. Est aūt natu-
raliter īcredibile mortalib⁹ resurrectiōis miraculū.
vn̄ seqt̄: Et visa sunt an̄ illos sicut delyramētū ver-
ba ista: ⁊ nō credebāt illis. BEDA: Quod nō tam
illorū īfirmitas qꝫ nostra vt ita dicam: futura firmi

tas fuit. Ipsa nãq3 resurrectio illis dubitãtibus per
multa arguméta monstrata est: que dũ nos legen/
tes agnoscamus: de eorũ dubitatione solidamur.
THEO. Petr⁹ autẽ hoc audiés tollit moras: ꝛ va/
dit ad monumentũ: quia nec ignis nouit moras in
gestus materie. vñ sequit: Petrus aũt surgẽs cucur
rit ad monumentũ: EVSE. Solus enĩ ipse credit
feminis dicẽtibus se angelos vidisse: et cũ esset exi/
mij affect⁹ pre ceteris: sedulũ se pmebat passim cir/
cũspiciens dñm. vñ sequit: Et procumbẽs vidit sola
linteamina posita. Cũ aũt ad monumẽtũ fuisset: h
primo cõsecutus ẽ: vt miraret que prius ab ipo vel
ab alijs deridebant. vñ sequit: Et abijt secũ mirans
qđ factũ fuerat. i. apud se mirãs rei euentũ: qualiter
sola linteamina derelicta fuere corpore mirrba per
uncto: vel quantã oportunitatẽ habuisset fur vt se
morũ inuoluta dimittẽs circũstantib⁹ militibus cor
pus auferret. AVG. de cõ. euan. Intelligit autẽ
hoc lucas recapitulãdo posuisse de petro. tũc enim
cucurrit petrus ad monumentũ quãdo ꝛ iohannes
cũ tantũmõ a mulieribus pcipue a maria magdale
ne nũciatũ eis fuerat de corpore ablato. postea au
tem facta sunt hec de visione angelorũ. Ideo autez
lucas petrũ solũ cõmemorauit: quia illi primit⁹ ma
ria nunciauerat. Itẽ potest mouere q petrũ non i/
trantem: sed procumbentẽ dicit lucas sola linteami
na vidisse ꝛ discessisse mirantẽ: cum iohãnes dicat
ita se linteamina vidisse posita: ꝛ seipm post petruz
intrasse. Sed intelligendũ ẽ petrũ primo procũben
tem vidisse: quod lucas cõmemorat: iohãnes tacet.
post autem ĩgressus est anteq3 iohãnes intraret.
BEDA: Iuxta intellectũ vero mysticũ per hoc q
mulieres valde diluculo veniunt ad monumentuz:
dat nobis exemplũ: discussis vitioꝝ tenebris ad do
mini corp⁹ accedere. naz ꝛ sepulchrũ illud figuram
dñici habebat altaris: ĩ quo corpis christi mysteria
nõ in serico: nõ in pãno tincto: sed instar syndonis
quo eũ ioseph inuoluit in lintheo puro debẽt conse
crari: vt sicut ipse verã terrene nature substantiã p
nobis morti obtulit: ita ꝛ nos in cõmemoratiõe ipi
us purũ de terre germĩe: candidũq3 ꝛ multimõ qua
si mortificatiõis genere castigatũ altari linum ipo/
namus. Aromata autẽ que mulieres deferũt: signifi
cãt odorẽ virtutũ ꝛ orationũ suauitatẽ: qbus altari
appropinquare debem⁹. Reuolutio aũt lapidis in/
sinuat reseratiõnẽ sacramẽtorũ: que tegebant vela
mine lrẽ legis: que ĩ lapide scripta est: cui⁹ ablato te
gmine corpus dñi mortuũ nõ inuenitur: sed viuum
euãgelizat. qr ꝛ si cognouim⁹ sm carnẽ christũ: sed
iã nũc nõ nouim⁹. Quo autẽ posito ĩ sepulchro cor
pore dñi: angeli astitisse legunt: ita etiã tẽpore cõse/
cratiõis mysterij corporis christi assistere sunt credẽ
di. Nos ergo exemplo deuotarũ mulierũ: quotiens
celestibus appropinquam⁹: pp̃ter angelicã presen/
tiam seu pp̃ter reuerentiã sacre oblatiõis cũ omni
humilitate vultũ declinem⁹ in terrã: nos cinerem ꝛ
terram esse recolẽtes.

Et ecce duo ex illis ibãt ipsa die
ĩ castellũ qđ erat ĩ spacio stadioꝝ sex
agita ab hierusalẽ noĩe emaus: ꝛ ipi
loqbãt ad inuicẽ de his oĩb⁹ q accide
rãt. Et factũ ẽ dũ fabularent: ꝛ secũ
qrerẽt: ꝛ ipe iesus appropiquãs ibat
cũ illis. Oculi aũt illoꝝ tenebãt: ne
eũ agnoscerẽt. Et ait ad illos: Qui
sũt hi smones quos pfertis ad inuicẽ
ãbulãtes: ꝛ estis tristes? Et rñdẽs
un⁹ cui nomẽ cleophas: dixit ei: Tu
sol⁹ peregrin⁹ es in hierlm: ꝛ nõ co
gnouisti q facta sũt ĩ illa his dieb⁹?
Quib⁹ ille dixit: Que? Et dixerũt
de iesu nazareno q fuit uir pp̃heta:
potẽs ĩ ope ꝛ smone: corã deo ꝛ oĩ
populo. Et quõ euz tradiderunt sũ
mi sacerdotes ꝛ pricipes nr̃i ĩ dãna
tiõez mortis: ꝛ crucifixerunt eum.
Nos aũt sperabam⁹: qr ipe eẽt re
dẽptur⁹ isrl. Et nũc sup hec oĩa ter
tia dies ẽ hodie: q hec facta sũt. Sz
ꝛ mulieres qdã ex nr̃is terruerunt
nos: que ante lucẽ fuerũt ad monu
mẽtũ: ꝛ nõ iuẽto corpore eius: uene
runt dicẽtes se etiã uisionẽ ãgeloꝝ
uidisse: q dicũt euz uiuere. Et abie
runt qdam ex nr̃is ad monumẽtuz
ꝛ ita inuenerũt sicut mulieres dixe
runt: ipm uero nõ inuenerũt.

¶ GLO. Post manifestationẽ resurrectiõis christi
p angelos mulierib⁹ factã: manifestat vlteri⁹ eadẽ
resurrectio per ipsius christi apparitionẽ discipulis
vñ dicitur: Et ecce duo ex illis ibant ipsa die ĩ castel
lum. THEO. Quidam alterũ horũ duorũ lucam
inquiunt esse: ꝛ ob hoc suum nomẽ occultasse.
AMB. Uel duobus discipulis seorsum dominus
iam se vespere demõstrat. s. ammaoni ꝛ cleophe.
AVG. de cocor. euan. Castellũ aũt illud nõ absur/
de accipim⁹: etiã villã sm marcũ potuisse appellari.
Deinde castellũ describit dicẽs: Quod erat ĩ spacio
stadiorũ sexagita a hierusalẽ nomine emaus. BE/
DA: Ipsa est nicopolis ciuitas ĩsignis palestine: q
post expugnationẽ iudee sub marco aurelio anto/
nio principe restaurata cũ statu mutauit ꝛ nomen.
Stadiũ autẽ quod greci auctore vt dicunt hercule
viaruz spacia mensurat: octaua est pars miliarij. Et
ideo sexaginta stadia: septem milia passuũ ꝛ quinq/
ginta significat: quod spacium itineris eis congruit
qui de morte ꝛ sepultura domini certi gradieban/
tur: de resurrectione domini dubij. nã resurrectio/
nem que post septimã sabbati facta est: octauo nu/
mero cõtineri null⁹ ambigit. Discipuli ergo qui de

domino loquentes incedunt: sextum miliarium cepti itineris compleuerant: quia illum sine querela viuentem vsq; ad mortem quam in sexta sabbati subiit: peruenisse dolebant. Compleuerant ⁊ septimū quia hunc in sepulchro non dubitabant quieuisse. Sed de octauo dimidiū tm̄ peregerant: quia gloriā iam celebrate resurrectionis non credebat perfecte

THEOPHI. Predicti autem discipuli loquebātur de his ad inuicem que acciderāt: non quasi credentes sed sicut stupentes in rebus extraneis. vnde sequitur: Et ipsi loquebantur ad inuicem de his omnibus que acciderāt. BEDA: Loquentes autem de se dominus appropinquās comitatur: vt ⁊ fidē resurrectionis mentibus eorū incendat: ⁊ quod se facturum promiserat ipleat. s. vt vbi sunt duo vel tres in nomine meo congregati: ibi sum in medio eorū. vnde sequitur: Et factum ē dum fabularent: ⁊ secū quererēt: ⁊ ipse iesus appropinquās ibat cū illis.

THEOPHI. Obtento enī iā spirituali corpore nō obstat loci distantia quin adesset quibus volebat: nec ulteriꝰ naturalibꝰ legibus corpus suū regebat: sed spiritaliter ⁊ supra naturā. vnde vt marcꝰ dicit: sub alia forma eis videbatur: in qua nō concedebatur eis eius cognitio. Sequitur enim: Oculi autem eorū tenebantur: ne illū agnoscerēt. vt. s. totā suam dubiā intentionē reuelent: ⁊ vulnus detegētes recipiant medicinā: ⁊ vt cognoscerēt ꝙ q̄uis corpꝰ ipsū quod passum fuerat resurrexerit: nō tamen ampliꝰ tale erat vt esset omnibus visibile: sed tm̄ ab his a quibus vellet videri: ⁊ vt nō dubitent quare de cetero nō cōuersatur īter plebē: quia. s. post resurrectionē conuersatio eius nō esset digna hominibus: sed diuina magis: quod etiā est forma resurrectionis future in qua sicut angeli cōuersabimur ⁊ filij dei.

GREGO. in home. Cōuenienter etiā eis speciem quā recognoscerēt non ostendit: hoc agens foris in oculis corporis: quod apud ipsos agebatur intꝰ in oculis cordis. ipsi namq; apud seipsos intus ⁊ amabant ⁊ dubitabāt. De se ergo loquētibus presentiā exhibuit: sed de se dubitātibus cognitionis sue speciē abscondit: verba quidē eis cōtulit. Nam sequitur: Et ait ad illos. Qui sunt hi sermones quos confertis ad inuicē ambulātes: ⁊ estis tristes? GRECVS: Conferebāt quidē inter se quasi non ampliꝰ expectantes christū viuentē: sed dolorosi quasi perempto saluatore. vnde sequitur: Et respondēs vnus cui nomen cleophas: dixit ei: Tu solus peregrinus es in hierusalem: ⁊ nō cognouisti que facta sunt in illa his diebus. THEO. q. d. Tu solus peregrinus es: ⁊ extra confinia hierusalē habitās: ⁊ expers es eorum que in medio eiꝰ contigerūt vt hec ignores.

BEDA: Uel hoc dicit: quia peregrinū putabāt eū: cuius vultū non agnoscebāt. sed reuera peregrinus erat eis: a quorū nature fragilitate percepta iam resurrectionis gloria longe distabat ⁊ a quorū fide vtpote resurrectionis eius nescia manebat extraneus. Sed adhuc dominus interrogat: nam sequitur Quibus ille dixit: Que? Et ponitur eorum responsio cum subditur: Et dixerunt ei: De iesu nazareno qui fuit vir propheta. Prophetam fatentur: filium dei tacent: Uel nondum perfecte credentes: vel solliciti ne inciderent in manus iudeorum persequentium: quia nesciebant quis esset quod verum credebant celantes: Ad cuius commendationē subdit: Potens in opere ⁊ sermone. THEOPHI. Primo quidem est opus: secundo sermo. nullus enim doctrine sermo approbatur: nisi prius is qui docet se ostendat auctorem: precedit enim opus asspectū. nam nisi mundaueris intellectus speculū per opera: non emicat decor optatus. Adhuc autē subdit: Coram deo ⁊ omni populo. Nam primo cōplacendum est deo: deinde curandū quantū possibile est de innocentia apud homines: vt precedēte diuino cultu viuamus sine scandalo plurimorū. GRECVS: Deide assignat causa tristicie: traditio ⁊ passio christi: cum sequitur: Et quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes ⁊ principes nostri in condēnationem mortis: ⁊ crucifixerunt eū. Subditur autem desperantium vox: cū dicitur: Nos autem sperabamus ꝙ ipse esset redemptuꝝ israel. Sperabamus inquit: non Speramus: ac si mors domini similis esset mortibus alioꝝ. THEOPHI. Expectabant enim christū saluaturū ⁊ redempturū populū israel ab ingruentibus malis ⁊ a seruitute romanorum: ipsum quoq; credebant terrenū regē fieri: quē putabant promulgatā in se mortis sententiā cauere potuisse. BEDA: Merito ergo tristes incedebant: quia ⁊ seipsos quodāmodo arguebant: ꝙ in illo redemptionē sperauerint: quē iam mortuū viderant. nec resurrecturum credebant: ⁊ maxime dolebant eū sine causa occisum quē nouerant innocentem. THEOPHI. Uident tamen hi viri non omnino increduli esse per hoc ꝙ subditur: Et nunc super hec omnia tertia dies ē hodie ꝙ hec facta sunt. In quo videntur habere memoriam eius ꝙ eis dominus dixerat se tertia die resurrecturū. GRECVS: Porro relatam a mulieribus resurrectionis famā cōmemorat: cum subditur: Sed ⁊ mulieres quedā ex nostris terruerunt nos: que ante lucem fuerunt ad monumentū: ⁊ non inuento corpore eius venerunt dicentes se etiā visionem angelorū vidisse: qui dicunt eum viuere. Dicunt quidē hoc quasi nō credentes: propter quod referunt se territos. i. stupefactos. non enim quod erat eis relatū firmū estimabant: aut angelicam illuminationem fuisse: sed stuporis ⁊ turbinis causam inde sumebant. Testimonium quoq; petri non certum estimabant dum diceret: se non vidisse dominum: sed resurrectionē eius conijcere ex eo ꝙ corpus ipiꝰ in sepulchro non iacebat. vnde sequitur: Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum: ⁊ ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt: ipsum vero non inuenerunt. AVGVSTINVS de concor. euangelistarū: Cum autem lucas dixerit petrum accurrisse ad monumentum: ⁊ cleopham dixisse: ipse retulerit ꝙ quidam eorum ierant ad monumentum: intelligitur attestari iohanni ꝙ duo ierint ad monumentū: sed petrum commemorauit: quia illi primitus maria nunciauerat.

¶ Et ipse dixit ad eos: O stulti ⁊ tardi corde ad credendum in omni

bus que locuti sunt prophete. Nõ
ne hec oportuit pati christum ⁊ ita
intrare in gloriam suam? Et incipi
ens a moyse ⁊ omnibus prophetis
interpretabatur illis in omibus scri
pturis que de ipso erant. Et appro
pinquauerunt castello quo ibant: ⁊
ipse se finxit longius ire: Et coege
runt illum dicentes: Mane nobi
scum: quoniam aduesperascit: ⁊ incli
nata est iam dies. Et intrauit cuȝ il
lis. Et factum est dum recumberet
cum eis: accepit panem ⁊ benedixit
ac fregit: ⁊ porrigebat illis. Et aper
ti sunt oculi eorum ⁊ cognouerunt
eum. Et ipse euanuit ex oculis eo
rum. Et dixerunt ad inuiceȝ: Nõ
ne cor nostrum ardens erat in nob
dum loqueretur in uia: ⁊ aperiret
nobis scripturas? Et surgentes ea
dem hora regressi sunt in hierusalẽ:
⁊ inuenerunt congregatos undeciȝ
⁊ eos qui cum illis erant dicentes
ꝙ surrexit dominus uere: ⁊ appa
ruit simoni. Et ipsi narrabant que
gesta erant i uia: ⁊ quomodo cogno
uerunt eũ in fractiõe panis.

THEOPHI. Quia predicti discipuli nimia du-
bietate laborabant: dominus eos redarguit. vnde
dicitur: Et ipse dixit ad eos: O stulti. Fere enim ea-
dem dixerant que ⁊ astantes cruci: Alios saluos fe-
cit: seipsum non potest saluum facere. Et tardi cor-
de ad credendum in omnibus que locuti sunt pro-
phete. Contingit enim credere que locuti sunt pro-
phete particulariter quedam: ⁊ non vniuersaliter
omnia: puta si aliquis credat que de cruce christi di
cuntur a prophetis sicut est illud: Foderunt manꝰ
meas ⁊ pedes meos. que vero spectãt ad resurrecti-
onem nõ credãt: sicut est illud: Non dabis sanctũ
tuum videre corruptionẽ. Decet autẽ in omnibus
fidem adhibere prophetis: tam in gloriosis que de
christo predixerunt: ꝙ̃ in igloriis: quia ex passione
malorum est ingressus in gloriã. vnde sequitur: Nõ
ne hec oportuit pati christũ: ⁊ ita intrare in gloriaȝ
suam. s. s'm humanitatem. ISIDORVS: Sed ⁊ si
oportebat christum pati: tamen qui crucifixerũt rei
sunt pene: non enim satagebant perficere quod de-
us disponebat. vnde ⁊ eorum executio fuit impia:
dei vero dispensatio prudẽtissima: qui nequitiã eo-
rum in beneficia generis humani conuertit: quasi
vtens vipereis carnibus ad antidon salutiferi con-
fectionem. CHRYSO. Et ideo dominus osten-
dit consequenter hec omnia non euenisse simplici-
ter: sed ex dei proposito ante predestinato vnde seq̃-
tur: Et incipiens a moyse ⁊ omnibus prophetis in-
terpretabatur illis in omibus scripturis que de ipso
erant. quasi diceret: Postꝙ̃ estis tardi: ergo prom-
ptos vos reddam: mysteria scripturarum vobis ex-
ponẽdo. nam sacrificium abrae cum isaac dimisso
immolatus est aries: hoc prefigurauit. Sed ⁊ i aliis
scripturis propheticis sparsim iacent mysteria cru-
cis ⁊ resurrectionis christi. BEDA: Si autẽ moy
ses ⁊ prophete de christo locuti sunt: ⁊ eum per pas
sionem in gloriam intraturũ predixerũt: quomodo
gloriatur se esse christianum: qui neq; qualiter scri-
pture ad christum pertineant inuestigat: neq; ad glo
riam quam cum christo habere cupit: per passioneȝ
attingere desiderat. GRECVS Quia vero predi-
xit euangelista: Tenebantur oculi eorũ ne eũ agno
scerent: donec sermo domini mentem eorum mo-
ueret ad fidem: cõuenienter opportunum aspectuȝ
sui auditui subiungit. vnde sequitur: Et appropin-
quauerunt castello quo ibant: ⁊ ipse finxit se longi
us ire. AVGVSTI. de questionibus euange. Qð
nõ ad mendacium pertinet. non enim omne quod
fingimus mendacium est: sed quando id fingimus
quod nihil significat: tunc mendacium est. cum au-
tem fictio nostra refertur ad aliquam significatio-
nem: non est mendacium sed aliqua figura verita-
tis: alioquin omnia que a sapientibus ⁊ sanctis vi-
ris: vel etiam ab ipso domino figurate dicta sunt
mendacia deputabuntur: quia secũdum vsitatum
intellectum non consistit veritas in talibus dictis.
Sicut autem dicta: ita etiaȝ fingũtur facta sine mẽ-
dacio ad aliquam reȝ significandam. GREGO
RIVS in homelia: Quia ergo adhuc in eorum cor
dibus peregrinus erat a fide: ire se longius finxit.
Fingere namq; componere dicimus. vnde ⁊ com-
positores lutifigulos vocamus. Nihil ergo sim-
plex veritas per duplicitatem fecit: sed talem se ex-
hibuit in corpore. qualis apud illos erat in mente.
Sed quia esse extranei a veritate non poterant: hi
cum quibus charitas gradiebatur: eum ad hospitiũ
quasi peregrinum vocant. vnde sequitur: Et coege-
runt illum. Ex quo exemplo colligitur quia peregri
ni ad hospitium nõ solum inuitandi sunt: sed etiam
trahendi. GLOSA: Nec solũ factis eum cogũt:
sed etiam verbis inducunt. Sequitur enĩ: Dicẽtes:
Mane nobiscum: quoniam aduesperascit: ⁊ incli-
nata est iaȝ dies. scilicet ad occasum. GREGO-
RIVS in homelia: Ecce autem cum per membra
sua christus suscipitur: susceptores suos etiam per se
metipsum requirit. Sequitur enim: Et intrauit cuȝ
illis. Mensam ponunt: cibos afferunt: ⁊ deuȝ queȝ
in scripture sacre expositione non cognouerant: in
panis fractione cognoscunt. Sequitur enim: Et fa
ctum est dum recumberet cum illis: accepit panem
⁊ benedixit ac fregit: ⁊ porrigebat illis: ⁊ aperti
sunt oculi eorum ⁊ cognouerunt eum. CHRY-
SOSTOMVS. Quod non de sensibilibus oculis

dictum est: sed de sensu mentali AVGVSTIN⁹ de cōcordan. euangelista. Neq̃ enim clausis oculis ambulabant: sed inerat aliquid quo non sinerētur agnoscere quod videbant: quod.s. caligo ⁊ aliquis humor efficere solet: non quia dominus non poterat transformare carnem suam: vt alia reuera esset effigies: quam solebant intueri: quādoquidem ⁊ ante passionē transformatus est in monte: vt facies eius clarescceret sicut sol. Sed non ita nunc factum est. non enim incongruenter accipimus hoc impedimentū in oculis eorum a sathana fuisse ne agnosceretur iesus: sed tñ a christo facta est permissio vsq̃ ad sacramentū panis: vt veritate corporis eius participata: remoueri intelligatur impedimentum inimici: vt christus possit agnosci. THEOPHILVS: Sed ⁊ aliud innuit: q̄.s. sumentibus sacrum panē aperiūtur oculi vt eum agnoscant: magnam enim ⁊ ineffabilem vim habet domini caro. AVGVSTINVS de questio. euangelista. Uel q̄ domin⁹ se ire longi⁹ finxit: cum comitaretur discipulis exponēs sacras scripturas: vtrū ipe esset ignorātibus: significat quia ho'pitalitatis officio ad suam cognitōem puenire posse homines intimauit: vt cū longi⁹ ipe ab hominib⁹ abscesserit super omēs celos cum eis transit: qui hec exhibent seruis eius. Tenet ergo christū ne longi⁹ ab eo eat quisquis cathetizatur verbo in omnibus bonis ei qui se cathetizat cōmunicat. Etenim isti cathetizati erant verbo cū exponeret eis scripturas. Et quia hospitalitatē sectati sunt: eum quem in ipa expositōne scripturarum non cognouerūt: in panis fractōne cognoscūt. nō enim auditores legis iusti sunt apud deum: sed factores legis iustificabūtur. GREGO. in homelia: Quisquis ergo audita vult intelligere: festinat ea que iam intelligere potuit: opere implere. Ecce dominus nō est cognitus dum loqueretur: ⁊ dignatus ē cognosci dum pascitur. Sequit̃ enim: Et ipse euanuit ab oculis eorum. THEOPHI. Non enim tale corpus habebat: vt diutius cum eis cōmorari deberet: ⁊ hoc pariter augeret affectū eorum. vnde sequitur Et dixerūt ad inuicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis: dum loqueret̃ in via ⁊ aperiret nobis scripturas? ORIGENES: Per quod innuit q̄ prolati sermones a saluatore accendebant audientium cor ad amorem diuinum. GREGORI. in home. pentheco. Ex audito eni3 sermone inardescit anim⁹: torporis frigus recedit: mens in superno fit anxia. Audire libet precepta celestia: ⁊ quot mādatis instruitur: quasi tot facibus inflāmat̃. THEOPHI. Ardebat ergo cor eorū vel igne verborum domini quibus intendebāt tanquā veris. Uel quia eo disserente scripturas: percellebatur intrinsecus cor eorum: q̄ ille qui disserebat dominus esset. Adeo ergo letati sunt. vt nullam moram passi: mox reuersi sint in hierusalem. ⁊ hoc est quod sequitur: Et resurgens eadem hora regressi sunt in hierusalē. Surrexerunt quidem eadem hora: peruenerūt autem per plures horas: sicut oportebat sexaginta stadia transeuntes. AVGVSTI. de concordā. euāgelistarū: Jam aūt fama erat q̄ surrexerat iesus a mulieribus facta: ⁊ a simone petro: cui iam apparuerat. Etenim isti duo hec inuenerunt loquētes illos ad quos in hierusalem venerunt. Sequit̃ enim. Et inuenerunt congregatos vndecim: ⁊ eos qui cum ipis erant dicentes q̄ surrexit dominus vere: ⁊ apparuit simoni. BEDA: Omniū enim virorum primo dominus apparuisse videt̃ petro ex his quos euangeliste quatuor ⁊ paulus apostol⁹ cōmemorauerūt. CHRYSOSTO. Non enim simul omnibus se manifestabat: vt sereret fidei semina. nam qui p̄mo viderat et cert⁹ erat: aliis referebat. Deinde sermo prediēs preparabat animū auditoris vi'ōni: ⁊ ideo p̄mo digniori ⁊ fideliori omnib⁹ apparuit. Erat.n. op⁹ animę fidelissime: que p̄us acciperet hūc aspectū: vt minime turbaret̃ inopinata visiōe. Et ideo p̄mo videtur a petro: vt qui p̄mo confessus est eum christū. p̄mo resurrectōem videre mereat̃: ⁊ etiam quia eum negauerat: p̄us ei voluit apparere consolans eum ne desperaret. Post petrū vero aliis apparuit: qn̄doq̃ paucioribus: quādoq̃ pluribus: quod duo discipuli confitent̃. Sequitur enim: Et ipi narrauerūt que gesta erant in via: ⁊ quo modo cognouerunt eum in fractione panis. AVGVSTI. de cōcordā. euāgelista. Quod autem ait marcus annunciauerunt ceteris: nec illis crediderunt: cum lucas dicat: q̄ iam inde loq̃bant̃ vere resurrexisse dn̄m: quid intelligendū est: nisi aliquos ibi fuisse qui hoc credere nollēt?

¶ Dum autem hec loquuntur: stetit iesus in medio eor̄ ⁊ dixit: Pax nobis. Ego su3: nolite timere. Conturbati uero ⁊ cōterriti estimabāt se spiṁ uidere. Et dixit eis: Quid turbati estis: ⁊ cogitatiōes ascendūt in corda uestra? Uidete man⁹ meas ⁊ pedes: quia egoipse sum. Palpate ⁊ uidete: quia spūs carnē: ⁊ ossa nō habet: sicut me uidetis habere. Et cū hec dixisset: ondit eis man⁹ ⁊ pedes

¶ CIRYL. Undiq̃ resurrectōis fama per apostolos diuulgata ⁊ affectu discipulorū erecto ad christi visiōem venit desiderat⁹: ⁊ querētib⁹ ⁊ expectātibus reuelat̃: nec disceptat vt de alio sed eundē ter se offert. vnde dicit̃: Dū hec aūt loquūt̃: stetit iesus in medio eorū. AVG. de cōcor. euāge. Hāc ostēsiōem dn̄i post resurrectōem ⁊ iohānes commemorat. S3 quod dicit iohānes: Non cum illis fuisse apostolū thomam: cum scḋm lucam duo illi regressi in hierusalem: inuenerūt congregatos vndecim. procul dubio intelligēdum est: q̄ inde thomas exierit: antequā dn̄s hec loquentib⁹ appareret. Dat.n. lucas locum in sua narratōe: q̄ possit intelligi dum hec loquerent̃: prius inde exisse thomā: ⁊ postea dominū intrasse: nisi quis dicat: non illos vndecim qui iam tūc apostoli vocabantur: sed discipulos illos vndecim fuisse ex multo numero discipulorū. Sed cum adiuncit lucas: Et eos qui cu3 ipsis erant. Satis vtiq̃ de

claravit evidentiꝰ illos vndecim apostolos qui vocabant apostoli: cum quibꝰ ceteri erant. Sed videamus cuius mysterii gratia ſm mattheũ ⁊ marcum resurgens ita mandaverit: Precedam vos in galileam: ibi me videbitis. Qḋ ⁊ſi completum eſt: tamen poſt multa completum eſt: cum ſic mandatum ſit: vt aut hoc ſolum: aut hoc primũ expectaretur fieri debuiſſe AMBROSIVS: Unde hoc convenientius arbitroꝛ: ꝙ dominꝰ quidem mandaverit diſcipulis: vt in galilea eũ viderent: ſed illis ob metum intra conclaue reſidentibus ꝑmũ ſe obtuliſſe.

GRECVS: Nec hoc ẽ promiſſi tranſgreſſio: ſed potius feſtinata ex benignitate impletio proꝑt puſillanimitatẽ diſcipuloꝝ. AMBROSIVS: Poſtea vero confirmatis animis vndecĩ illos galileã petiſſe. Uel nihil obſtat ſi dicanſ pauciores ĩtra cõclaue: ĩ mõte ꝗ̃plures fuiſſe. EVSEBIVS: Duo enim euãgeliſte .ſ. lucas ⁊ iohãnes ſolis vndecĩ hũc ſcribunt apparuiſſe hieruſalem: ceteri vero duo in galileam properare non ſolum vndecim: ſed etiam vniuerſis diſcipulis ⁊ fratribus dixerunt angelum ⁊ ſaluatoꝛem vidiſſe: de quibus ⁊ paulus meminit dicens: Deinde apparuit plus ꝗ̃ quingentis fratribus ſimul. Eſt autem veriox ſolutio: ꝙ prius ꝗ̃ ĩ hieruſalem latitãtibus ſemel aut bis viſus eſt ad eoꝝ conſolatõnem: in galilea vero non in conclaui aut ſemel aut bis: ſed cum multa poteſtate oſtenſiõem ſui fecit: prebens ſe eis viuẽtem poſt paſſiõem in ſignis multis: vt lucas teſtatur in actibus AVGVSTINVS de concoꝛ. euangeliſta. Uel quod ab angelo hoc eſt a domino dictum eſt: prophetice accipiendum eſt. In galilea enim ſm tranſmigratõnis ſignificatõem ĩtelligendũ occurrit: quia de populo iſrael tranſmigraturi erant ad gentes: quibꝰ apoſtoli predicantes non crederẽt: niſi ipſe dominꝰ viã in coꝛdibꝰ hominũ ꝑpararet. ⁊ hoc intelligiſ: Precedet vos in galileam. Scḋm autem illud ꝙ galilea interpretaſ reuelatio: non iam in foꝛma ſerui intelligendũ eſt: ſed in qua eſt equalis patri: quam ꝑmiſit electoꝛibus ſuis: illa erit reuelatio tanquã vera galilea: cum videbimus eum ſicuti eſt. Ipſa etiã erit beatioꝛ tranſmigratio ex iſto ſeculo in illã eternitatem. vnde ad nos veniens non receſſit: et quo nos precedens non deſeruit. THEOPHILVS: Primo igitur dominus in medio diſcipuloꝝ ſtans ſolito pacis affatu eoꝛum turbinem ſedat: oſtẽdens ꝙ ipſe idem eſt magiſter eoꝛum qui hoc verbo gaudebat: quo etiam eos muniuit cum ad predicandũ miſit. vnde ſequitur: Et dixit eis: Pax vobis: ego ſũ. nolite timere. GRECVS: Pudeat ergo nos pacis munus deſerere: quam nobis hinc deſcendens chꝛiſtus reliquit. Pax ⁊ res ⁊ nomen dulce: quã et dei eſſe accepimus iuxta illud: Pax dei. ⁊ eius eſſe deum: iuxta illud: Deus pacis. ipſam eſſe deũ: iuxta illud: Ip e eſt pax noſtra. Pax bonum cõmendatum ab omnibus: obſeruatum autẽ a paucis. Que autem eſt cauſa? Foꝛtaſſis ambitio dominij aut facultatum: aut liuoꝛ aut odium: aut contemptꝰ: aut aliquid huiuſmodi ex his que dei ignaros videmus incurrere. Dei quippe precipue pax eſt: que cõfederat omnia: cuius nihil eſt adeo pꝛopꝛiũ ſicut vnitas

nature ⁊ pacificus ſtatus. Trãſſumitur vero ab angelis ⁊ diuinis poteſtatibus: que ad deum ⁊ ad inuicem pacifice habent. Diffunditur vero per totã creaturã cuius eſt decoꝛ: tranquillitas. in nobis autem manat: ſm animam quidem per inueſtigationem virtutũ ⁊ communicationẽ: ſm coꝛpus vero in membꝛoꝝ ⁊ elementoꝝ commenſuratõe: quoꝛum alterum pulchꝛitudo: alterum ſanitas appellatur. BED. Diſcipuli autem nouerant chꝛiſtum verum hominem: cum quo tanto tẽꝑoꝛe fuerant conuerſati. ſed poſtꝗ̃ moꝛtuus eſt: non credidit tertia die potuiſſe veram carnem de ſepulchꝛo reſurgere. Putant ergo ſe videre ſpiritũ quem emiſit in paſſione. vnde ſequitur: Conturbati vero ⁊ conterriti: exiſtimabãt ſe ſpiritum videre. Erroꝛ ille apoſtoloꝝ ſecta eſt manicheoꝝ. AMBROSIVS: Adduci autẽ virtutum exemplis petrum ⁊ iohannem non credimus potuiſſe dubitare. Cur ergo lucas inducit fuiſſe turbatos? Primo omniũ quia paucoꝛum opinionẽ ſententia maioꝛis partis includit. Deinde quia ⁊ſi petrus de reſurrectõne crediderat: turbari tamen potuit ꝙ ſe dominus cum coꝛpoꝛe vectibus obſeratis: ĩpꝛouiſus infunderet. THEOPHI. Uerum quia per verbũ pacis non eſt ſedatus turbo in animabus diſcipuloꝝ. aliunde indicat eis ſe filium dei eſſe: qui mentis cognoſcebat archana. vnde ſequitur: Et dixit eis: Quid turbati eſtis? ⁊ cogitationes aſcendunt in coꝛda veſtra? BED. Quales vtiq; cogitatõnes: niſi falſe ⁊ pernicioſe? Perdidit enim chꝛiſtus fructum paſſionis: ſi non eſſet veritas reſurrectõnis tanquã bonus agricola diceret quod ibi plantaui inueniam. i. fidem que in coꝛ deſcendit: quia deſuper eſt. Cogitatões autem iſte nõ deſuper deſcenderũt: ſed de imo in coꝛ ſicut herba mala aſcenderũt. CIRYLLVS: Hoc autem fuit euidentiſſimũ ſignum: ꝙ non alius eſt qui videtur: ſed ille idem quem viderant in ligno moꝛtuum: et poſitum in ſepulchꝛo: quem non latebat aliquid eoꝛum que erant in homine. AMBROSI. Conſideremus autem qua gratia ſcḋm iohannẽ apoſtoli crediderunt qui gauiſi ſunt: ſcḋm lucam qui increduli redarguuntur. Et videtur mihi iohannes quaſi apoſtolus maioꝛa ⁊ altioꝛa tetigiſſe hec ſequentia de humanis pꝛoxima: hic hiſtoꝛico vſus circuitu: ille compendio. quia ⁊ de illo dubitari non poteſt: quia teſtimonium perhibet de his: quibus ipſe interfuit: ⁊ ideo vtrũq; verum putamus. Nã ⁊ſi in pꝛimo lucas eos non crediſſe dicat: poſtea tamen crediſſe demõſtrat. CIRYLLVS: Compꝛobãs autem dominus deuictam eſſe moꝛtem: ⁊ humanã naturam iam in chꝛiſto coꝛuptõnem exuiſſe: ꝑmo oſtendit eis manus ⁊ pedes: ⁊ clauoꝛum foꝛamina vnde ſubdit: Videte manus meas ⁊ pedes: quia ego ipſe ſum. THEOPHILVS: Sed ⁊ aliud iniungit: palpatõnem. ſ. manuum atq; pedum cum dicit Palpate ⁊ videte: quia ſpiritus carnem ⁊ oſſa nõ habet: ſicut me videtis habere. quaſi dicẽt: Uos putatis me eſſe ſpiritum id eſt phantaſma: ſicut plures defunctoꝛum circa ſepulchꝛa videri ſunt ſoliti. Sed ſcitote ꝙ ſpũs neq; carnẽ habet: neq; oſſa: ego aũt carnẽ ⁊ oſſa habeo. AMBRO. Hoc autẽ do

min⁹ideo dixit:vt spem nobis sue resurrectõis ostẽderet:nam quod palpat corp⁹ est. In corpore autẽ resurgemus:sed illud subtilius:hoc crassius: vtpote adhuc terrene labis qualitate concretũ. Non ergo per incorporeã naturã: sed per resurrectiõis corporee qualitatẽ christ⁹clausa penetrauit. GREGO.xi. mora. Non.n.in illa resurrectõis gloria corpus nostrũ erit impalpabile:cũ vento aereo subtili⁹vt euticius dixit:sed subtile quidẽ per effectũ spiritalis potentie:palpabile autem per veritatẽ nature.Sequitur:Et cũ hec dixisset: ostẽdit eis manus ꝛ pedes.

BEDA: Quibus.s.indicata clauorũ vestigia claruere:sed sm iohannẽ etiam latus eis ostẽdit: cum fuerit lancea perforatũ:vt.s.ostensa vulnerũ cicatrice dubietatis eorũ vuln⁹sanaret. Solẽt aũt in hoc loco gentiles calũniam struere:quasi nõ valuerit dominus vulnera sibi inflicta curare.Quib⁹respondẽdum est:quia nõ est cõsequẽs:vt qui maiora fecisse probat:minora facere nequiuerit: sed certe dispẽsatõnis gratia qui mortẽ destruxit: signa mortis delere noluit: pmo quidẽ vt per hoc discipulis fidẽ sue resurrectõnis astrueret : deinde vt patri pro nobis supplicãs quale gen⁹mortis pro homine pertulerit semper ostendat:tertio vt sua morte redẽptis q̃ misericorditer sint adiuti: propositis eiusdẽ mortis indicijs insinuet: postremo vt in iudicio q̃ iuste dãnet impij denũciet.

¶ Adhuc aũt illis nõ credẽtibus ꝛ mirantib⁹pre gaudio dixit : Habetis hic aliquid:quod mãducet? At illi obtulerũt ei ptem piscis assi: ꝛ fauum mellis. Et cũ mãducass; corã eis:sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos: Hec sunt uerba que locut⁹sum ad uos:cũ adhuc essem uobiscũ:qm̃ necesse est implere omnia que scripta sunt in lege moysi ꝛ prophetis ꝛ psalmis de me.

¶ CIRYL.Ostenderat domin⁹discipulis man⁹ et pedes:vt certificaret discipulos q corp⁹ quod passum fuerat resurrexit. Ut adhuc autẽ magis certificaret aliquid manducabile petijt.vnde dicitur:Adhuc aũt illis nõ credentib⁹ꝛ mirantib⁹ p gau.dixit Habetis hic aliquid quod mãducet? GREGO. nisenus:Et iussu quidẽ legis pascha cũ amaricãtib⁹ edebatur:quia adhuc amaritudo manebat:post resurrectiõem vero cibus fauo mellis dulcoratur. vnde sequit: At illi obtulerũt ei ptem pisci assi: ꝛ fauũ mellis. BED. Ad insinuandũ ergo resurrectionis sue veritatẽ:nõ solũ tangi a discipulis:sed etiam cõuesci cum illis dignatur:ne arbitrentẽ eũ nõ solide: sed imaginabiliter sibi apparere.vnde sequit: Et cũ mãducasset corã eis:sumẽs reliquias dedit eis.Mãducauit quidẽ potestate:nõ ex necessitate. aliter.n. absorbet aquã terra sitiens:aliter sol calens:illa indigentia:iste potentia. GRECVS:Si damus dominũ vere comedisse: dem⁹ ꝛ omnes homines post resurrectõem vti ciborũ fomẽtis.Sed que ex q̃dam dispensatõe fiunt a saluatore:nõ sunt regula ꝛ norma nature:quoniã in quibusdã alijs dispẽsauit. Resuscitauit enĩ nostra corpora incorrupta:qui tamẽ dereliquit ppij corporis foramina:que claui forauerant ꝛ lateris cicatricẽ:vt ostẽdat q mansit post resurrectõem natura corporis:nec est in aliã mutatus substantiã. BED. Manducauit ergo post resurrectõem:nõ quasi cibo indigens:nec quasi in resurrectõne quam expectam⁹cibis egere significans sed vt eo modo naturã corporis resurgentis astrueret. Mystice aũt piscis assus quem christus comedit:significat christũ passum:ipe enim latere dignatur in aquis generis humani. Capi voluit laqueo mortis nostre: ꝛ quasi tribulatõe assatus est tempore passionis sue:sed fauus mellis nobis extitit in resurrectõne. In fauo quidẽ mellis vtrãq naturã exprimere voluit persone sue. Fauus quippe mellis ĩ cera est: mel vero in cera est diuinitas in humanitate. THEO.Uident autẽ ꝛ comesta aliud habere mysteriũ.q enim mãducauit partẽ piscis assi:significauit q naturã nostrã in hu⁹vite mari natantem: assans eam igne ppe deitatis: ꝛ exiccãs eius humiditatem:quam a pfundis verbis cõtraxerat: escam fecit diuinã: ꝛ eam que pus erat abominabilis ppa rauit deo cibum suauẽ:quod significat fau⁹mellis. vel per piscem assum significat vitam actiuã consumentẽ nostrã humiditatẽ laborũ prunis.cõtemplatõem vero significat per fauũ mellis: ppter dulcedinem eloquiorũ dei. BED. Postq̃ aũt visus est et tactus mãducauit:ne in aliquo sensus humanos illudificasse videret:misit man⁹ad scpturas.vnde sequit Et dixit ad illos: Hec sunt verba que locutus sũ ad vos:cum adhuc essem vobiscũ.i.cũ adhuc essem in carne mortali qua estis ꝛ vos . tũc quidẽ in eadem carne resuscitatus erat: sed cũ illis in eadẽ mortalitate non erat. ꝛ subdit : Quoniã necesse est impleri omia que scpta sunt in lege moysi ꝛ pphetis ꝛ psalmis de me. AVG.de cõcon.euange. Illud attendant qui magicis artib⁹christũ tanta potuisse: ꝛ nomen ad apostolos in se cõuertẽdos arte ipa consecrasse delirãt: vtrũ potuit magicis artibus prophetas diuino spiritu anteq̃ in terra nascereẽ implere Neq enĩ si magicis artibus fecit vt coleret ꝛ mortuus:magus erat anteq̃ natus:cui pphetãdo vetitro gens vna deputata est.

¶ Tũc aperuit illis sensum:ut itelligerent scripturas: ꝛ dixit eis: Qm̃ sic scriptũ ẽ et sic oportebat christũ pati ꝛ resurgere a mortuis tertia die: ꝛ pdicare in noie ei⁹pniam ꝛ remissionẽ peccatorũ in omnes gẽtes: incipientib⁹ab hierosolyma. Uos autẽ testes estis horũ. Et ego mittã promissum patris mei in uos. Uos autem sedete in ciuitate quoadusq; induamini uirtute ex alto.

BED. Postq̄ prebuit se videndũ oculis: manibus contractandũ: legis cõmemorauit scripturas. consequẽter aperuit sensuz: vt intelligatur quod legitur. vnde dicitur: Tũc aperit illis sensum: vt intelligerẽt scpturas. THEO. Alioqn quomodo eorũ anima turbata ⁊ vacillãs circa christi mysteriũ studuisset: sed ⁊ verbis eos docuit. Sequit̃ enim: Et dixit eis: qm̃ sic scptũ est: ⁊ sic oportet christũ pati. s. ꝑ lignũ crucis. BED. Perdidit aũt christꝰ fructum passionis: si nõ esset veritas resurrectõis. vnde subdit: Et resurgere a mortuis die tertia. Deide post cõmendatã sui corporis veritatẽ: commẽdat ecclie vnitatem cũ subdit: Et predicare in nomie eiꝰ pniam ⁊ remissiõem peccatorũ in omẽs gẽtes. EVSE. Dictũ. n. erat: Postula a me: ⁊ dabo tibi gẽtes hereditatem tuam. Oportebat aũt cõuersos ex gẽtibus expiari a quolibet ɔtagio ⁊ macula q̄ ipiꝰ virtutẽ: q̄si cõtaminatos ab errore demonũ idolatrie: ⁊ nuper quasi cõuersos a vita execrabili ⁊ impudica. ⁊ ideo dicit: q̄ oportet p̄dicari p̄us quidẽ pniam: cõsequẽter remissiõem peccatorũ in omẽs gẽtes. Eis. n. qui prius q̄z verã ostẽderũt maloꝝ pniaz salubri gratia veniam cõmissorũ donauit: ꝑ quibꝰ ⁊ mortẽ subijt.

THEO. In hoc vero q̄ dicit Pniaz ⁊ remissiõez peccatoꝝ. etiã de baptismate meminit: in quo ꝑ depositõem priorũ scelerũ: subsequit̃ venia peccatoꝝ. Sed quo pacto itelliget̃ in solo christi noie baptisma fieri: cũ alibi mandet hoc fieri in noie p̄ris ⁊ filij ⁊ spiritussancti? Et p̄mo quidẽ dicimꝰ q̄ nõ intelligit̃ q̄ in solo christi nomie fiat baptisma: sed q̄ christi baptismate aliquis baptizet̃. i. spiritaliter: nõ iudaice: nec tali quali iohãnes baptizabat ad solã pniam: sz ad sp̄us almi ꝑticipatõem: sicut ⁊ christꝰ in iordane baptizatꝰ ostẽdit spiritũsanctũ in specie colũbina. Porro baptisma in christi nomie. i. morte christi intelligas. sicut. n. ipe post mortẽ triduo resurrexit: sic ⁊ nos ter in aquã mergimur ⁊ cõueniẽter emergimur: incorruptibilitatis sp̄us arrã recipiẽtes. Hoc etiã christꝰ nomẽ cõtinet in se: ⁊ patrẽ quasi vnctorẽ: ⁊ sp̄m quasi vnctionẽ: ⁊ filiũ quasi vnctũ. s. sz humanã naturã. Nõ aũt decebat ampliꝰ bipartitũ esse humanũ genꝰ in iudeos ⁊ gẽtiles. Et ideo vt omẽs in vnũ vniret: mãdauit incipe sermonẽ a hierusalez ⁊ ad gẽtes terminari. vnde sequit̃: Incipi. ab hierusalẽ. BED. Nõ solũ quia credita sunt illis eloqa dei: ⁊ eoꝝ est adoptio filiorũ ⁊ gloria. verũ etiam vt gẽtes varijs erroribꝰ implicate: hoc maxime indicio diuine pietatis: ad spem venie ꝓuocent̃ q̄ eis qui filiũ dei crucifixerũt venia cõcedet̃. CHRY. Insuꝑ ne dicerent aliqui: q̄ omissis notis iuerũt se ostẽtaturos ad extraneos. Ideo p̄us apud ipos occisores pandũt resurrectõis signa in eadẽ ciuitate, in q̄ ꝓrupit temerariꝰ ausus. Ubi. n. crucifixores credere vident̃: resurrectio plurimũ demõstrat̃. EVSE. q̄ si ea que christꝰ p̄dixit iam sortiũt̃ effectũ: ⁊ verbũ eius viuax ⁊ efficax ꝑ vniuersuz mũdũ oculata fide ꝑspicitur: tp̄s est nõ icredulos eẽ erga eũ qui ꝓtulit v̄bũ. Eũ eni necesse est diuinã vitã ducere: cuiꝰ opa viuida verbis cõsona ostendunt̃: que quidẽ ministerio ap̄lorũ impleta sunt. vnde subdit: Uos aũt estis testes horũ. mortis. s. ⁊ resurrectõis. THEO. Consequenter ne turbati cogitarẽt quomodo nos hoies idiote testimoniũ ꝑhibebimꝰ gẽtibꝰ ⁊ iudeis qui te occiderũt: subiũgit: Et ego mitto ꝓmis. pa. mei i vos quod. s per ioelem ꝓmiserat dicens: Effundã spiritũ meũ super omnẽ carnẽ. CHRY. Sicut autẽ milites inuasuros multos nemo dux exire sinit donec armati sint: ⁊ sic discipulos ante spiritꝰ descensum: ad conflictũ egredi nõ permittit. vnde subdit: Uos aũt sedebitis in ciui. quoadusq̄z indua. vir. ex alto.

AVG. Sic ergo christũ cognouerũt primo ꝑ famam: postea ꝑ p̃ntiam: sicut agitur hodie cũ eis q̃ foris sunt: ⁊ nondũ sunt christiani. christꝰ nũciatur ꝑ christianos amicos tanq̃ illa muliere hoc ẽ ecclesia nũciante ad christum veniũt. credũt ꝑ istã feminam: ⁊ multo plures ⁊ firmius in eum credũt: quoniã vere ipse est saluator mũdi. ORI. Impossibile est nãqꝫ eandem circa intellectũ fieri passionẽ videnti ⁊ ei qui ꝑ videntẽ instruitur: magisqꝫ ẽ ꝑ spem ambulare q̃ ꝑ fidem. vnde hi nõ solũ testimonio hominis: sed ob ipsam quoqꝫ veritatẽ credũt.

¶ Post duos aũt dies exijt inde: ⁊ abijt in galileã. Ipse enĩ iesus testimoniũ perhibuit: quia propheta in sua patria honorẽ non habet. Cũ ergo uenisset in galileam exceperũt eũ galilei: cũ omnia uidissent que fecerat hierosolymis ĩ die festo. Et ipsi enĩ uenerant ad diem festum.

¶ ALCVI. Post biduũ quod fecit ĩ samaria: abijt in galileã vbi nutritus fuerat. vñ dicit: Post duos aũt dies exijt inde ⁊ abijt in galileã. AVG. Mouet aũt nos ut euãgelista dixerit consequẽter: Ipse enĩ iesus testimoniũ ꝑhibuit: qꝛ propheta in sua patria honorẽ non habet. Magis enim videtur attestari potuisse ꝙ propheta in patria sua honorẽ non habet si cõtemneret pergere in galileam ⁊ in samaria remãsisset. Hoc ego sentio: in samaria biduũ fecit ⁊ crediderũt ĩ eum samaritani. tot dies fecit ĩ galilea: ⁊ nõ crediderũt in eũ galilei: ⁊ ꝓpter hoc dixit ꝙ ꝓpheta in patria sua honorẽ non hꝫ. CHRY. Uel aliter: ideo hoc adiectũ est qꝛ nõ in capharnaũ abijt: sed in galileam ⁊ in chana vt infra dicet. ego enim patriã eum hic estimo dicere capharnaũ. quoniam aũt nõ potitꝰ est illic honore: audi eũ dicentẽ: Et tu capharnaũ que vsqꝫ ad celũ exaltata es: vsqꝫ ad infernũ descendes. Dicit aũt hic patriã ꝓpriam in qua videtur plus cõuersatus. THEO. Uel aliter: quia dñs exiens de samaria venit in galileã: ne aliquis dubitaret ⁊ quereret qua de causa nõ semper in galilea maneret: dicit ꝙ ꝓpter hoc nõ manebat in galilea: quia nullũ ibidẽ recipiebat honorẽ: qđ ipse testatus est dicens: qꝛ ꝓpheta in sua patria nõ habet honorẽ. ORI. Perscrutanda est autem huius dicti sentẽtia. Prima siquidẽ ꝓphetarũ in iudea erat: ⁊ est nõ ignotũ ꝙ honorẽ a iudeis neq̃q̃ sũt consecuti: iuxta illud: Quẽ nam ꝓphetarũ non ꝑsecuti sunt patres vestri? Mirãda etiam occurrit huiꝰ decreti veracitas: cum ꝑuenerit non tm̃ ad sanctos ꝓphetas vilipensos a ꝓprijs: ⁊ ipsũ dñm nr̃m: sed protensa sit etiã in quosdam ꝓphetie sequaces contẽptos a suis ciuibus ⁊ ad mortẽ deductos.

CHRY. Quid igit? nõne videmꝰ ⁊ apud suos multos in admirationẽ deductos? ita quidẽ: sed ab his que raro ꝯtingũt nõ oportet talia ꝓnũciari. Sed si in ꝓpria patria aliqui honorant: multomagis ĩ aliena. Consuetudo enĩ facile hoĩes cõtẽptibiles facere cõsueuit. qm̃ igitur venit in galileã: susceperũt eũ galilei. vnde sequit: Cũ ergo venisset in galileã exceperũt eum galilei. Uides qm̃ qui mali dicebãt: hi maxime ad christũ accedere inueniũtur. Nam ꝓpter galileos dicit: Interroga ⁊ vide qm̃ ꝓpheta ex galilea nõ surrexit. ꝓpter samaritanos aũt improperabãt ei: Samaritanus es ⁊ demoniũ habes. Sꝫ

ecce samaritani ⁊ galilei credūt in cōfusionez iudeorum. Inueniunt aūt ⁊ galilei samaritanis meliores nā illi qdem a mulieris crediderūt vbis: hi vo videntes signa q̄ faciebat. vñ sequit: Cū oīa vidissent que fe. hieroso. in die festo. ORIGE. Quod enim dñs eijcit de templo vendētes oues ⁊ boues: tā grande reperit: vt his moti galilei reciperēt dñm: cōsiderantes mirantesq; maiestatem ei⁹. nō enim minor potētia eius oñdit in his q̄ȝ vt ceci videant: audiantq; surdi. Estimo vo nec hec sola ipm tunc fecisse: sed ⁊ alia signa. BEDA: Sed vñ data est eis vidēdi occasio oñdit subdens: Et ipi eni venerant ad diem festum. Mystice aūt intimat q̄ gentib⁹ in fide a duobus p̄ceptis charitatis consolidatis: christus circa fines mūdi reuertet ad patriā .i. ad iudeos. ORIG. Expedit aūt galileū .i. transmigrantē festare hierosolymis vbi est templū dei: ⁊ videre singula q̄ peragit ibi iesus. Hoc eni est p̄cipuū vt galilei recipiant dei filiū euntē ad ipsos: alioqn vel nō recepissent illum vel etiam ipse nondū ipsis preparatis ad eius receptionē adeo ꝑpe venisset ad eos.

¶ Uenit ergo iterū in chana galilee ubi fecit aquā uinum. Et erat qdez regulus cui⁹ filius infirmabatur capharnaū. Hic cum audisset: q2 ies⁹ adueniret a iudea i galileā: abijt ad eum: ⁊ rogabat eū ut descenderet ⁊ sanaret filium ei⁹. Incipiebat enim mori. Dixit ergo iesus ad eū: Nisi signa ⁊ ꝓdigia uideritis nō creditis Dicit ad eum regulus: Domine descēde p̄us q̄ȝ moriat filius me⁹. Dicit ei ies⁹: Uade fili⁹ tuus uiuit. Credidit homo sermoni quē dixit ei ies⁹ ⁊ ibat. Jam aūt eo descendente serui occurrerūt ei: ⁊ nūciauerūt dicētes q2 filius ei⁹ uiueret. Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerit. Et dixerunt ei: q2 heri hora septima reliquit euȝ febris. Cognouit ergo pater q2 illa hora erat i qua dixit ei iesus filius tu⁹ uiuit: ⁊ credidit ipse ⁊ domus eius tota. Hoc iterum secūdum signū fecit iesus cum uenisset a iudea in galileam.

¶ CHRY. Primo qdem dñs vt supra dcm̄ est i chana galilee venerat vocatus ad nuptias. Nūc autem ad eos vadit: vt magis eos attrahat: sponte ad eos veniens ꝓpa patria dimissa: ⁊ vt fidē a p̄ori miraculo in eis initiatum fortiorē faceret ꝓpter suam p̄ntiā AVG. Ibi eni quādo aquā in vinum ꝯuertit: crediderunt in eū discipuli eius. ⁊ vtiq; plena domus erat turbis cōuiuantiū: ⁊ sciñ est tam magnū miraculum: ⁊ nō crediderūt nisi discipuli eius. ⁊ iō hanc ciuitatem mō repetiuit. s. vt q̄ p̄ p̄ora nō crediderāt mō credant. THEO. Rememorat aūt nobis euāgelista miraculū perpetratuȝ in chana galilee de aq̄ cōuersa in vinū vt augeret christi p̄conū: q2 galilei nō solū ꝓpter miracula hierosolymis fcā: sed ⁊ propter ea que apud ipsos fcā erant receperūt iesum: similiq; vt oñderet q̄ regulus credidit ꝓpter miraculum in chana ꝑpetratum: quāuis eius non perfecte cognouerit dignitatē. vñ sequit: Et erat qdā regul⁹ cui⁹ filius infirmabat caphārnaū. ORIG. Putabit aūt aliquis regis herodis hunc esse regulū: ⁊ aliquis asserit hunc eē de familia cesaris: exercentem tunc temporis aliqd in iudea. neq; enim dicit q̄ iudeus fuerit. CHRY. Regulus aūt dicit: aut quasi generis existens regalis: aut dignitatem aliquā p̄ncipatus hñs: aut q2 sic vocabat. Igit quidam hunc eūdem eē existimāt centurionē: q̄ est apō mattheuȝ Oñditur aūt alius eē ab eo. nā ille quidē christum volentē ire ad suam domū rogat remanere: hic aūt ⁊ nihil tale ꝑmittentē ad domū trahit. Et ille qdem ad iesum de monte descēdentē capharnaū intrauit: hic autē ad iesum in chana venientē accessit. Et illi⁹ qdem puer a paralysi detinebat: hui⁹ aūt filius a febre. De hoc ergo regulo subdit: Hic cuȝ audis. q̄ ie. adue. a iu. in gali. abijt ad eū ⁊ ro. eū vt descē. ⁊ sa. fi. eius: incipie. eniȝ mori. AVG. Qui rogabat nōne credebat? Quid a me expectas audire: dñȝ īterroga quid de illo senserit? Seq̄t enī: Dixit ḡ iesus ad eū Nisi signa ⁊ ꝓdigia vide. nō cre. Arguit hoiem in fide tepiduȝ aut frigidū: aut oīno nullius fidei: sed tētare cupientē de sanitate filij sui: qualis esset christ⁹ quid eēt: q̄ȝtum posset. Prodigiū quidē appellatuȝ est q̄si porro dicium qd̄ porro dicat: porro significet ⁊ ad futuꝝ aliquid ꝓtendat. AVG. de cō. euange. Adeo aūt dñs supra oīa mutabilia vult mentē credentis attollē: vt nec ipa miracula: que q̄ȝuis diuinitus de mutabilitate corpoꝝ fiūt: a fidelib⁹ q̄ri velit. GREGO. Sed memētote etiā qd petijt: ⁊ aperte cognoscetis: q2 in fide dubitauit. Poposcit nāq; vt descenderet ⁊ sanaret filiū ei⁹. vñ sequit: Dicit ad eū regul⁹: Dñe descēde p̄usq̄ȝ moriat fili⁹ me⁹. Min⁹ itaq; in illo credidit: quem nō putauit posse salutez dare nisi p̄ns esset ⁊ corpore. CHRY. Audi etiam qualiter adhuc terrene christum trahit: q̄si nō possz eum post mortē suscitare. si autem nō credēs venit ⁊ rogauit nil mirabile. Consueuerunt eni patres ex multo amore nō solum medicis loqui de quib⁹ cōfidunt: sed de quib⁹ non cōfidūt nihil volentes pretermittere eoꝝ que ad salutē ꝑtinent filioꝝ: si tamen valde crederet christi virtutē: non neglexerit etiam in iudeaȝ ire. GREGO. Sed dñs qui rogat vt vadat: q2 non desit vbi inuitat indicat: solo iussu salutem reddidit: qui voluntate oīa creauit. vñ sequitur Dicit ei iesus: Uade filius tuus viuit. Hic superbia nostra retundit: qui in hominibus non naturā qua ad imaginē dei facti sunt: sed honores ⁊ diuitias veneramur. Redemptor vo noster vt oñderet q̄m q̄ alta sunt: hominib⁹ sanctis despiciēda sūt: ⁊ q̄ despicienda sunt hominibus: despicienda non sūt sanctis

Ad filium reguli ire noluit:ad seruũ centurionis ire
paratus fuit. CHRY. Uel aliter: Illic quidẽ fides
confirmata erat: iccirco ⁊ ꝓmisit ire vt discam⁹ viri
deuotionem. hic autẽ adhuc imꝑfectus erat: ⁊ non
dum nouerat manifeste ꝙ absens curare poterat.
vñ ex hoc ꝙ non accedit iesus hoc addiscit. Sequit̃
enĩ: Credidit homo ſmoni quẽ dixit ei iesus ⁊ ibat.
Non tñ integre neq; sane. ORIGE. Ostenditur
autẽ ei⁹ dignitas ⁊ officium ex hoc ꝙ seruiẽtes illi
occurrũt. vñ sequit̃: Jam autẽ eo descendente serui
occurrerũt ei: ⁊ nun. ei. di. quia fi. eius vi. CHRY.
Qui quidem obuiauerũt: non vt annunciarẽt soluz
sed quasi estimãtes de reliquo supfluũ esse christi p̃
sentiam quẽ credebãt accedere. Qđ autem regulus
non integre credidit: sane neq; ostẽditur ex hoc ꝙ se
quit̃: Interrogabat ergo horã ab eis in qua melius
habuerat. Uolebat enim scire vtrum casu vel ex pre
cepto christi hoc factũ esset. Sequit̃: Et dixerunt ei
quia heri hora septima reliquit eum febris. Uide q̃
liter miraculum manifestũ est: non enim simpliciter
neq; vt contingit a ꝑiculo liberat⁹ est: sed repente ⁊
simul vt appareat non esse ex nature cõsequẽtia qđ
fiebat: sed actione christi. vñ sequit̃: Cog. g̃ pr̃ quia
illa hora erat ĩ qua dixit ei iesus: Fi. tu. vi. ⁊ cre. ipse
⁊ do. ei⁹ tota. AVG. Si ergo ꝓpterea credidit: q̃a
nunciatum est ei ꝙ fili⁹ eius esset sanus: ⁊ compauit
horam nunciantiũ hore prenũciantis: quãdo roga-
bat nondũ credebat. BEDA: Unde datur intel
ligi ⁊ in fide gradus esse: sicut ⁊ in alijs virtutibus q̃
bus est initium incrementũ atq; perfectio. Huius g̃
fides initium habuit cum filij salutẽ petijt: incremẽ-
tum dum credidit ſmoni dñi dicentis: Filius tuus
viuit. deinde pfectionem obtinuit nunciantibus ser
uis. AVG. Ad solum ſmonem crediderũt plures
samaritani. Ad illud miraculum sola illa dom⁹ cre
didit vbi est factum. vñ subdit euangelista: Hoc ite-
rum scđm signum fecit iesus: cũ venisset a iudea in
galileam. CHRY. Non sine causa hoc adiecit sed
ostẽdens quoniã secundo signo facto: nondũ ad alti
tudinẽ samaritanoꝝ nullum signũ videntium iudei
ꝑuenerunt. ORIGE. Amphibologiã aũt cõtinet
p̃ns dictum. vno enim modo denotat ꝙ iesus veni
endo a iudea in galileã: duo fecit miracula: quoꝝ
scđm est factũ erga filiuz reguli. alio modo sic: Duo
bus existentib⁹ signis que iesus in galilea exercuit:
scđm egit veniens a iudea in galileam. ⁊ hic sensus
verus est. Mystice autem ꝑ hoc ꝙ iesus bis in ga li
leam accedit: binus saluatoris aduent⁹ in mundum
ostẽditur: p̃mus q̃dem misericordie: vt vino facto cõ-
uiuas exhilararet: secũdus vero vt filiũ reguli ad mor
tem pene deductum suscitet. i. populum iudeoꝝ qui
post plenitudinẽ gentiũ accedet saluandus in fine.
Magn⁹ autẽ rex regũ est qui cõstitutus est a deo
in monte syon sancto eius: huius qui viderũt diem
⁊ gauisi sunt: reguli dinoscunt̃. Arbitramur igit̃ re-
gulum esse abraam: egrotũ vero filiũ ei⁹ israeliticuz
genus debilitatum erga cultũ diuinum: ⁊ ideo inca
luit ignitis spiculis inimici: vt ꝑinde febrire censeat̃
Apparet aũt ꝙ p̃cedentib⁹ sanctis postq̃ carnis ex
uerũt amictũ populus fuit cure. vñ legit̃ in macha
beis post mortẽ hieremie: Hic ẽ hieremias ꝓpheta
dei: qui plurimũ orat ꝓ populo. Abraam igit̃ obse-
erat adiuuari a saluatore populũ infirmuz. ⁊ quidez
p̃atis ṽbum de chana ꝑdit vbi dictum est: Fili⁹ tu
us viuit. Sed ṽbi efficacia in capharnaum agit̃. naz
ibi filius reguli curat̃ est quasi in agro consolatio-
nis morans quod significat genus quoddã debiliũ
non tamẽ omino fructibus p̃uatorũ. illud aũt: Nisi si
gna ⁊ ꝓdigia vi. non cre. dictũ illi refert̃ ad multitu
dinẽ filioꝝ suoꝝ: ⁊ ad ipsum quodammõ. sicut enĩ
iohãnes expectabat datum sibi signũ. s. sup quem vi
dens spm̃ descendentẽ: sic ⁊ premortui sancti aduẽ
tum christi in carnẽ ⁊ signis ⁊ ꝓdigijs manifestãduz
expectabant. Habebat aũt hic regulus nõ solũ filiũ
sed etiam seruos ꝑ quos significat̃ maneries quedã
minus hñs. ⁊ infinita credentiũ nec a casu hora septi
ma deserit filium febris: nam septenari⁹ numer⁹ est
quietis. ALCVI. Uel q: per septiformẽ spiritum
est omnis remissio peccatoꝝ. Septenari⁹ enĩ in tria
⁊ quatuor diuisus significat sanctã trinitatez in qua
tuor anni temporib⁹: in quatuor mũdi partibus: in
quatuor elemẽtis. ORIG. Possunt quoq; signi fi
cari duo aduent⁹ christi ṽbi ad animã: p̃mus quidẽ
ex facto vino prebens anime gaudiũ spiritualis cõ-
uiuij: secundus vero oẽs languoris ac mortis reliq̃
as amputãs. THEO. Regulus aũt est omnis hõ
non solum q: regi vniuersoꝝ ꝓpinquus existit ſm
aĩam: sed quia ⁊ ipse sup oĩa p̃ncipatũ sumpsit: cui⁹
filius. i. mens febricitat voluptatib⁹ prauis ⁊ deside-
rijs: Accedit aũt ad iesuz ⁊ dep̃catur vt descendat. i.
vt cõdescensu minime vtat̃: ⁊ parcat peccatis p̃usq̃
a voluptatum infirmitate mortificet̃. Sed domin⁹
dicit: Uade. i. pfectum continuũ circa bonum ostẽ
das: ⁊ tũc fili⁹ tuus viuet. Si autẽ ambulare cessaue
ris mortificabit̃ tibi intellectus circa boni operatio
nem.

CAPITVLVM. V.

Post hec erat dies festus iu
deorum: ⁊ ascẽdit iesus hie
rosolymam. Est autem hie
rosolymis probatica piscina que co
gnominat̃ hebraice bethsaida q̃nq;
portic⁹ habẽs. In his iacebat multi
tudo magna languentiun cecorum
claudorum aridorum: expectantiũ
aque motum. Angelus autem do
mini descendebat ſm tempus in pi
scinam: ⁊ mouebatur aqua. Et qui
prior descendisset in piscinã post mo
tionez aque: sanus fiebat a quacũq;
detinebatur infirmitate. Erat autẽ
quidam homo ibi triginta ⁊ octo an
nos habẽs in infirmitate sua. Hũc
cum uidisset iesus iacentez: ⁊ cogno
uisset quia iam multum tempus ha
beret: dicit ei: Uis sanus fieri? Res
põdit ei languidus: Domine homi

nem non habeo: ut cum turbata fuerit aqua mittat me in piscinam. Dum uenio enim ego: alius ante me descēdit. Dicit ei iesus: Surge: tolle grabatum tuum et ambula. Et statim sanus factus est homo ille: et sustulit grabatum suum et ambulabat. Erat autem sabbatū in die illo. Dicebant ergo iudei illi q sanat⁹ fuerat. Sabbatum est: nō licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis: Qui me sanum fecit ille mihi dixit: tolle grabatum tuū et ambula. Interrogauerunt ergo eum: Quis est ille homo qui dixit tibi: tolle grabatum tuum et ambula? Is aūt qui sanus fuerat effect⁹ nesciebat quis eēt. Jesus eni declinauit a turba ɔstituta in loco.

AVG. de con. euā. Post miraculū in galilea factum: inde hierosolymam redit. vñ dicit: Post hec erat dies festus iudeoꝝ: et ascēdit iesus hierosolymā.
CHRY. Mihi videt̃ q̃ erat dies festus pēthecostes: ascēdit aūt iesus hierosolymā semꝑ in diebus festis: vt cū eis dies festos faciens nō videat̃ legi ɔtrius: et ob hoc multitudinē simplicem ꝑ signa et doctrinā attrahat: maxime eni in diebus festis hi qui iuxta positi erant concurrebāt. Sequit̃: Erat autē hiero. ꝑ. pisci. q̄ cogno. hebra. bethsa. qnq̧ por. hñs.
ALCVI. Probaton grece ouis dicit̃: ꝓbatica ğ piscina peculiaris dicit̃: vbi sacerdotes cadauera bostiaꝝ abluebāt. CHRY. Debebat q̄dem baptisma dari peccata purgans: cui⁹ imago ꝑscripta fuit in piscina et in alijs plurib⁹: et ꝑmū quidē dedit de⁹ aquā expurgantē corpoꝝ sordes et inquinationes nō existentes: sed opinatas puta eas que a funere et que a lepra et que ab alijs talib⁹ deīde infirmitates diuersas ꝑ aquas facit solui. vñ sequit̃: In his iace. mul. mag. lan. ceco. clau. et ari. expe. aque mo. Uolēs .n. de⁹ ꝓpinq̄us adducē ad baptismi donū: non adhuc inquinamēta solum mūdat. Sed etiā egritudines sanat: sicut enim ministri qui ꝓpe regē sunt: his qui sunt a longe clariores sunt: ita et in figuris fit. Non aūt simpliciter sanabat aquarū natura: semꝑ .n. hoc fieret: sed in angeli descensione. vñ sequit̃: Angelus aūt dñi descē. ſm temp⁹ in pisc. post mo. aque. Sicut eni et in baptizatis non simpliciter aqua operat̃: sed cum spūſancti acceperit grām: tūc omnia soluit peccata. Angelus eni descēdēs turbabat aquam: et sanatiuā imponebat virtutē: vt discant iudei quoniā multomagis angeloꝝ domin⁹ omnes egritudines anime sanare pōt. sed tūc quidē infirmitas impedimentū volēti curari fiebat. Subdit̃ eni: Et qui prior descē. in pis. post mo. aque: sanus fiebat a quacunq̧ detinebat̃ infirmitate. Nūc aūt vnusquisq̧ accedē potest. non eni angelus est qui turbat aquā: sed angeloꝝ domin⁹ qui oīa operat̃. sed et si orbis terrarū vniuersus veniat: grā non consumit̃ sed similis manet. sicut eni solares radij per vnāquāq̧ illuminant diem: et non cōsumunt̃: neq̧ a multa largitione minor fit solis lux: ita et multo amplius spūſancti actō in nullo minuit̃ a multitudine eoꝝ qui potiunt̃ ea. Hoc aūt fiebat. f. vt vnus tñ post motionē aque sanaretur: vt qui viderāt quoniam in aqua egritudines corporis sanabant̃: in hoc per multū temp⁹ exercitati facile crederēt q̃ et egritudines anime aqua sanare potest. AVGV. Plus est autē q̃ christ⁹ vitia sanauit animaꝝ: q̄ q̃ languores corpoꝝ moriturorum. sed quia ipsa anima nō eū nouerat a quo sananda erat: et oculos habebat in carne vñ facta corporalia videret: et nondū habebat in corde vñ deum latenter cognosceret: fecit qđ videri poterat: vt sanaretur vñ videri non poterat. Jngressus est locū vbi iacebat multitudo languentiū: de quib⁹ elegit vnū vt sanaret. de quo subdit̃: Erat autē quidam homo ibi triginta et octo annos habēs in infirmitate sua.
CHRY. Non autē confestim eum a ꝑncipio sanauit: sed ꝑmum eū familiarē sibi facit: per interrogationem future fidei faciens viam. Non autē expetit fidem vt in cecis fecit dicēs: Creditis quia possū hoc facere: quia hic nōdum nouerat eū manifeste quis esset. Nam illi quidē ex alijs eius virtutē cognoscētes: cōuenienter hec audierāt. Alij vero nondū eum cognoscētes: sed ꝑ signa eū cognituri post miracula requirunt̃ de fide. vñ sequit̃: Hūc cum vidisset iesus iacentē et cognouisset q̃ multū iam temp⁹ haberet dicit ei: Uis sanus fieri? Nō querit vt discat: hoc eni superfluū esset: sed vt ostenderet istius patientiā q̄ triginta et octo annos habens: ꝑ vnūquēq̧ annū expi ab egritudine expectās assidebat et non desistebat. Et vt cognoscam⁹ ꝓpter quā cām dimittens alios adhuc venit: et nō dicit: Uis te curabo? nōdum enim aliquid magnū imaginabat̃ ille de christo. nō autē turbat⁹ est ad interrogationem neq̧ dixit iniuriari mihi venisti: quādo interrogas si volo san⁹ fieri: sed mansuete respōdet. Sequit̃ enim: Respondit lang. Domine hominē non habeo: vt cū tur. fu. aqua mit. me in pisci. dum venio eni ego alius ante me descē. Non nouerat quis eēt: qui interrogabat: neq̧ q̃ curaturus esset eū. Opinabat̃ autē fortasse vtilem sibi fore christum ad mittendū eum in aquam. sed christus ostēdit q̃ vbo omnia pōt facere. vnde sequit̃: Dicit ei iesus: surge tolle grabatum tuū et ambula.
AVGVSTI. Tria dixit: sed Surge: non opis imperium fuit sed operatio sanitatis. Sano autē duo imperauit: Tolle grabatū tuum et ambula. CHRY. Intuere diuine sapientie supabundantiā: non solū sanat: sed et lectū portare iubet: vt credibile faceret miraculum: et nullus existimet phantasiam esse qđ factum est. Non eni nisi certissime et vehemēter cōpacta essent mēbra: lectulum ferre posset. Audiens aūt languidus: quoniā cum ꝑtāte et velut iubēs dixit: Surge tolle grabatū tuū. non derisit dicens Angelus descēdit: et turbat aquam: et solū vnum curat. Tu autem homo existēs ex solo precepto: speras te magis angelis posse: sed audiuit et non discredidit et qui iussit: et sanus factus est. vnde sequit̃: Et stati

san⁹ factus est homo: ꝛ sustu. graba. su. ꝛ ambulauit

BEDA: Multū quippe inter sanationē domini: ꝛ que a medicis infert distare ꝓbatur: hec videlꝫ voce iubētis ꝛ mox implet. Illa vero ꝑ multa temporis interualla aliquotiens ꝑficitur. CHRY. Igit mirabile quidē est hoc: que aūt sequent multo maiora erunt. nam in initio q̄dem nullo molestāte sua deri non ita mirabile est: sicut q̄ꝺ post insanientib⁹ iudeis ꝛ accusantib⁹: christo obediuit: vt ostēdit euāgelista cōsequenter dicēs: Erat autē sabbatuꝫ in illo die dicē. ergo iudei illi qui san⁹ fuerat factus: sabbatum est: non li. ti. tol. graba. tuum. AVG. Non calūniabant domino: quia sanū fecerat sabbato quasi eis respōdere posset: quia si cuiusq̄ꝫ iumentū in puteum cecidisset: vtiq̄ꝫ die sabbati erueret illud ꝛ saluaret: sed qui portabat grabatum suum. q. d. si sanitas non erat differenda: nunquid ꝛ opus fuerat imperandum. ꝫ ille auctorem sanitatis sue obiiciebat calūniatorib⁹. vn̄ sequit: Respōdit eis: qui me sanū fecit: ille mihi dixit: Tolle grabatum tuū ꝛ ambula. q. d. quare nō acciperem iussionem a quo acceperā sanitatem. CHRY. Nimirum si malignari vellet poterat dicere: Si crimē est accusate eum qui iussit ꝛ deponam lectulū: sed ꝛ curationeꝫ vtiq̄ꝫ occultasset. Etenim sciebat nō ita eos esse morsos ex sabbati solutione: sicut ex īfirmitatis sanatione. ꝫ neq̄ꝫ hoc occultauit: neq̄ꝫ veniam petiit: sed clara voce beneficium cōfessus est. illi vero maligne interrogauerūt. vnde subdit: Interrogauerūt ergo euꝫ quis est ille homo qui dixit tibi: Tolle grabatum tuū ꝛ ambula Nō dicunt: Quis est qui fecit te sanum: sed in medium inducūt id quod transgressio estimabat. Sequitur: Is aūt qui sanus fuerat effectus nesciebat quis esset. Jesus autē declinauit a tur. consti. in loco. Et ꝑmum quidē vt eo absente testimoniū insuspicabile fieret. Qui enim adeptus fuerat sanitatem idoneus erat beneficij testis. demum vt nō plus faceret furorem illorum accendi. Solus enī visus eius cui inuidetur: non paruam inuidentib⁹ immittit scintillam ꝑpterea discedens: permisit ab ipsis suum factū examinari. Quidam estimāt hunc paraliticum esse euꝫ qui in mattheo posit⁹ est: sed non est. Ille enī multos habebat sui curam habētes ꝛ eum ferentes: hic autem nullum. Sed ꝛ locus vtrorūq̄ꝫ diuersus est.

AVG. Siquidem mediocri corde ꝛ humano ingenio consideremꝰ hoc miraculū facientē quod ad potestatē pertinet: non magnum aliquid fecit: ꝛ q̄ꝺ ad benignitatem parum fecit. Tot iacebant: ꝛ vnus curatus est cū posset vno verbo oēs erigere: Quid ergo intelligendū est: nisi quia potestas illa ꝛ bonitas magis agebat quid anime in factis eius pro salute sempiterna intelligerēt: q̄ꝫ quid ꝑ temporali salute corporis mererent. In illis enim factis quicq̄d temporaliter sanatū est in membris mortalib⁹ in fine deficit: anima que credidit: ad vitam eternā transitum fecit. Piscina illa ꝛ aqua illa populum mihi videt significasse iudeorum. significari enim populos nomine aquarū aperte nobis indicat apocalypsis iohānis. BEDA: Bene autem piscina probatica fuisse describit. Ille enim populus ouis nomine significat: sm̄ illud psalmi Nos populus tuus ꝛ oues gregis tui. AVGV. Aqua ergo illa. i. populus ille q̄nq̄ꝫ libris moysi tanq̄ꝫ quinq̄ꝫ porticibus claudebat: sꝫ illi libri ꝑdebāt lāguidos nō sanabāt. Lex enim peccatores conuincebat nō absoluebat.

BEDA: Deniq̄ꝫ multa genera languentiuꝫ in eadem iacuerunt: ceci. s. qui scientie lumine carēt: claudi qui ad ea que iubentur implenda vires nō h̄nt. Aridi qui superne dilectionis pinguedine carent.

AVGVS. Uenit aūt christus ad populū iudeoꝝ ꝛ faciēdo magna: docēdo vtilia turbauit peccatores. i. aquā ꝑsentia sua: ꝛ excitauit ad passionē suā: sed latens turbauit. Si eniꝫ cognouissēt: nūq̄ꝫ glīe dn̄m crucifixissent. Subito eniꝫ videbatur aqua turbata: ꝛ a quo turbabatur non videbatur. Descēdere ergo in aquam turbatam: hoc est humiliter credere ī domini passioneꝫ. Ibi sanabatur vnus: significans ecclesie vnitatem: postea quisquis veniret nō sanabatur: qꝛ quisquis preter vnitateꝫ fuerit: sanari nō poterit verb illis qui oderūt vnitatem: ꝛ partem sibi faciunt in hominibus. Habebat auteꝫ. xxxviij. annos in infirmitate: qui sanatus est. hic enim numerus ad languorem pertinet magis q̄ꝫ ad sanitateꝫ. Quadragenarius enim numerus sacratus: nobis in q̄dam perfectione cōmendatur: qꝛ lex ī decem preceptis data est ꝛ predicanda erat per totum mundum: qui quatuor partibus commendatur. Denarius autem per quatuor multiplicatus ad quadragenariuꝫ peruenit. vl' qꝛ per euangeliū quod quatuor libros habet impletur lex. Si ergo quadragenarius numerus hꝫ perfectionem legis: ꝛ lex non impletur nisi in gemino precepto charitatis. quid miraris quia languebat qui. xl. minus duos habebat: necessariꝰ erat illi hō ad sanitatem. Sed homo ille qui ꝛ deꝰ ē: ꝛ qꝛ illum iacentem duobus minus inuenit: quia duo quedaꝫ iubendo q̄ꝺ minus erat impleuit. In duobus enim domini iussis duo ꝑcepta significata sūt charitatis. dei dilectio prior est ordine precipiendi: proximi aūt dilectio prior est ordine faciendi. Dicit ergo: Tolle grabatum tuuꝫ: quasi diceret: Cuꝫ esses languidus portabat te proximus tuus. sanus factus es: porta proximum tuum. Dicit etiā: Ambula. Sed quo iter agis nisi ad dominum deum tuū? BEDA: Quid enim est dicere: Surge ꝛ ambula: nisi a torpore ꝛ ignauia in quibus prius iacebas erigere: ꝛ in bonis operibus proficere stude. Tolle grabatum tuum. i. proximuꝫ tuū a quo portaris ꝛ ipse patiēter tolera.

AVGVSTINVS. Porta ergo euꝫ cuꝫ quo ambulas: vt ad eum peruenias cum quo manere desideras. Ille autem nondum iesum nouerat: quia ꝛ nos credimus in eum: quem non videmus: ꝛ vt nō videat declinat a turba. Quadam solicitudine intentionis videtur deus. turba strepituꝫ habet. visio ista secretum desiderat.

C Postea inuenit eum iesus in templo ꝛ dixit illi: Ecce san⁹ factus es: iam noli peccare: ne deterius tibi aliquid contingat. Abijt ille homo ꝛ nunciauit iudeis: q̄a iesus esset qui fecit eum sanum. Propterea persequebantur iudei iesum: quia hec fa

cieb at in sabbato. Jesus autem respondit eis: Pater me⁹ usq; modo operatur: ⁊ ego operor. Propterea ergo magis querebant eum iudei interficere: quia non solum soluebat sabbatum sed ⁊ patrem suum dicebat deum equalem se faciens deo.

¶ CHRYSO. Curatus homo non secessit ad nūdinas neq; voluptati aut vane glorie dedit seipsum: s; in templo conuersabatur: quod maxime religionis est signum. vnde dicitur: Postea inuenit eum iesus in templo. AVGV. Dominus quidem iesus ⁊ in turba eum videbat ⁊ in templo. Ille autem languidus iesum in turba non agnoscit: ĩ templo agnoscit in loco sacrato. ALCVI. Quia si gratiam conditoris cogscere volum⁹: ⁊ ad ei⁹ visionē venire: fugiēda est turba cogitationum ⁊ affectuum prauorum. declinanda sunt prauorum conuenticula. fugiendū est ad templum: vt nosipsos templum dei studeamus facere quos deus inuisere ⁊ in quibus manere dignetur. Sequi: Et dixit illi: ecce san⁹ factus es iā noli amplius peccare: ne deterius tibi aliquid contingat. CHRY. Ubi p̄us discimus q̄ ex peccatis ei nata est hec egritudo. quia enim sepius animā in nobis egrotantem insensibiliter habemus: corpus aūt ⁊ si paruam susceperit lesionem: omne facit studium vt ab īfirmitate liberemur. ꝓpterea deus punit corpus pro his que aīa deliquit: secundo vero q̄ verus est gehenne sermo: tertio q̄ longū est in finitum supplicium. Dicunt enim quidā: Nunquid quia in breui temporis momento adulteratus sum: immortaliter crucior? vide q̄ hic tanto temporē ꝓ peccatis cruciabatur: non enim temporis mensura peccata iudicantur: sed ipsa delictorum natura. Cū his autē ⁊ illud discimus: q̄ si grauem sustineam⁹ penam pro prioribus peccatis: deinde in eadem inciderimus grauiora patiemur: ⁊ hoc decenter. Qui enim neq; supplicio factus est melior vt insensibilis de reliquo ⁊ contēptor ad maius ducetur tormentum. si autem hic non omnes pro peccatis torquentur: non confidamus. Nihil enim nos hic pati pro peccatis signum est maioris illic futuri supplicij: nō autem oēs egritudines sunt ex peccatis sed plures. Quedam enim ⁊ a pigritia fiunt: quedam ꝓpter probationem: sicut in iob. sed propter quid paralytico huic christus de peccatis mētionem facit? Quidam huic paralytico detrahentes dicūt eum christi fuisse accusatorem: ⁊ ꝓpter hoc hec audisse. quid igitur dicent de paralytico qui est apud mattheum? etenim ⁊ illi dictum est: Dimittuntur tibi peccata tua. neq; etiam christus hunc incusat de preteritis: sed ad futurum eum munit solum. Alios igitur curans peccatorum non meminit: quia his paralyticis ex peccatis egritudines sunt facte: alijs autem ex infirmitate naturali: vel per hos reliquos omnes admonet Cum his autem ⁊ illud est dicere: quoniā multam vidit inesse anime huius patientiam: ⁊ vt valentem suscipere admonitionem eum admonet. Tribuit autem signum ei proprie deitatis. dicendo enim: Non amplius pecces: ostendit se scire omnia que ab eo facta erant delicta. AVGV. Nunc autem ille postea q̄ vidit iesum: ⁊ cognouit eum auctorem salutis sue: non fuit piger in euangelizando quem viderat. vnde sequitur: Abijt ille homo: ⁊ nūciauit eis: quia iesus erat qui fecit eum sanum. CHRY. Non ita insensibilis erat: vt post tātum beneficium ⁊ admonitionem maligna mente hoc dicat. Si enim detrahere vellet: sanitatem tacens transgressionem dixisset: sed hoc non fecit: non enim dixit: quoniam iesus est qui dixit: Tolle grabatum tuum. quod videbat iudeis crimen esse: sed dixit: Quoniam iesus est qui me sanum fecit. AVGVSTI. Sic igitur ille annunciabat: illi insaniebant. vnde sequitur: Propterea persequebantur iudei iesum: quia hoc faciebat in sabbato. Manifestum enim opus corporale factum erat ante oculos iudeorum: nō sanitas corporis: sed reportatio grabati: que non videbatur ita necessaria quemadmodū sanitas. Aperte ergo dicat domin⁹ sacramentum sabbati ⁊ signum obseruādi vnius diei ad tempus datum esse iudeis. Impletionem vero ipsam sacramenti in illo venisse cum sequitur: Jesus autem respondit eis: Pater me⁹ vsq; modo operatur: ⁊ ego operor. q.d. Nolite putare quia sabbato ita requieuit pater meus: vt ex illo non operetur: sed sicut ipse nunc operatur sine labore: operor ⁊ ego. sed ideo dictum est deum requieuisse: quia iam creaturam nullā condebat: postq̄ perfecta sūt omnia. quietem vero propterea appellauit scriptura: vt nos admoneret post bona opera quieturos. ⁊ sicut deus postq̄ fecit hominem ad imaginem ⁊ similitudinem suam: ⁊ perfecit omnia opera sua bona valde requieuit septimo die: sic ⁊ tibi requiē non speres: nisi cum redieris ad similitudinem in qua factus es: quam peccato perdidisti: ⁊ nisi cū bona fueris operatus. AVGVSTI. quarto super genesim ad litteram: Dici ergo probabiliter potest ad seruandum sabbatum iudeis fuisse preceptum in vmbra futuri: que spiritualem requiē significaret: quā deus exemplo quietis sue: fidelibus bona opera facientibus archana significatione pollicebatur.

AVGVSTI. super iohannem: Erit enim sabbatū huius seculi cum trāsierint sex etates quasi sex dies seculi: nunc enim ventura est requies que promittitur sanctis. AVGVSTI. quarto super genesim ad litteram: Cuius etiam quietis ipse domin⁹ iesus mysterium sua sepultura confirmauit. Ipso quippe die sabbati requieuit in sepulchro postq̄ sexto die consummauit opera sua quando ait: Consummatū est. Quid ergo mirum si deus istum diem quo erat christus in sepultura quieturus: volens etiam hoc modo prenunciare ab operibus suis in vno die requieuit: deinceps operaturus ordinem seculorum. Potest etiam intelligi deum requieuisse a condendis generibus creature: quia vltra iam nō condidit aliqua genera noua. Deinceps autem vsq; nunc ⁊ vltra operatur eorundem generum administrationem que tunc instituta sunt: non vt ipso saltem die septimo potentia eius a celi ⁊ terre omniumq; rerū quas condiderat gubernatione cessaret: alioqn continuo dilaberentur. Creatoris namq; potentia causa est subsistendi omni creature: que ab eis que cre

ata sunt regendis: si aliquando cessaret: simul ⁊ eoꝝ cessaret species omnisqꝫ natura concideret: neqꝫ eni sicut structuram edium cum fabricauerit quis abscedit: atqꝫ illo cessante stat opus eius: ita mundus vix ictu oculi stare potest si ei deus regimen suum subtraxerit: proinde quidem dominus ait: Pater meus vsqꝫ modo operatur: continuationem quandam operis eius que vniuersam creaturã continet atqꝫ administret ostendit. Aliter enim posset intelligi si diceret: Et nunc operatur: vbi non esset necesse: vt operis continuationem acciperemus. Aliter autem cogit intelligi cum ait: Usqꝫ nũc: ex illo scilicet quo cuncta cum conderet operatus est. AVGV. super iohannem: Ergo tanq̃ diceret iudeis: Quid alias expectatis persuadetis vt non operer sabbato Sabbati dies vobis ad significationem meam preceptus est. opera dei attenditis: per me facta sunt omnia. operatus est pater lucem: sed dixit ut fieret: si dixit verbo operatus est: ⁊ verbum eius ego sum. Pater meus ⁊ nunc operatus est cum fecit mundũ: ⁊ vsqꝫ nunc operatur: cum regit mundum: ergo ⁊ ꝑ me fecit cũ fecit: ⁊ per me regit cum regit. CHRY. Et quidem christus cum discipulos excusare oportebat: dauid conseruum eorum in medium ferebat Quando vero de seipso erat accusatio: ad patrem refugit. Considerandum etiam ꝙ neqꝫ vt homo solum excusat: sed neqꝫ vt deus solum sed quandoqꝫ hoc quandoqꝫ illo modo. Uolebat enim vtrunqꝫ credi ⁊ condescensionis dispensationem ⁊ deitatis dignitatem. vnde hic equalitatem sui ad patrem ostẽdit: ⁊ in dicendo eum patrem singulariter. Dicit enĩ pater meus: ⁊ in agendo eadem illi. Dicit eniꝫ ⁊ ego operor. vnde sequitur: Propterea ergo magis querebant eum iudei interficere: quia non solum soluebat sabbatum: sed ⁊ patrem suum dicebat deum. AVGVSTI. Non quocunqꝫ: sed quid equalem se facit deo: nam omnes dicimus deo: Pater noster qui es in celis. Legimus ⁊ iudeos dixisse: Cum tu sis pater noster. ergo non hinc irascebãtur: quia patrem suum dicebat deum: sed ꝙ longe alio modo q̃ꝫ homines. AVGVSTI. de concordan. euãge. Dicendo enim pater meus vsqꝫ modo operatur: ⁊ ego operor ꝙ ei esset equalis voluit intelligi: consequens esse ostendens: vt quoniam pater operatur: ⁊ filius operetur: quia pater sine filio non operatur

CHRYSO. Si vero non naturalis esset filius nec eiusdem substantie: hec excusatio maior accusationi esset. Non enim perfectus regalem legem trãsgrediens poterit effugere: si accusatus se excuset dicens: Quoniam ⁊ rex soluit legem. Sed quia par est dignitas filij ad patrem: propterea perfecta excusatio est. sicut igitur pater operans sabbato absolutus est a crimine: ita ⁊ filius. AVGVSTINVS: Ecce intelligunt iudei quod non intelligunt arriani Arriani quippe inequalem dicunt filium patri: ⁊ inde heresis pulsat ecclesiaꝫ. CHRYSOSTOMꝰ: Qui vero nolunt cum bona mente hoc suscipere: dicunt ꝙ christus non fecit se equalem deo. sed iudei hoc suspicabãtur: sed ad hoc per ea que supradicta sunt superueniamus. Manifestum eniꝫ est ꝙ iudei persequebantur christum: ⁊ ꝙ soluebat sabbatum: ⁊ ꝙ dicebat patrem suum deum. vnde ⁊ quod conuenienter adiungitur: Equalem se faciens deo. adheret premissis in veritate. HYLARI. septimo de trinitate: Expositio enĩ euangeliste causam demonstrantis cur dñm iudei interficere vellẽt. CHRY. Et iterum: si ipse hocipsum volebat astruere: sed in dei hoc inaniter suspicabantur: non dimisisset dñs eorũ mentem in errore: sed correxisset: neqꝫ enĩ euãgelista hoc tacuisset sicut supra de eo quod dictum est: Soluite templum hoc. AVG. Non tamẽ intellexerunt christum esse filium dei: sed intellexerunt in verbis christi: qꝛ talis commendaretur filius dei ꝙ equalis esset deo: quia ergo nesciebant: talem tamen predicari agnoscebant. Ideo dicit: Equalem se faciens deo. non aũt ipse se faciebat equalem: sed ille illum genuerat equalem.

Respondit itaqꝫ iesus ⁊ dixit eis Amen amen dico uobis: non potest filius a se facere quicq̃ꝫ: nisi quod uiderit patrem facientem. Quecunqꝫ eniꝫ ille fecerit: hec ⁊ filius similiter facit. Pater enim diligit filiũ: ⁊ omnia demonstrat ei que ipse facit: ⁊ maiora his demonstrabit ei opera ut uos miremini

¶ HYLA. vii. de trinitate: Ad violati sabbati obiectum sibi reatum dixerat: Pater meus vsqꝫ modo operatur ⁊ ego operor: vt vsurpasse hoc ex auctoris intelligeretur exemplis. Significans tamen hoc qđ ipse ageret patris opus esse intelligendum: quia ipse in se operaretur operante: ⁊ rursum aduersum eam inuidiam ꝙ se deo equasset paterni nominis vsurpatione: volens ⁊ natiuitatem confirmare ⁊ nature virtutem profiteri: respondit. vnde dicitur: Respondit itaqꝫ iesus ⁊ dixit eis: Amen dico vobis: non potest filius a se facere quicq̃ꝫ nisi quod viderit patreꝫ facientem. AVG. Quidam qui christianos se haberi volunt: arriani heretici dicentes ipsum filium dei qui suscepit carnem: minorem esse q̃ꝫ pater est. capiunt ex his verbis causam calumnie ⁊ respõdent nobis: Uidetis quia dominus iesus cum aduerteret iudeos ex hoc moueri: quia patri deo equalem se faceret: talia verba subiunxit: vt se equalem non esse monstraret. Qui enim non potest: inquiunt a se facere quicq̃ꝫ: nisi quod viderit patrem facientem: vtiqꝫ minor est non equalis. Sed si deus erat verbum: ⁊ est deus maior ⁊ deus minor: duos deos colimus: non vnum deum. HYLA. septimo de trinitate: Ne igitur exequatio illa per nomen naturaꝫ natiuitatis que filij est auferet eidem: aut filium ab se nihil facere posse. AVG. Tanq̃ꝫ diceret: Quid scandalisati estis: quia patrem meum dixi deum: ⁊ quia equalem me feci deo: ita sum equalis: vt ille me genuerit: non vt ille a me: sed ego ab illo sum filius: hoc est esse quod posse. Quia ergo substantia filij de patre est: ideo potentia filij de patre est. quia ergo filius non est a se: ideo non potest a se. sic ergo non potest filius a se facere quicq̃ꝫ: nisi quod viderit patrem facienteꝫ: quia videre filij hoc est natum

esse de patre:non alia visio est eius: ⁊ alia substantia eius:totum quod est de patre est. HYLA. xii. de trinitate: Ut autem maneret salutaris in patre ⁊ filio:confessionis nostre ordo naturam natiuitatis ostendit:que potestatem efficiendi : non per incrementa indultarum ad vnumquodq; opus virium sumeret:sed de cognitione presumeret. presumeret autem non de aliquo operis corporalis exemplo: vt quod prius pater faceret:id postea filius factur⁹ esset.sed cum ex patre filius esset natus per virtutis ac nature in se paterne cōscientiam: nihil nisi qđ patrem facientem vidisset:filium facere posse testatus est.non enim corporalibus modis deus videt:ſʒ visus ei omnis in virtute nature est. AVG.ii.de trinitate: Hoc autem si propterea dictum accipimus: quia ex forma accepta ex creatura minor est filius: consequens erit vt prior pater aquas ambulauerit: ⁊ cetera que filius in carne apparens inter homies fecit vt possit filius ea facere.quis autem vel delyr⁹ ista sentiat. AVGVSTI.super iohannem: Ambulatio tamen illa carnis supra mare a patre fiebat ꝑ filium.Quando enim caro ambulabat ⁊ diuinitas filij gubernabat: pater absens non erat cum filius dicat : Pater in me manens ipse facit opera : cum ergo dixisset : Non potest filius a se facere quicq̃. Ne forte carnalis subriperet intellectus : vt faceret sibi homo quasi duos fabros.vnum magistrum:alterum discipulum:vt quomodo ille fecit archam : iste facit alteram secutus ait:Quecunq; enim ille fecerit:hec ⁊ filius similiter facit. Non ait:Quecunq; pater facit ⁊ filius alia similia facit : sed hec eadem Mundum pater:mundum filius:mundum spirit⁹ sanctus.Si vnus deus pater: ⁊ filius: ⁊ spiritussanctus:vnus mundus factus a patre per filium in spiritusancto. Hec ergo eadem facit. Addidit autem: Similiter:ne alius error in animo nasceretur. Uidetur enim corpus hoc idem facere quod animus: sed non similiter.anim⁹ enim imperat corpori: corpus visibile est:animus inuisibilis : vt faceret aliq̄d seruus:iubente domino fecit:idem ab vtroq; factū est:sed nunquid similiter? Non ergo sic pater ⁊ filius:sed hec eadem facit ⁊ similiter facit:vt intelligamus simili potentia facere filium eadeʒ ipsa que facit pater.Equalis igitur est patri filius. HYLA. vij.de tri.Uel aliter:Omnia ⁊ eadem ad ostendendam nature virtutem locutus est.Est igitur natura eadem:cum eadē omnia posse nature sit. Ubi vo similiter ꝑ filium omnia eadem fiūt: similitudo operum solitudinem operantis exclusit. Hec igiť ē vere fidei nostre intelligentia:quia sub vna hac significatione testantur ⁊ similiter facta natiuitatem: ⁊ eadem facta naturam. CHRY.Uel aliter:Totū qđ dicitur: A seipso non potest filius facere quicq̃ : intelligendum est:quia nihil contrarium patri : nihil alienū ab eo facere potest. Ideo aūt dicit: Quoniaʒ nihil contrarium facit:sed quoniam non potest facere:vt hinc ostēdat indissimilitudinem ⁊ certitudinem parilitatis. Non enī imbecillitateʒ filij : ſʒ multam eius virtutem ostendit hoc verbum.sicut enim cū dicimus: Impossibile est deum peccare:non imbecillitatem eius accusamus:sed ineffabilem quandam virtutem eius testamur:ita cū dicit filius: Nō possuʒ a meipso facere quicq̃.hoc dicit :qm̄ impossibile est eum facere aliquid ɔtrariū patri. AVG. contra sermo.arrianorū: Hoc aūt non deficientis ē sed in eo ꝙ de patre natus est ꝑmanentis: tāq; laudabile est omnipotentē nō posse mutari: q̄ʒ laudabile est ꝙ omnipotens non pōt mori. Potest enim filius facere qđ non vidisset patrē facientē:si posset facere ꝙ ꝑ illum non facit pater:hoc est. Si posset peccare:neq; nature immutabiliter bone que a patre ē genita ɔueniret. Hoc aūt quia non potest:non deficienter non pōt:sed potenter. CHRY. His autem que dicta sūt attestatur qđ seqtur: Quecūq;.n. ille fecerit hec similiter ⁊ filius facit.Si enī ꝑ seipsū pater oīa facit:vt hoc qđ dicit:Similiter maneat: ⁊ filius etiā seipsū facit: vides qualiter intelligentia est excelsa:humilitatis aūt verba.si enī humilius ꝓducit verba quedam nō mireris.Quia eniʒ ꝑsequebanť eum excelsa audientes: ⁊ contrarium deo esse estimabant:parūꝑ verba remisit. AVG. Cū ergo dixisset ⁊ se eadem facere: ⁊ similiter que facit pater subdit: Pater enim diligit filium ⁊ oīa demonstrat ei quecūq; ipse facit.ad hoc qđ supra dixit: Nisi qđ viderit patrem facere:videtur pertinere: ⁊ ꝙ omnia demonstrat ei que ipse facit.Sed rursus mortalis cogitatio ꝑturbatur.Dicet enī aliquis: Seorsum facit pater vt possit fili⁹ videre qđ facit:velut si faber doceat filium artem suam: ⁊ demonstret ei quicq̄d facit:vt possit ⁊ ipse facere qđ viderit patrem faciēté.Cū ḡ pr̄ fac̄ fili⁹ nō facit: vt possit vidē fili⁹ qđ pr̄ fac̄. Porro si fixū atq; icōcussū tenem⁹ :quia ꝑ filiū omnia pater facit:anq̄ʒ faciat demōstrat filio. Ubi etiam demonstrat filio pater quod facit:nisi in ipso filio ꝑ quem facit.si enim pater exempla faciat: ⁊ filius attendat manus patris quemadmoduʒ faciat: vbi est illa inseparabilitas trinitatis? Non ergo faciēdo demonstrat pater filio:sed monstrando facit ꝑ filium. Uidet enim patrem filius demonstrantem anq̄ aliquid fiat: ⁊ ex demonstratione patris ⁊ visione filij fit:quod fit a patre per filiuʒ . Sed dices ostendo filio meo:quod volo facere: ⁊ facit ipe atq; ego ꝑ ipsum. Sed verba dicturus es ei filio tuo: sed ipse filius ē verbū patris. Nunquid ergo ꝑ verbum loqueretur ad verbuʒ:an q̄a filius magnū est verbum:minora verba transitura erunt inter patrē ⁊ filiū: ⁊ sonus aliquis ⁊ quasi creatura q̄dā ťpalis exitura erat ex ore patris ⁊ ꝑcussura aurem filij. Remoue oīa corpalia:simplicitatē vide si simplex es. si nō potes ɔp̄hendere q̄d sit deus:vel h̄ ɔprehēde quid nō sit multum ꝓficies:si non aliud q̄ senseris de deo. In mēte tua vide quod volo dicere:in qua video memoriam ⁊ cogitationem : demonstrat memoria tua cogitationi tue carthaginem: ⁊ quod in illa erat :anteq̃ incenderes conuerse ad se cogitationi ostendit . Ecce facta est a memoria demonstratio: facta est in cogitatione visio ⁊ nulla verba in medio concurrerūt. Nullum ex corpore signum datum est:sed tamen omnia que in memoria tenes forinsecus accepisti. Pater que demonstrat filio : non accepit extrinsec⁹ intus totū agitur : quia nihil creaturarū esset intrinsecus nisi pater hoc fecisset ꝑ filium. ⁊ eā pater demonstrando fecit:quia ꝑ filiuʒ videntem fecit.Sic ergo demonstrans pater filij vi

sionem gignit: quemadmodum pater filium gignit. Demonstratio quippe generat visionem: non visio demonstrationem. quod si purius ⁊ pfectius intueri valeremus: fortassis inueniremus nec aliud esse patrem: aliud eius demõstrationẽ: nec aliud filium aliud eius visionem. HYLA.vij. de trinita. Non igitur p ignorationem credendus est vnigenit⁹ de⁹ doctrina demonstrationis eguisse. demonstratio enĩ operum nihil aliud hic nobis preterq̃ natiuitatis fidem ingerit: vt subsistentẽ filiũ ex subsistente deo patre credamus. AVG. Uidere enim patrē hoc est illi esse filium. sic ergo demonstrat pater omnia que facit filio: vt a patre videat filius. Uidendo en natus est: ⁊ ab eo est illi videre a quo est illi esse ⁊ natū esse ⁊ pmanere. HYLA.vij. de tri. Neq̃ aũt incircũspectum se celestis sermo egit: ne forte diuerse nature significatio sub occasione dicti ambigui subriperet. Demonstrata enim potius opera patris esse ait domino q̃ ad operationẽ eo᷑ naturã virtutis adiectam vt demonstratio ipsa natiuitas eẽ doceretur cui per dilectionem patris operũ paterno᷑ que p eũ effici vellet: eẽt cognata cognitio. AVG. Sed ecce quem diximus patri coeternũ videntem patrem ⁊ videndo existentem: rursus nobis tempora nominat. nam sequit᷑: Et maiora his demonstrabit ei opera. Si aũt demõstrabit: hoc est demõstraturus est nondum demonstrauit: ⁊ tũc filio demõstraturus est quando ⁊ istis. Sequitur enĩ: Ut vos miremini. Et hoc difficile est videre quomodo tãq̃ tẽporaliter filio coeterno aliquando monstret eternus pater omnia scienti que sũt apud patrem: Que sint aũt illa maiora facile est intelligere ex hoc qđ subditur: Sicut enim pater susci. mor. ⁊c̃. Maiora enim opera sunt mortuos suscitare q̃ languidos sanare: sed qui paulo ante loquebatur vt deus cepit loqui vt homo. Demonstrabit enim quasi temporaliter homĩ facto in tẽpore opera maiora. i. resurrectionem corporũ. Corpora enim resurgent p dispensationem humanam: sed anime resurgent per substantiam dei. participatione enim fit anima beata: non participatione beate anime. Quomodo enī anima que inferior deo est: id qđ ipsa inferius est: hoc est corpus viuere facit: sic eandem animam nõ facit beate viuere: nisi ꝙ ipsa anima superius est. s. deus. vnde ⁊ prius dictum est ꝙ pater diligit filiū ⁊ demonstrat ei que ipse facit. Demonstrat enĩ pater filio vt anime suscitentur: quia per patrē ⁊ filiũ suscitantur: nec possunt viuere nisi earũ vita sit de⁹ vel nobis pater demonstratur⁹ est non illi. propterea subiungit: Ut vos miremini. In quo exposuit quid voluit dicere. Et maiora his demonstrabit ei opera. Sed quare non dixit: Demonstrabit vobis: sed filio: quia ⁊ nos membra sum⁹ filij: ⁊ ipse discit quodãmodo in membris suis: quomodo ⁊ patitur in nobis. Sicut enim dixit: Quod vni ex minimis meis dedistis mihi dedistis: ita si interrogetur a nobis: Quõ eris discens: cum tu doceas omnia. Rñdet: Cum vnus ex minimis meis discit ego disco.

¶ Sicut enī pater suscitat mortuos ⁊ uiuificat: sic ⁊ filius quos uult uiuificat. Neq̃ enim pater iudicat quēq̃: sed omne iudicium dedit filio: ut omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium: non honorificat patrem qui misit illum.

¶ AVG. Quia dixerat ꝙ maiora his opa pater demõstraturus est filio: que sint maiora prosequitur: et dicit: Sicut enim pater suscitat mortuos ⁊ viuificat: sic ⁊ filius quos vult viuificat. Plane maiora sunt ista. valde enim plus est vt resurgat mortuus q̃ vt conualescat egrotus. Non aũt sic hoc intelligamus: vt alios a patre suscitari: alios a filio existemus: sed eosdem quos pater suscitat ⁊ viuificat: ipsos ⁊ filius suscitat ⁊ viuificat. Et ne q̃s diceret: Suscitat pater mortuos p filium: ille tanq̃ potens: iste tanq̃ ex aliena potestate: tãq̃ minister facit aliq̃d. Potestatem filij signauit dicens: Filius quos vult viuificat. Tenete hic non solum potestatem filij: verum etiam ⁊ voluntatem. Eadem enim patris ⁊ filij potestas est ⁊ voluntas. non enim vult pater aliud q̃ filius: sed sicut illis vna substantia: sic vna voluntas ẽ. HYLA.vij. de trini. Uelle quidẽ nature libertas est: que ad pfecte virtutis beatudinē cum arbitrij voluntate in libertate subsistat. AVGV. Sed qui sunt isti mortui: quos viuificat pater ⁊ filius: Uult nobis insinuare resurrectionem mortuorum quã omnes expectamus: nõ illam quam quidam habuerunt vt ceteri crederent: resurrexit enim lazarus moriturus. Cũ ergo dixisset: Sicut enim pr̃ suscitat mortuos ⁊ viuificat: ne intelligerem⁹ illam mortuorum resurrectionem quã fecit ad miraculũ non ad vitam eternam secutus ait: Neq̃ enim pater iudicat quenq̃ ⁊c̃. vt ostendat quia de illa resurrectione mortuorū dixerat que futura est ĩ iudicio Uel aliter de resurrectione animarum dictum est: Sicut pater suscitat mortuos ⁊c̃. De resurrectõe autem corporũ sic dicit: Neq̃ enĩ pater iudicat quẽq̃ ⁊c̃. Resurrectio enim anima᷑ fit p substantiam patris ⁊ filij: ⁊ ideo id simul opantur pater ⁊ filius. resurrectio vo corpo᷑ fit p dispensationẽ humanitatis non patri coeternam. Sed vide quomodo verbum christi mentem nostram huc atq̃ illud ducit: vno carnis loco remanere non sinit: vt versando exerceat: exercendo mundet: mundando capaces reddat: capaces factos impleat. Paulo enim ante dicebat: quia demonstrat pater filio quicquid facit: videbam quasi patrem facientem ⁊ filiũ expectantē modo rursus video filiũ facientẽ patrem vacantē.

AVG pmo de trini. Non enim qđ dicit᷑: Omne iudiciũ dedit filio: sm illam locutionem dictum est qua dicitur: Sic dedit filio vitam habere in semet ipso: vt significaret: quia sic filiũ genuit. Si enim sic diceretur: non vtiq̃ diceretur: Pater non iudicat quẽq̃. scđm hoc enim ꝙ pater equalem genuit filiũ iudicat cũ illo. sm hoc ergo dictũ est ꝙ in iudicio nõ forma dei sꝫ forma filij hoīs apparebit: nõ qꝛ nõ iudicabit: q̃ dedit oẽ iudiciũ filio: cũ de illo dicat filius: Est qui querat ⁊ iudicet. sed ita dictũ est: Pater nõ iudicat quẽq̃. ac si diceretur: Patrem nemo videbit in iudicio: sed oẽs filiũ: qꝛ filius hoīs est: vt

possit & ab impiis videri: cũ & illi videbũt in quem pupugerunt. HYLA.vij.de tri. Uel aliter: qꝛ dixerat: Et filius quos vult vivificat: ne non nativitatis videret in se habere naturã. sed nõ nate potius ptãtis iure subsistere: cõtinuo subiecit: Neqꝫ enĩ pater iudicat quẽq̃: sed omne iudiciũ dedit filio. Et in eo ꝙ omne iudiciũ datũ est nature: nativitas demonstratur: qꝛ & oĩa habere sola natura possit indifferens: neqꝫ nativitas aliqd possit habere nisi datum sit. CHRY. Sicut enim dedit vitã .i. genuit eũ viventem: ita Dedit iudiciũ .i. genuit eũ iudicẽ. Dedit enim: hic positũ est ne hũc ingenitũ suspiceris neqꝫ duos patres estimes. Dicit aũt: Omne iudiciũ: quia dñs est & puniendi & honorandi vt voluerit. HYLA.vij.de tri. Datũ eẽ eiꝫ ei omne iudiciũ: qꝛ vivificat quos vult: neqꝫ adeptũ patris iudiciũ põt videri cũ ipse non iudicet: qꝛ filij iudiciũ ex iudicio ẽ paterno: ab eo enim datũ omne iudiciũ est. Sed dati iudicij causa non tacita ẽ. Sequitur enĩ: Ut omnes honorificẽt filiũ: sicut honorificãt patrẽ. CHRY. Ne enĩ audiens qm̃ patrem habet auctorẽ: dissimilitudinem substantie estimes & honoris minorationem: complicat honorẽ filij patris honori: eũdẽ ostendens esse honorẽ patris & filij. Sed nũqd patrẽ eũ dicemus? absit. qui enim patrẽ eũ dicit: non adhuc filiũ vt patrẽ honorat: sed totũ cõfundit. AVG. Et prius quidẽ filius videbatur vt servus: pater honorabatur vt deus: apparebit filius equalis patri. Ut omnes honorificent filiũ sicut ho. pa. Sed qd si inveniũtur qui patrẽ honorificant & nõ honorificant filiũ. nõ põt fieri. vñ sequitur: Qui nõ honorificat filiũ non ho. pa. qui misit illũ. Aliud est enĩ cũ tibi cõmẽdatur deus: qꝛ deus ẽ: & aliud cũ tibi cõmendatur deus: qꝛ pater est. Cũ tibi cõmendatur deus creator: tibi cõmendatur oĩpotens: spũs quidã summus: eternus: invisibilis: incõmutabilis. Cũ vo tibi quia pater ẽ cõmendatur: nihil tibi aliud q̃ filius cõmendatur quia pater dici non põt si filiũ nõ habet. Sed si forte patrẽ quidẽ honorificas tanq̃ maiorẽ: filiũ tanq̃ minorẽ: ibi tollis honorẽ patris vbi minorẽ das filio. Quid enĩ tibi aliud videtur ita sentienti. nisi pater equalem sibi filiũ generare aut noluit: aut non potuit? Si noluit invidit: si non potuit defecit. Uel aliter: Qđ dicitur: Ut omnes honorificent filiũ sicut honorificant patrẽ. redditum est resurrectioni animarum quam sic operatur filius sicut pater. sed ꝓpter resurrectionem corporũ subditur: Qui non honorificat filiũ nõ honorificat patrẽ qui misit illum. Non dixit sic: Honoratur enim homo christus: sed nõ sicut pater deus. Sed dicit aliquis: Missus est filius: & maior est pater: quia misit. Recede a carne missionem audi: non sepationem. Res humane fallunt homines: res divine purgant: quãq̃ & ipse res humane dicãt cõtra se testimoniũ: velut siquis vxorem velit petere: & p se nõ posset: amicũ maiorẽ mittit: qui eam petat. Et tñ attende q̃ sit aliud in rebus humanis. Nũquid enim homo pergit cũ eo quem mittit? pater aũt qui misit filiũ nõ recessit a filio cũ dicat: Non sum solus quia pater mecũ ẽ. AVG. iij. de trini. Non autẽ eoipso ꝙ de patre natus est: missus dicitur filius: sed vel eo ꝙ apparuit huic mũdo: verbum caro factũ. vnde dicit: A patre exivi & veni in hũc mũdum. Uel eo ꝙ ex tempore cuiusq̃ mente ꝑcipitur sicut dictum est: Mitte illã vt mecum sit: & mecum laboret. HYLA.vij.de trini. Cõclusa igitur sũt omnia adversum heretici furoris ingenia. Filius est: quia a se nil facit. Deus est: qꝛ quecunqꝫ pater facit: & ipse eadem facit: vnũ sunt: quia exequantur in honore. Non est pr̃ ipe: qꝛ missus est.

Amen amẽ dico uobis: quia qui uerbum meuꝫ audit: et credit ei qui misit me: habet uitam eternam. Et in iudicium non uenit: sed transiet a morte in uitam.

GLO. Quia dixerat ꝙ filius quos vult vivificat: consequenter oñdit qualiter p filiũ ꝑveniatur ad vitam dicens: Amen amen dico vobis: qꝛ qui verbuꝫ meũ audit & credit ei qui misit me: habet vitaꝫ eternam. AVG. Quãdoquidẽ in audiendo & credendo vita eterna est: multomagis in intelligẽdo. Sꝫ gradus pietatis est fides: fidei fructus intellectus. Et non dixit mihi: Sed credit ei q̃ misit me. Quare verbum audit suũ: & credit alteri quid voluit dicere: nisi qꝛ verbuꝫ eius est in me? Et quid est? Audit verbum meũ: non audit me? Credit autẽ ei q̃ misit me: qꝛ cũ illi credit verbo eius credit: mihi credit: qꝛ vbũ pr̃is ego sũ. CHRY. Uel nõ dixit: Qui audit sermones meos & credit mihi. estimassent enĩ hec eẽ tumorẽ & gloriationẽ verbo ꝝ suꝑfluã. Dicẽs autẽ: Credit ei q̃ misit me. susceptibilẽ faciebat suũ sermonem. Ex duobus enĩ suũ sermonẽ susceptibilẽ facit & in hoc ꝙ patri creditur ab eo q̃ ipsum audit: & in hoc ꝙ multis bonis potitur. vnde sequitur: Et iudicium nõ venit. AVG. Sed quis est hic? Erit q̃sq̃ paulo apostolo melior q̃ ait: Oportet nos exhiberi omnes ante tribunal christi. Aliqñ ergo iudiciuꝫ pena dicitur: aliqñ iudiciũ discretio dicitur: Ergo sm̃ iudiciũ discretionis oportet nos omnes exhiberi añ tribunal christi. Scdm̃ iudiciũ damnationis hic dicitur In iudiciũ non veniet .i. non veniet in dãnationem Sequitur: Sed trãsit a morte in vitã. Non nũc trãsit: sed iam trãsijt a morte infidelitatis ad vitã fidei a morte iniquitatis ad vitã iustitie. Uel aliter: Ne putares credẽdo te non moritu ꝝ sm̃ carnẽ: scias te mortem q̃ debes supplicio adam ꝑsoliturũ. Accepit enim ille in quo tũc omnes fuimus morte morieris. Nec potes evadere divinã sniaꝫ. Sꝫ cũ ꝑsolveris mortẽ veteris hois: suscipies vitã novi hois: & transitũ facies de morte ad vitam. Ad quaꝫ vitã? ad eternaꝫ. Resurrectionẽ enĩ in fineseculi mortui in vitam eternã transibunt. vita enim ista nec vita nomianda ẽ: quia nõ est vera vita nisi q̃ est eterna.

AVGVSTI. de verbi. do. Videmus aũt homies amatores pñtis vite: tpalis ac finiende: sic ꝓ illa laborare: vt qñ veniat mortis metus: quicqd pñt faciant: non vt auferant: sed vt differant mortem. Si ergo tãto labore: tanta cura agitur: vt aliquãtulũ vivatur: quõ agẽdũ ẽ vt sp vivatur? Etsi prudẽtes dicũtur: q oĩbus modis agũt: vt differãt mortẽ & vivãt paucos dies: q̃ stulti sũt q sic vivũt vt ꝑdant eternuꝫ diem.

Amen amen dico uobis: quia ne

nit hora et nunc est quando mortui audient uocem filij dei: et qui audierint uiuent. Sicut enim pater habz uitam in semetipso: sic dedit et filio habere uitam in semetipso.

AVG. Posset aliquis dicere: Ex patre aliquis viuificatur cui credit: quid tu nos viuificas? vide quia et filius quos vult viuificauit. vnde dicit: Amē amē dico vobis: quia venit hora et nūc est quando mortui audient vocem filij dei: et qui audierint viuent. CHRY. Cum aūt dicat: Uenit hora: ne forte longum suspiceris temp⁹ addidit: Et nunc ē. Sicut enī in resurrectione futura vocez audientes ꝑcipientez suscitabimur: ita et tunc fit. THEO. Hoc enī dixit ꝑ his quos a mortuis suscitaturus fuit. s. filia archisynagogi: filio vidue et lazaro. AVG. Uel aliter: Ne forte qr dixit: Transit de morte ad vitam: intelligamus hoc in futura resurrectiōe: ostēdere volens quō transit qui credit subiungit: Amē amē dico vobis: qr venit hora. que hora? Et nūc est: qñ mortui audient vocem filij dei: et q̄ audierint viuēt. Nō inquit: Quia viuūt audiūt: sed audiendo reuiuiscunt. Quid est enī Audient: nisi obediēt. Qui enī credūt et ſm verā fidē agunt: viuūt et mortui nō sunt. Qui aūt vel nō credūt vel credūt male viuentes: et charitatem non habētes mortui potius deputādi sunt: et tamē adhuc agitur hora ista et vsq3 ad finē seculi ipsa hora vna agitur: vt iohānes dicit: Nouissima hora est. AVG. de ver. do. Quando mortui. i. infideles Audient vocē filij dei. i. euangeliū. Et q̄ audierint. i. qui obedierint Uiuent. i. iustificabunt: et infideles iam non erūt. AVG. super Jo. Sed quereret aliquis: Habet fili⁹ vitam vnde viuant credentes? Audi ipsum dicentē: Sicut enim habet pater vitaz in semetipso: sic dedit et filio habere vitā in semetipso. viuere quippe suū in illo ē nō aliūde: nō alienuz est: non quasi ꝑticeps sit vite: que non ē qō ipse: sed habet vitā i semetipso: vt ipsa vita sibi sit ipse. Quid tu? anima mortua eras. Audi patrē ꝑ filiū: Surge vt in eo recipias vitā quā nō habes in te. Qui habz vitam i semetipso. et sic agitur ꝑma resurrectio. Hec enī vita q̄ pater et filius est: ad aīam ꝑtinet. Nō. n. vitam illā sapientie sentit corpus: sed mēs rōnalis.

HYLA. in li. de synodis: Conclusi quidē heretici scripturarū auctoritatitatib⁹: hoc solū tribuere solent filio: vt patri tm̄ virtute similis sit. tollūt aūt ei similitudinem nature non intelligentes: nō nisi ex nature similitudine similitudinē esse virtutis. neq3 enī aliquādo iferior natura supioris a se potioris q3 nature virtutē consequit. Nō aūt pōt negari qn̄ filius dei idem possit cū dixerit: Quecūq3 pater facit eadem et filius facit similiter. sed silitudini vtutis nature similitudo succedit cū dixit: Sicut habet pr̄ vitam in semetipso: ita et filio dedit habere vitā i semetipso. In vita nature et essentie significatio est: q̄ sicut habet: ita data esse docetur ad habendū. Qō enī in vtroq3 vita est: id in vtroq3 significat essentia et vita que gignit ex vita. i. essentia que de essentia nascit: dum non dissimilis nascit. s. quia vita ex vita est tenet in se originis sue indissimilē naturam.

AVG. xv. de trini. Intelligitur aūt pater non sine vita existenti iam filio vitā dedisse: sed ita eū sine tēpore genuisse: vt vita quā pater filio gignēdo dedit coeterna sit vite ei⁹ qui dedit. HYLA. vij. de trini. Qō enim ex viuo viuū natū est: habet natiuitatis ꝑfectionē sine nouitate nature. non enī nouū ē qō ex viuo generat in viuū: qr nec ex nihilo ad natiuitatē vita q̄sita ē. et vita que natiuitatē sumit ex vita: necesse ē ꝑ nature vnitatē et ꝑfecte natiuitatis sacramentū: vt in viuente viuat et in se habeat vitā viuentem. Et quidē nature humane infirmitas ex disparibus comparatur: et ex inanimatis cōtinet ad vitam: nec statim in ea qō gignitur viuit: neq3 totū viuit ex vita: cum in ea multa sint que sine nature sensu cū excreuerint desiccent. In deo vō totū quod est viuit. Deus enī vita ē: et ex vita nō pōt quicq̄3 esse nisi viuū. AVG. Ergo quod dicit: Dedit filio: tale ē ac si diceretur: Genuit filiū. generando enī dedit. Quō dedit vt esset? sic dedit vt vita esset in semetipso: vt non aliūde vita indigeret: sed ipe esset plenitudo vite: vnde credentes alij viuerent dum viuerēt. Quid interest? quia ille dedit: iste accepit. CHRYSO. Uides indissimilitudinē in vno solo differentiā ostendentem in essendo: hunc quidem patrem: illū vō filiū. HYLA. de syno. Discernitur enī ꝑsona accipiētis et dantis. Nō enim potest intelligi ipse atq3 vn⁹ a se accepisse qui dederit: quia alius est ibi viuens: alius profitens se viuere ꝑ auctorem.

Et potestatem dedit ei iudiciuz facere: quia filius hominis est. Nolite mirari hoc: quia uenit hora in q̄ omnes qui in monumentis sūt audient uocem filij dei: et ꝓcedent qui bona fecerunt in resurrectionem uite: qui uero mala egerunt: in resurrectionem iudicij.

THEO. Non solū pater dedit filio q̄ viuificet: sz etiā q̄ iudiciū faciat. vñ dicit: Et ꝑtātem dedit ei iudiciū facere. CHRY. Cui⁹ aūt gratia circa hoc cōtinue vertit iudiciū dico et resurrectionē et vitā: qm̄ hec maxime omniū sūt que introducere pñt: et inflexibilē facere auditorē. Qui enī ꝑsuasus ē qm̄ resurget: et filio dabit noxas eoꝝ q̄ deliquit. et si nihil aliud viderit signum: hoc suscipiēs curret: benignū sibi iudicem faciens. Sequitur: Quia filius hominis est: nolite mirari hoc. Paulus quidē samosetanus non ita ait: sed sic: Dedit ei ꝑtātez iudiciū facere: qr fili⁹ hoīs ē. Sz nullā ꝯueniētiā habet ħ dictuz ita: Nō enī ꝓpterea suscepit iudiciū qr hō ē: qr quis ꝓhibet omnes hoīes esse iudices: sed quia ineffabilis dei filius est: propterea et iudex est. Ita igitur legendum: Quia filius hominis est: nolite mirari hoc. Quia enim videbat audientib⁹ obstare his que dicebant: quoniā nihil plus estimabāt eē christū q̄3 purum hominez. que vō dicebant erant maiora q̄3 ſm hominem: et etiam q̄3 ſm angelum: et erāt soli⁹ dei. ideo hāc opinionē soluēs dixit: Ne miremini q̄

filius hominis est. ⁊ subdit causam quare nō sit mirandum dicēs: Quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem filij dei. Et cuius gratia nō dixit: Ne miremini quia filius hominis ē: etenim ⁊ ipse filius dei est. Si resurrectioneʒ posuit: quia. s. opus dicens quod dei propriū erat: dat audientibus ex eo syllogizare de reliquo quoniā deus erat ⁊ dei filius. Etenim qui argumēta cōplicant: cum partes ponētes nobiliter demonstrauerint: quod queritur multotiens non inducūt ipsi conclusionem: sed clariorē faciētes victoriā: dimittunt illi qui contradicit: vt pro eis sententiam ferat Igitur eiꝰ quidem que ſm lazarū resurrectionis supra reminiscens de iudicio tacuit. non enī ꝓpter iudiciū surrexit lazarus. Uniuersalē vō resurrectionē inducens iudiciū posuit. vnde sequitur: Et ꝓcedent q̄ bona fecerūt in resurrectionē vite: q̄ vō mala egerunt: in resurrectionem iudicij. Quia enī supra dixerat: Qui audit sermonē meū ⁊ credit ei qui misit me in iudiciū non venit: vt non estimet quis ꝙ credere sufficit ad salutē adiecit hic ⁊ de vita: dum dicit: Et qui bona egerunt ⁊ qui mala egerūt. AVG. Uel aliter: Inq̄tū erat verbū in principio apud deū: dedit ei vitā habere in semeipso: sed quia verbū caro factū est ex virgine maria: homo factus filius hoīs est. Et quia filius hominis ē: accepit potestatē iudiciū facere: q̄d. s. erit in fine seculi. Et ibi erit resurrectio corpoꝝ mortuorū. Animas ergo suscitat deus ꝑ christum filiuʒ dei: corpora suscitat ꝑ eundē filiū hominis. vnde additur: Quia filius hominis ē. Nā ſm ꝙ dei filius ē semꝑ habuit. AVG. de ver. do. Ad iudiciū enim forma hominis ventura ē: forma illa iudicabit que iudicata ē. sedebit iudex qui stabat sub iudice. Damnabit veros reos: qui factus est falso reus. rectū enim erat vt iudicandi viderent iudicem: iudicandi aūt erāt boni ⁊ mali: restabat vt ī iudicio forma serui ⁊ bonis ⁊ malis ostenderetur: forma dei solis bonis seruaretur. Beati enī mūdo corde quoniā ipsi deum videbūt. AVG. Omnes aūt q̄ instituerūt alicuiꝰ etiam false religionis sectā negare resurrectionē mentiū nō potuerūt: sed multi carnis resurrectionē negauerūt: ⁊ nisi tu dn̄e iesu dixeris eam: quid opponemꝰ cōtradictoribus? Ad ipsam igit̄ ostendendā subdit: Nolite mirari hoc. s. ꝙ dedit ptātem filio hoīs iudiciū faciendi: quia venit hora. AVG. de verbis do. Hic non addit: Et nūc est: quia ista hora ī fine seculi erit: Nolite inquā mirari quia dixi: Oportet homīes ab homine iudicari Sʒ quos homines? non solū quos inueniet viuos. vnde sequitur: Quia venit hora in qua omnes qui ī monumentis sunt. AVG. sup Io. Quid euidentius? corpora sunt in monumentis non anime. Superius etiam cum diceret: Uenit hora. ⁊ adderet: Et nunc est. subiecit quādo mortui audient vocem filij dei. Non dixit: Omnes mortui. mortuos enim iniquos voluit intelligi: sed non omnes iniqui obediunt euangelio. At vero in fine omnes qui sunt in monumentis audient vocem eius ⁊ procedent: noluit dicere: Et viuent. quod supra dixit: vbi vitā eternam intelligi voluit ⁊ beatam quā non omnes habebunt qui de monumementis ꝓcedent. Accepisti certe potestatem iudicandi: quia filius hominis es

Resurgent corpa de ipso iudicio: dic aliquid: ⁊ hoc audire. Qui bona fecerūt in resurrectionē vite viuere. s. cū angelis dei. Qui male egerūt: in resurrectionem iudicij: hic iudiciū pro pena posuit.

¶ Non possum ego a meipso facere quicq̄ʒ. Sicut audio iudico: ⁊ iudicium meum iustum est: quia non quero uoluntatem meam: sed uolūtatem eius qui misit me patris.

¶ AVG. Dicturi eramꝰ christo: Tu iudicabis: ⁊ pater non iudicabit: nonne ergo ſm patreʒ iudicabis? Et iō adiecit: Non possum ego a me facere quicq̄.

CHRY. Hoc est: non extraneū neq̄ dissimile his que vult pater: a me fieri videbitis: sed sicut audio iudico. In quo nihil aliud ostendit q̄ quoniā impossibile est eū aliquid aliud velle q̄ qō pater vult hoc est ita iudico ac si ipse pater esset q̄ iudicaret.

AVG. Cum ageretur de resurrectione animarum non dicebat Audio: sed Uideo: audio enim nūc dicit tanq̄ precipientis patris imperiū. Iam ergo sicut homo loquitur quo maior est pater. AVG. in ser. contra arrianos: Uel aliter dicit filius: Sicut audio iudico: siue ex humana subiectione: quia filius hoīs est: siue ſm illam incōmutabilem: simplicemq̄ naturam que sic est filij: vt tamē ei de patre sit. In qua natura non est aliud audire: aliud videre: aliud esse. Unde ab illo est ei audire ⁊ videre a quo illi est ipsum esse: ⁊ ideo sicut audit iudicat: quia sicut genitū est verbū: vt idē verbū sit veritas: ita ſm veritatem iudicat. Sequitur: Et iudiciū meum iustum ē. quia non quero voluntatē meam: sʒ voluntatē eius qui misit me patris. Hoc enim dicens ad illū hominē voluit referre intentionē nostram: qui voluntatē suam querēdo nō eius a quo factus ē: nō habuit iustū iudiciū de seipso: sed iustū iudiciū habitū est de ipso. Ipse quippe faciens voluntatem suā: non dei moriturum se esse nō credit. sed ⁊ hoc iudicium eius iustū non fuit. Deniq̄ fecit ⁊ mortuus ē: q2 iudiciū dei iustum ē: quod iudiciū facit dei filius: non querendo voluntatem suā: cuʒ sit etiam hominis filius: non quia ipsius in iudicando nulla voluntas est: sed quia non ita est volūtas eius ꝓpria vt sit a volūtate patris aliena. AVG. super iohannē: Non ḡ quero voluntatem meā ꝓpriam. i. filij hoīs que resistat deo. faciūt enim homines voluntatem suam: non dei quando faciunt quod volūt: non qō iubet deus. Quādo aūt ita faciūt: quod volūt: vt tn̄ sequant̄ voluntatem dei: nō faciunt voluntatem suam. Uel ideo dicit filiꝰ: Nō quero voluntatem meam. quia christus non ē de se: sed de patre suo est. CHRY. Ostendit enim nō aliam esse patris voluntatem preter suam: sʒ vnam vtriusq̄. Si vō humanius hoc loquitur ne mireris. hoiem enī purʒ adhuc eū estimabāt. Inde igit̄ suū iudiciū iustū esse dixit vn̄ q̄libet aliꝰ excusans dixisset. q̄ enī sua vult statuere in suspitionē deueniet de corruptōe iusticie. q̄ vō nō suis intēt̄: quā occasiōʒ habebit vt iusticia iudicet. AVGV. Filius vnicus dicit: non quero voluntateʒ meam: ⁊ homines volunt facere voluntatem suam. Facamus ergo

voluntatẽ patris: christi: et spiritussancti: quia borũ vna volũtas: vna potestas: vna maiestas est.

Si ego testimoniũ phibeo de me ipso: testimoniũ meuz non est uerũ. Alius est qui testimoniuz phibet de me: et scio quia uerũ est testimoniuz eius quod perhibet de me. Uos misistis ad iohannem: et testimoniũ phibuit ueritati. Ego autẽ nõ ab homine testimoniũ accipio: sed hec dico ut uos salui sitis. Ille erat lucerna ardens et lucens. Uos autez noluistis ad horam exultare i luce ei⁹. Ego autẽ habeo testimoniũ maius iohanne. Opera eni que dedit mihi pater ut perficiam ea: ipsa opera q̃ ego facio testimoniũ phibẽt de me: quia pater misit me. Et q misit me pater ipse testimoniũ phibuit d̃ me. Neqz uocem eius unq̃z audistis: neqz speciem eius uidistis. Et uerbum eius non habetis in uobis manens: quia quem misit ille: huic uos nõ creditis. Scrutami scripturas: quia uos putatis in ipsis uitam eternam habere. Et ille sunt que testimoniuz phibent de me: et nõ uultis uenire ad me ut uitam habeatis.

IOHANNES CHRY. Quia christus magna de se enunciauerat: quorum demonstratio nõ erat dicta ad cõfirmationem eorum que dicta sunt: oppositionem eorum inducit dicens: Si ego testimoniũ perhibeo de me: testimoniũ meũ non est verũ. Quis autem non statim turbabitur: christũ audiẽs hoc docentem? Etenim in multis locis apparet sibiipsi testatus. Si igitur oĩa hec falsa sunt que nobis erit spes salutis? Unde veritatẽ inueniemus? cum ipsa veritas dicat: Testimoniũ meũ non ẽ verum. Hoc igitur quod dicit: Non est verum: non q̃ntum ad dignitatem suam: sed q̃ntum ad illorum suspitionem loquebatur. Poterant eni ei iudei subinferre: quoniã tibi non credimus. Null⁹ eni vnq̃ sibi testans dignus est fide. Deinde post oppositionem alias dat responsiones manifestas et irrefragabiles: tres inducens testes eoꝝ que dicta sunt: opera que ab ipso sunt facta: patris testimoniũ et iohãnis predicationẽ: et ponit priorẽ minorẽ: eam. s. que iohannis. vnde dicit: Alius est qui testimoniũ phibet de me: et scio quoniã verũ ẽ testimoniuz ei⁹ qd̃ phi. de me. AVG. Nouerat eni ipse veruz esse de se testimoniũ suũ: sed ꝓpter infirmos et ꝓpter incredulos querebat sol lucernas: fulgorẽ quippe solis lippitudo eorũ ferre non poterat: ideo quesitus est iohannes qui testimoniũ perhiberet veritati. Martyres nonne testes sunt christi: vt testimoniũ perhibeant veritati. Sed si diligentius inspicimus: quãdo martyres perhibent illi testimoniũ: ipse sibi phibet testimoniũ. Ipse enim habitat in martyribus: vt phibeant testimoniũ veritati. ALCVI. Uel aliter: Quia christus deus erat et homo: vtriusqz nature ꝓprietatẽ ostendit: aliquãdo loquẽs s̃m hoc qd̃ ex hoib⁹ assũpsit: aliquãdo s̃m maiestatẽ diuinitatis. Quod ergo ait: Si ego testimonium phi. etc̃. ex parte humanitatis est accipiendum. et ẽ sensus: Si ego homo de me perhibeo testimoniũ. s. absqz deo testimoniũ meũ non est verũ. vnde sequitur: Alius est qui testimoniũ phibet de me. Pater eni testimoniũ phibet christo: quia in baptismo vox patris audita est: et in monte transfigurato christo. Sequit: Et scio quia verum est testimoniũ eius. Deus enim veritas est: ergo testimoniũ veritatis quid aliud potest esse q̃ verum? CHRY. Sed s̃m priorẽ intellectũ possent illi dicere: Si non ẽ verũ testimoniuz tuũ: quõ dicis quoniã noui q veruz est testimoniũ iohannis? vnde ad eorũ suspicionẽ respõdet dicẽs: Uos misistis ad iohannẽ et testimo. perhi. veritati. q. d. Non misissetis ad iohannẽ si eum dignuz fide non opinaremini. Et quod vtiqz maius ẽ: non miserunt ad eũ interrogãdũ de christo: sed de ipso. Qui enim missi sunt nõ dixerũt: Quid dicis de christo? sed Tu quis es? quid dicis de teipso? ita magnam de hoĩe admirationem habebant. AVGVI. Ille autẽ testimoniũ phibuit: non sibi sed veritati: sicut amicus veritatis veritati christo testimoniũ phibuit. Non aũt dñs refellit testimoniũ iohannis quod vere necessariũ fuit: sed ostẽdit non ita debere homines in iohãnẽ intendere: vt iam nõ putẽt solum christũ sibi esse necessariũ. vñ subdit: Ego autez nõ ab ho. testi. acci. BEDA: Quia nõ indigeo. Iohãnes aũt etsi testimoniũ phibuit: non tñ vt christus cresceret: sed vt hoĩes ad ipsius cognitionẽ ꝓmoueret. CHRY. Testimoniũ etiam iohannis dei testimoniũ erat: ab illo enim discens dixit qd̃ dixit. sed ne dicant: Unde manifestuz est q a deo didicit qd̃ didicit? suspitionẽ correxit dicẽs: Sed hoc dico vt vos salui sitis. quasi diceret: Ego q̃dẽ deus existẽs nõ indigebã hmõi testimonio hũmano: quia vo ei magis attenditis et eũ magis oĩbus fidedignũ putatis: mihi aũt neqz miracula faciẽti credidistis: ꝓpter hoc vobis cõmemoro testimoniũ illi⁹. vt eni nõ dicãt: Quid igit si ille dixit: Nos aũt non suscepim⁹? oñdit qm̃ non acceptauerũt que ab eo dicta sũt. vñ sequit: Ille erat lucerna ardẽs et lu. vos aũt no. ad ho. exul. in lu. eius. Hoc autẽ qd̃ dicit: Ad horam: facilitatem credendi ostendit. et q̃cito ab eo resilierũt: qd̃ si non fecissent: cito eos ad iesum manuduxisset. vocando autem eum lucernam: ostendit qm̃ non ex se habebat lumẽ: sed a spiritussancti gratia.

ALCVI. Iohannes eni erat lucerna illuminat⁹ a xp̃o luce: ardẽs fide et dilectiõe: lucẽs verbo et actiõe qui p̃missus est vt inimicos christo cõfũderet: s̃z illõ: Paraui lucernam christo meo: inimicos ei⁹ induã confusione. CHRY. Ad iohannez igit vos duco

nō quasi illius idigens testimonio: sed vt vos salue
mini. nā habeo maius testimoniū iohāne. ꝛ hoc est
quod sequit: Ego aūt habeo testimoniū maꝰ iohā
ne. hoc aūt ē quod est ab operibꝰ. vn̄ sequit: Opera
enī que ded. t mihi pater vt perficiā ea: ipa opa que
ego fa. testi. perhi. de me q: misit me pr̄. ALCV.
Quod enī cecos illumiat: aures aperit: ora mutorū
resoluit: demōia fugat: mortuos suscitat: opa hec te
stimoniū phibēt de christo. HYLA. vij. de trinita.
Unigenitꝰ enī deꝰ nō nominis testimonio tm̄: sed
etiā virtutis docet esse se filiū. opa eniꝫ eius que fa
cit testant eū a patre missum. Jtaqꝫ filij obedientia
ꝛ paterna auctoritas docent ī misso. Sed q: opera
nō sufficiūt in credibilibꝰ ad testimoniū sequit: Et
qui misit me pater: ipe testimoniū phibet de me. Re
uoluite euāgelica volumīa ꝛ oē eorū opꝰ recensete:
nullū aliud patris de filio testimoniū extat in libris
q̄ ꝙ hic sit filiꝰ suus. Quod īfert hodie calumnie: vt
adoptio nomīs sit: vt mēdax deꝰ sit: vt nomia iania
sint? BEDA: Missio aūt īcarnatio eiꝰ debet itel
ligi. Deniqꝫ oñdit ꝙ deꝰ īcorporeꝰ sit: ꝛ ꝙ corporali
bus ꝛ visibilibꝰ oculis videri nō possit. vn̄ sequitur:
Neqꝫ vo. eius vn. au. neqꝫ speciē eiꝰ vidi. ALCV.
Possent enī iudei dicere: Nos soliti sumꝰ vocē dn̄i
audire ī syna: ꝛ eū vidimꝰ ī specie ignis. Si ergo deꝰ
phibet testimoniū de te: nos itelligeremꝰ vocē dn̄i
Cōtra h̄ dicit: Ego habeo testimoniū a patre q̄uis
nō itelligatis: q: vos nūqꝫ audistis vocē eiꝰ: neqꝫ spe
ciē eius vidistis. CHRY. Qūo ergo moyses dicit:
Si facta ē aliquādo huiusmōi res vt audiret popu
lus vocē dei loquētis de medio ignis: sicut tu audi
sti ꝛ vidisti: vidisse etiā eū dicunt Jsaias ꝛ alij plu
res. Quid ergo ē quod nūc ait christus? Jn philoso
phicū eos ducit dogma: paulatim oñdens qm̄ neqꝫ
vox circa deū ē: neqꝫ species: sed supior ꝛ figuris ē ꝛ
loquelis talibꝰ. Sicut enī dixit: neqꝫ vocē eius audi
stis. Propter h̄ nō idicat ꝙ vocē emittat: sed nō au
dibilē ita dicēs: Neqꝫ speciē eiꝰ vidistis: nō h̄ dicit:
ꝙ speciē sensibilē habeat ꝛ visibilē: sed qm̄ nihil hoꝝ
ē circa deū. ALCV. Nō enī carnalibus auribus:
sed spiritali itelligētia p gratiā spūsancti audiri po
test. Nō ergo vocē eiꝰ spiritalē audierāt: qm̄ eū ama
re: ꝛ p̄ceptis eiꝰ obedire nolebāt. neqꝫ speciē eius vi
derūt: q: nō exterioribꝰ oculis videri pōt sed fide et
dilectione. CHRY. Sed neqꝫ possibile erat eis di
cere: ꝙ p̄cepta eiꝰ suscepissent ꝛ suarēt: īdeoqꝫ subiun
git: Et verbū eiꝰ nō habetis ī vobis manēs. i. p̄cepta
dei legē ꝛ pphetas. ꝛ si enī ea deꝰ cōstituit: sed apud
vos nō sūt. si enī scripture vbiqꝫ docent vt mihi cre
datis: vos aūt nō creditis: māifestū ē ꝙ sermo eiꝰ de
ficit a vobis. Et pp̄ter h̄ subdit: Quia quē misit ille
huic vos nō creditis. ALCV. Uel aliter: Uerbuꝫ
quod in p̄ncipio erat nō habēt ī se manēs: q̄ verbuꝫ
dei quod audiūt ꝛ memoria tenere ꝛ ope iplere cō
tēnunt. Dixerat igit se habere testimoniū a iohāne:
ab opibus a patre addit ꝛ testimoniū a lege que da
ta ē p moysen dicēs: Scrutamini scripturas ī q̄bus
putatis vitā eternā habere: ꝛ ille sūt q̄ testimoniū p
hibēt de me. q. d. Uos q̄ ī scripturis putatis vitā eter
nā habere: ꝛ me quasi cōtrariū moysi repudiatis: te
stimonio ipsiꝰ moy. ī me ēē deū itelligere potestis: si
ipas scripturas diligēter ī vestigatis. Oī. enī scriptu
ra testimoniū phibet de christo: siue p figuras: siue p
pphetas: siue p angelorū mysteria. Sed his iudei ī
christo nō crediderūt: ꝛ iō vitā eternā habere n̄ pos
sunt. vn̄ sequit: Et non vultis ve. ad me vt vi. ha. q. d.
Scripture phibēt testimoniū. Et tm̄ p tot testimōia
nō vultis venire ad me. i. nō vultis mihi credere ꝛ a
me querere verā salutē. CHRY. Uel aliter pōt cō
tinuari: Possent illi dicere: Qualiter si vocē eiꝰ nō
auditimꝰ: deꝰ tibi testatꝰ ē: ꝛ iō dicit: Scrutamini
scripturas: oñdens ꝙ p has testatꝰ ē deꝰ de eo. etenī
ī iordane testatꝰ ē ꝛ ī mōte: sed vocē quidē facta in
mōte nō audierūt: factā aūt ī iordane audierūt: sed
nō attenderūt. Propterea mittit eos ad scripturas:
oñdens qm̄ ꝛ patris testimoniū illic ē. Non aūt ad
lectionē simplicē scripturarū: sed ad scrutationē ex
quisitā eos mittebat q: ea q̄ de eo dicebant in scri
pturis: desup obumbrabāt neqꝫ ī supficie exp̄mebā
tur: sed velut quidā thesaurꝰ recōdebant. Nō dicit
aūt q̄bus habetis vitā eternā: sed in q̄bus estimatis
vos habere: oñdens qm̄ nō capiebāt magnū fructū
ꝛ nobilē ex scripturis sola lectiōe estimātes se salua
ri cū fide eēnt p̄uati. Propter qd̄ subdit: Et nō vul
tis ve. ad me. q: ei credere nolebāt. BEDA: Quod
aūt venire p credere ponat psalmista oñdit dicens
Accedite ad eū ꝛ illuminami. Subdit aūt: Ut vitaꝫ
habeatis. Si enī aīa que peccat morit: ꝛ ipi anima
ꝛ mente mortui erant. Promittebat ergo illis vitaꝫ
anime vel felicitatis eterne.

¶ Claritatē ab hominibus nō acci
pio: sed cognoui uos: quia dilectio
nem dei nō habetis in uobis. Ego
ueni in nomine patris mei: ꝛ nō ac
cepistis me. Si aliꝰ uenerit in noie
suo: illuꝫ accipietis. Qūo uos pote
stis credere qui gloriā ab inuicē acci
pitis: ꝛ gloriā que a solo deo est nō
queritis? Nolite putare q: ego ac
cusaturus suꝫ uos apud patrē. Est
qui accusat uos moyses in quo uos
speratis. Si enim crederetis moysi
crederetis forsitan ꝛ mihi. De me
eni ille scripsit: Si autē illiꝰ lr̄is nō
creditis: qūo uerbis meis credetis?

¶ CHRY. Quia dn̄s supra meminit ꝛ iohānis ꝛ te
stimoniū dei: ꝛ operū suorum vt eos ad seipm attra
heret: pbabile erat multos suspicari ꝙ hec diceret:
gloriā hominū amās. ꝛ iō cōtra h̄ dicit: Claritatem
ab ho. nō accipio. hoc ē nō idigeo. Nō enim ē mea
natura talis: vt idigeat q̄ ab hominibus est gloria. Si
eī sol a lucerne lumīe nō recipit adiectionē: multo
magis ego hūana gloria nō idigeo. ALCV. Uel
claritatē ab hominibus nō accipio. i. laudē humanā
nō quero. nō enī veni vt honorē ab hominibus acci
perē carnalē: sed honorē hominibꝰ darē spiritualem.
Nō ergo iō hoc loquor: vt gloriā meā querā: sed con

doleo vobis errātibus: ꝛ volo vos reducere ad viaꝫ
veritatis. vñ dicit: Sed cognoui vos: q꞉ dilectioneꝫ
dei nō habetis in vobis. CHRY. q. d. Jō hoc dixi:
vt cōuincā vos: qm̄ ꝓpter amorē dei me nō ꝓsequi/
mini. Etenī ipse testat̄ mihi ꝛ ꝑ opera ꝛ ꝑ scripturas
Oportebat igit̄ vt sicut ꝛ me abijciebatis estimātes
esse deo cōtrariū: ita nūc ad me veniretis: si deū ama
retis: sed nō amatis. Nō aūt ab his solū: sed etiā a fu
turis hͦ ostēdit dicēs: Ego veni i nomie patris mei: ꝛ
nō accipitis me. Si ali⁹ ve. i no. suo: illū accipietis.
Jō dicit se in nomie patris venisse: vt oēm abscidat
occasionē idevotiōis. ALCV. Ac si dicat: iō veni
in mundū: vt ꝑ me glorificet̄ nomē patris: q꞉ patri
oīa attribuo. Dilectionē ergo dei nō habebāt: q꞉ no
lebāt eū recipe q̄ patris venerat facere volūtatē. An
tichrist⁹ aūt veniet i nomie nō patris sed suo: vt nō
gloriā patris: sed suā querat. Quia eni iudei nolue/
rūt recipe christū: pena peccati hui⁹ cōgruet: vt reci
piāt antichristū: vt q̄ nolūt credere veritati: credant
mēdacio. AVG. de verbis do. Sed audiam⁹ ꝛ io/
hannē: Audistis q꞉ antichrist⁹ venit: ꝛ nūc antichri
sti multi facti sūt. Quid aūt expauescis i antichristo
nisi q꞉ nomē suū honoratur⁹: ꝛ nomē dñi cōtem/
pturus? Quid aliud facit q̄ dicit: Ego iustifico: nisi
boni fuerim⁹: ꝑistis: Ergo vita mea ex te pēdebit: et
sal⁹ mea ex te religabit̄: ita ne oblit⁹ sim fundamen
tū meū: nōne petra erat christ⁹? CHRY. Sic igit̄
irrefragabilē idevotiōis eorū ponit demōstrationē
q. d. Si vt amātes deū me ꝓse queremini: multoma/
gis i antichristo hͦ vos facere oporteret. ille eni non
dicit se a patre missum: neq꜋ sm̄ volūtatē illi⁹ veni/
re: sed ecōtrario ea que sibi nō cōgruūt rapiēs super
oīa deū se eē dicet. Manifestū ē igit̄ q̄ liuoris ꝓse/
cutio erat: qua christū ꝓsequebant̄: ꝛ odij i deū. De
inde cām eorū īfidelitatis ponit dicēs: Quō vos po
testis cre. q̄ gloriā ab inuicē acci. ꝛ glo. q̄ a solo deo
ē nō queritis? Hic eni rursus ostēdit: qm̄ nō que dei
sūt intēdebāt: sed ꝓpriā volebāt passionē defendere
ALCV. Magnū igit̄ vitiū ē iactātia: ꝛ humane
laudis ambitio: que de se vult estimari: qō de se nō
habet. Jō eni nō possūt credere q꞉ suꝑba mēs eorꝫ
laudari desiderat: ꝛ se super alios efferre. BEDA:
Hoc aūt vitiū meli⁹ caueri nō pōt: q̄ꝫ vt ad cōscien
tias nostras redeam⁹: nosq꜋ puluerē cōsiderem⁹: ꝛ si
qd nobis boni iesse deꝑhēdimus: nō nobis sed deo
ascribam⁹. Instruimur etiā vt semp nos tales exhi/
beam⁹: q̄les ab alijs videri desideram⁹. Deniq꜋ pos/
sent ipi rñdere. Ergo accusabis nos apud patrē. Et
iō eorū questionē ꝑueniēs subdit: Nolite putar̄ q꞉a
ego accusatur⁹ sū vos apud patrē. CHRY. Quia
s. nō veni dānare sed saluare Est q̄ accu. vos Moy/
ses i quo speratis. Sicut eni de scripturis supra di/
xit: Jn q̄bus putatis vitā eternam habere: ita ꝛ de
moyse ait: I quo vos spatis: ex ꝓprijs eos vbiq꜋ capi
ens. Sed dicent: Qualiter nos ille accusabit? quid
tibi ꝛ moysi cōe: q̄ sabbatū soluisti? ꝛ iō subdit: Si ei
crede. moysi: crederetis for. ꝛ mihi De me eī ille scri/
psit hec ex superiorib⁹ cōstitutionē habē. cū eni i ut cō/
fessiōe deductū sit: q̄ a deo veni: ab opibus: a voce
ioh innis a patris testimonio. manifestū ē q̄ moyses
eos accusabit. Etenī dixit: Siqs venerit signa faciēs
ꝛ ad deū ducēs: ꝛ futura ꝑdicēs cū veritate: oporꝫ

ei obedire. Christ⁹ aūt hec oīa fecit nec crediderūt.
ALCV. Forsitan aūt more nostro posuit: nō q꞉a
dubitatio sit i deo. Scripsit aūt de christo moyses
dicēs: Prophetā vobis suscitabit de⁹ de fratrib⁹ ve
stris: tāq̄ꝫ meipm audietis. AVG. cōtra Faustū:
Sed ꝛ oē qō scripsit moyses de christo est. i. ad chri
stū oīno ꝑtinet: siue q̄ eū figuris rerū vel gestarū vel
dictarū ꝓnunciet: siue q̄ eius grām gloriāq꜋ cōmen
det. sequit̄: Si aūt illi⁹ lr̄is non creditis: quō verbis
meis cre. q. d. Ipse etiā scripsit ꝛ apud vos libros re/
liqt vt si forte obliuiscēmini: de facili recordari pos/
sitis. ꝛ cū scriptis nō credidistis: quō verbis meis nō
scriptis credetis? ALCV. Ex hͦ etiā colligit̄: quia
q̄ legit ꝑcepta q̄ rapinā ꝛ alia mala ꝓhibēt: ꝛ imple
re negligūt dicta euāgelij que ꝑfectiora ꝛ subtiliora
sūt iplere nō valēt. CHRY. Et quidē si attēderent
his q̄ dicebant̄: oportebat q̄rere ꝛ ab eo discere que
sūt illa q̄ moyses de eo scripsit: sed silēt. Tale eni est
neq̄cia: vt quicquid dicat aliquis vel faciat: maneat
ꝓpriū venenū cōseruans. CAPI. VI.

Post hec abijt iesus trās ma
re galilee: qō ē tyberiadis.
Et sequebat̄ eū multitudo
magna: q꞉ uidebāt signa q̄ faciebat
sup his qui ifirmabāt̄. Subijt ergo
i mōtē iesus: ꝛ ibi sedebat cū discipu
lis suis. Erat āt ꝓximū pascha dies
festus iudeorum. Cum subleuasset
ergo oculos iesus: ꝛ uidisset q꞉ mul
titudo maxia uenit ad eū: dic̄ ad phi
lippū: Unde emem⁹ panes ut man
ducent hi? Hoc āt dicebat tentans
eū. Jpse eni sciebat qd eēt factur⁹.
Respondit ei philipp⁹: Ducētorꝫ
denariorū panes nō suficiūt eis: ut
unusq̄sq꜋ modicū qd accipiat: Dic̄
ei un⁹ ex discipulis ei⁹ ādreas frater
simois petri: Est puer un⁹ hic q hꝫ
quiq꜋ panes ordeaceos et duos pis
ces: Sꝫ hec qd sunt: inter tantos?
Dic̄ ergo ies⁹ Facite hoies discūbere
Erat āt fenuꝫ multū i loco. Discu
buerunt ergo uiri numero q̄i q̄nq꜋
milia. Accepit ergo ies⁹ panes: ꝛ cū
grās egisset: distribuit discūbētib⁹.
Silr̄ ꝛ ex piscib⁹ quātū uolebat. Ut
autē ipleti sunt: dixit discipulis suis
Colligite que suꝑauerūt fragmēta
ne pereāt. Collegerunt ergo: ꝛ iple

**uerũt duodecim cophinos fragmẽ
torũ ex quinqꝫ panibus ordeaceis ⁊
duobꝰ piscibꝰ: que supfuerũt his q
mãducauerãt. Jlli ergo homies cũ
uidissẽt quod iesus fecerat signũ: di
cebãt: Quia hic est uere propheta q
uentur ꝰ est in mundum.**

¶CHRY. Sicut iacula cũ i durũ aliq̃d inciderint:
q̃ i multo ĩpetu iaciunť: cũ aũt nõ habuerĩt aliquid
obuiãs: dissoluiť cito ĩmissio ⁊ q̃escit: ita ⁊ si cũ au/
dacibꝰ hominibus ĩpetuose icesserimus seuiũt magis.
Si aũt cesserimꝰ facile mollimꝰ eorũ insaniã. Pro/
pterea christꝰ furorẽ ex p̃missis s̃monibꝰ natũ sece/
dẽdo mitigauit: i galileã vadẽs: nõ tñ loca vñ in hie
rusalẽ ascẽderat nõ enĩ i chana galilee: sed vltra ma
re iuit. vñ ait: Post hec abijt trãs mare galilee quod
ẽ tyberiadis. ALCV. Hoc mare p̱ diuersitate lo/
corũ diuersis nominibus vocať: sed q̃ztũ ad p̃sentẽ lo
cũ: mare galilee ꝓpter ꝓuinciã: tyberiadis aũt a ci/
uitate diciť. Mare aũt diciť: nõ q: sit amara aqua:
sed iuxta hebraicũ modũ oĩm cõgregatiões aquarũ
maria vocanť. Quod mare dñs etiã frequẽter tran
sit vt populis ibi manẽtibus verbũ p̃dicatiõis ipen
dat. THEO. Trãsit enĩ de loco ad locũ ꝓbando
populi volũtatẽ. ⁊ auidiores homies vniuscuiusqꝫ
ciuitatis: ⁊ solicitiores reddẽs. vñ seq̃ť: Et seque. eũ
mul. ma. q: vide. sig. que fa. sup his q̃ ĩfirmabanť.
ALCV. Scilicet q̧ cecos illuminabat: ⁊ alia huius/
mõi. Et sciẽdũ ẽ q̧ quoscũqꝫ i corpore sanabat: eos
pariter reformabat i aĩa. CHRY. Tãta aũt doctri
na potẽtes a signis magnis mouebãť: q̧ grossioris
mẽtis erãt. Signa enĩ vt ait paulꝰ nõ sũt data fide/
libꝰ sed ĩfidelibꝰ. Sapiẽtiores aũt erãt illi de q̃bus ĩ
mattheo diciť: q̧ stupebãt ĩ doctrina eiꝰ. Sed quare
nõ dicit que signa videbãt eũ faciẽtẽ: qm̃ hic euãge/
lista maiorẽ ptem libri ĩ s̃monibꝰ dñi cõsumere stu
duit. Seq̃ť: Subijt ĩ mõtẽ iesus. ⁊ ibi sede. cũ disci.
suis. Jn mõtẽ quidẽ ascẽdit ꝓpter signũ qđ fieri de
bebat. Sed q̧ discipulos secũ ascẽdere fecit: accusa/
tio multitudis erat: nõ sequẽtis eũ. Ascẽdit etiam ĩ
mõtẽ: erudiẽs nos a tumultibꝰ ⁊ ab ea que ĩ mũdo
ẽ turbatiõe q̃escere. aptũ enĩ ad philosophiã solitu/
do ẽ. Seq̃ť: Erat aũt ꝓximũ pa. di. fe. iu. Uide qua
liter ĩ anno ĩtegro nihil plus euãgelista nos docuit
de signis christi q̃ꝫ q̧ paralyticũ sanauit ⁊ filiũ reguli
nõ eĩ studuit vniuersa annũciare sed ex multis ma/
gna ⁊ pauca. Qualiter igiť nõ ascẽdit ad diẽ festũ:
paulatĩ enĩ soluebat legẽ occasionẽ capiẽs a iudai
ca neq̃cia. THEO. Quia enĩ iudei eũ p̃sequeban/
tur: occasionẽ recessus accipiẽs legẽ exclusit: innuẽs
obseruãtibꝰ q̧ veritate adueniẽte: oĩs cessat figura.
⁊ q̧ legibꝰ nõ subijciť: vt legalia festa p̃ficeret: ⁊ vi
de hoc qđ nõ erat festũ christi: sꝫ iudeorũ BEDA:
Si q̃s aũt verba euãgelistarũ diligẽter cõsiderauerit
facile cognoscet: q: vniꝰ anni spaciũ fuit iter decol/
lationẽ iohãnis ⁊ passionẽ dñi. Cũ enĩ matthęꝰ di/
cat: q: dñs audita nece iohãnis secessit ĩ desertũ lo/
cũ ⁊ ibi turbas pauit: ⁊ iohãnes diť q̧ ꝓximũ erat
pascha iudeorũ qñ turbas pauit: apte demõstratur

q: iminẽte pascali festiuitate decollatꝰ ẽ iohãnes.
Euoluto aũt vniꝰ ãni spacio passus ẽ christꝰ i eadẽ
festiuitate. Sequiť: Cũ subleuasset ergo oculos ie/
sus ⁊ vidis. q: multi ma. ve. ad eum dixit ad phi. vñ
eme. pa. vt mã. hi: Dixit cũ subleuasset oculos iesus
q̧ disceremꝰ q: oculos nõ erigebat huc atqꝫ illuc sꝫ
pudice sedebat attẽtus cũ discipulis suis. CHRY.
Neqꝫ etiã simpliciter sedebat cũ discipulis suis: sed
diligẽter loquẽs aliq̃d eis: ⁊ eos ad seipm cõuertẽs:
deĩde respiciẽs vidit turbã ad se veniẽtẽ. Cuiꝰ igiť
grã philippũ iterrogat: sciebat enĩ q̧ discipulorum
eiꝰ cõgregatio ampliori ĩdigebat doctrina. Talis aũt
erat philippꝰ q̃ postea dixit: Ostẽde nobis patrem ⁊
sufficit nobis. ꝓpterea igiť p̃us eũ erudiebat. Naꝫ si
simpliciter factũ eẽt miraculũ nõ tantũ appareret:
nũc aũt priꝰ cogit cõfiteri iopiã: vt certiꝰ discat mi/
raculi magnitudinẽ. vñ seq̃ť. Hoc aũt dice. ten. eũ.
Nõ quidẽ ignorãs id quod debebat ab ipo dici. sed
hũane hoc dictũ ẽ. Sicut eĩ qđ diciť: Qui scrutať
corda hominũ: nõ ostẽdit ignorantie scrutationẽ sed
certissime cognitiõis: ita cũ hic dicit q̧ tẽtauit eũ:
nihil aliud dicit q̃ꝫ quoniã sciebat certissime. Sed a
liud ẽ dicere qm̃ ꝓbatiorẽ eũ faciebat: p̱ talẽ iterro/
gationẽ iducẽs ĩ certissimã signi cognitionẽ. ꝓpter
h̃ ⁊ euãgelista ne ĩfirmitate locutiõis minorationẽ
aliquã suspiceris subiũgit: Jpse enĩ sciebat q̃d eẽt fa
cturꝰ. AKCV. Jnterrogat igiť nõ vt ignorata di/
sceat: sed vt discipulo adhuc rudi ꝓpriã tarditatẽ dñ
dat: quã ipe ĩ se p̱pẽdere nõ valebat. THEO. Uel
etiã vt alijs ipm ostẽderet: nõ tãq̃ꝫ cor eiꝰ ignorãs.
AVG. de cõ. euã. Sed si dñs scd̃m narrationem io
hãnis ꝓspectis turbis q̃siuit a philippo tẽtans eum
vñ illis esce dari posset: põt mouere q̃uo sit verũ: qđ
alij narrauerũt priꝰ dixisse dño discipulos: vt dimit
teret turbas. Quibꝰ ille r̃ñdit s̃m mattheũ: Nõ hñt
necesse ire: date eis vos mãducare. intelligiť igiť pꝰ
hec verba dñm inspexisse multitudinẽ ⁊ dixisse phi/
lippo: qđ iohãnes cõmemorat: alij aũt p̃termiserũt.
CHRY. Uel aliť: Alia q̃dez sũt illa: alia ãt sũt hec
nõ eisdẽ facta tẽporibꝰ. THEO. Philippũ igitur
dñs tẽtans vtrũ fidẽ haberet iuenit eũ adhuc hũa/
nis passionibꝰ subiacẽtẽ: qđ patet ex h̃ qđ seq̃ť: R̃ñ/
dit ei philippꝰ: Ducẽtorũ denariorũ panes nõ suffi/
ciunt eis: vt vnusq̃sqꝫ modicũ q̃d acci. ALCV. Jn
quo tarditatẽ suã ostẽdit: nã si p̃fecte de creatore ĩtel
ligeret: de eiꝰ potẽtie largitate nõ diffideret. AV/
GV. de cõ. euã. Quod aũt philippꝰ hic apud iohan
nẽ r̃ñdet: hoc marcꝰ a discipulis r̃ñsum eẽ cõmemo
rat. volẽs ĩtelligi hoc ex ore ceterorũ philippũ r̃ñdis
se: quãq̃ꝫ ⁊ pluralẽ numerũ p̱ singulari vsitatissime
ponere potuerit. THEO. Sed ⁊ andreã dñs simi
lẽ philippo ĩuenit: q̃uis altiꝰ de illo contẽplãtẽ. Se
quiť enĩ: Dicit ei vnꝰ ex disci. eiꝰ Andreas fra. simo.
petri: Est puer vnꝰ hic q̃ habet q̃nqꝫ panes bordea.
⁊ duos pisces. CHRY. Estimo quidẽ nõ sine cã id
eũ dicere. sed q: audiuerat signũ qđ heliseꝰ de pani/
bus hordeaceis fecerat: pauit eĩ de. xx. panibꝰ centũ
homies. Ascẽdit igiť mẽte ĩ aliquod excelsum: sꝫ ad
summũ nõ potuit ꝑuenire. qđ patet p̱ h̃ quod sub/
dit: Sed hec q̃d sũt inter tãtos? Estimabat enĩ q̧ de
paucioribꝰ pauciora: ⁊ de pluribꝰ plura facturꝰ eẽt
q̃ miracula faciebat. sed h̃ nõ erat verũ. Similiter eĩ

ei facile erat ⁊ de pluribꝰ ⁊ de paucioribus pascere turbas. nõ eni materia subiecta idigebat: sed ne viderent creature aliene eẽ ab eiꝰ sapiã ipsis creaturis vtit ad materiã miraculorũ. THEO. Cõfundantur manichei q̃ dicũt ꝙ panes ⁊ oĩa huiusmõi creata sũt a malo deo: qꝛ boni dei filiꝰ iesus christus panes multiplicauit. nã si creature male fuissent: neq̃q̃ bonꝰ mala multiplicasset. AVG. de cõ. euan. Quod aũt andreas apud iohãnẽ de q̃nq̃ panibus ⁊ duobꝰ piscibꝰ suggessit: hoc ceteri pluralẽ numerũ ꝓ singulari ponẽtes ex discipulorũ ꝑsona retulerũt. CHRY. Discamꝰ aũt hic q̃ voluptati attendimus: q̃ cõedebãt mirabiles viri illi ⁊ magni ⁊ q̃ntitatẽ eorũ q̃ iferebant ⁊ vtilitatẽ mẽse eorũ. Nõdũ autem apparẽtibꝰ panibꝰ iussit eos discũbere: vt discas q̃m nõ entia vt entia ei subsistũt: sicut paulꝰ ait: Qui vocat ea q̃ nõ sunt: tãq̃ ea q̃ sũt. Sequit enĩ: Dicit eis iesus: facite ho. discũbere. ALCV. Ad lr̃am ho[illegible] discũbere dicimꝰ iacẽdo comedere more an[illegible]. vñ seq̃t: Erat aũt fenũ multũ ĩ loco. THE. [illegible] Erat enĩ pascha qd̃ ĩ p̃mo mẽse veris p[illegible]. Seq̃: Discu. ergo viri nu. quasi q̃nq̃ milia. Soli viri numerant ab euãgelista qꝛ legalẽ consuetudinẽ sequebat. Etenĩ moyses a. xx. ãnis ⁊ supra populũ cõnumerauit. nulla mẽtione de mulieribus facta: inuẽs ꝙ oẽ quod virile ẽ ⁊ iuuenile: dignũ et honorabile ẽ apud deũ. Seq̃: Accepit ergo iesus panẽ: ⁊ cũ g̃ras egisset distri. discũ. similiter ex piscibus q̃tũ volebat. CHRY. Sed quare paralyticũ debens sanare nõ orat neq̃ suscitãs mortuos: neq̃ mare q̃etans: hic aũt orat g̃ras agẽs? vt. s. oñdat eos q̃ cõestionẽ icipiũt g̃ras agere oportere deo. Sed ⁊ aliter ĩ minoribꝰ maxie orat: vt discas ꝙ nõ ꝓpter idigentiã orat. Si enĩ idigeret orare multomagis ĩ maioribus hoc fecisset. Quia vero illa ex auctoritate facit: manifestũ ꝙ hic cõdescẽdẽdo nobis orat. ⁊ adhuc q̃m turba multa erat p̃ns: oportebat eis suaderi ꝙ s̃m volũtatẽ dei aduenerat: ⁊ iõ cũ occulte aliquod miraculũ faciebat nõ orabat sed coram multis orabat. ne crederẽt ꝙ eẽt deo cõtrarius. HYLA. iij. de tri. Quinq̃ igit panes offerũt turbe ⁊ frãgunt: subrepũt ĩ frangẽtiũ manus quedã fragmẽtorũ ꝓcreatiões. nõ iminuit vñ ꝑfringit: ⁊ tñ ꝑfringẽtis manũ fragmẽta occupãt: nõ sẽsus: nõ visus: ꝑfectũ tã conspicabilis opatõnis assequit: et qd̃ nõ erat videtur quod nõ itelligit: solũ supest vt deꝰ oĩa posse credatur. AVG. Unde enim multiplicat de paucis granis segetes: ide ĩ manibꝰ multiplicauit q̃nq̃ panes potestas enĩ erat ĩ manibꝰ christi: panes autem illi q̃nq̃ quasi semĩa erãt: nõ quidẽ terre mãdata: ſ; ab eo q̃ terrã fecit multiplicata. CHRY. Vide autem q̃nta ẽ serui ⁊ dñi differẽtia. nã ꝓphete quasi ex mensura habẽtes g̃ram ita miracula faciebãt: christus aũt absoluta virtute faciẽs cũ multa supabũdãtia oĩa opabatur. Sequit: Vt aũt iple. sũt dixit discipulis suis: Colli. que supa. frag. ne pereãt. Collegerunt ergo ⁊c̃. Nõ quidẽ hec ostẽtatio superflua fuit: sed ne phantasiã existimarẽt qd̃ factũ ẽ ꝓpter quod etiã ex subiecta materia miraculũ fecit. Sed quare nõ turbis dedit fragmẽta portãda: sed discipulis? qꝛ hos maxie erudire volebat: q̃ orbis terrarũ debebãt esse magistri. Ego aũt nõ solũ admiror multitudinẽ panum q̃ facta ẽ: sed ⁊ certitudinẽ supfluorũ: qꝛ neq̃ plus neq̃ minꝰ fecit supfluũ eẽ: sed tantũ q̃tũ volebat. s. xij. cophinos s̃cd̃m numerũ. xij. apostolorũ. THEO. Addiscimꝰ aũt ex miraculo ꝑpetrato non fieri pusillanimes ĩ coartatiõibꝰ paupertatis. BE. Turbe aũt cũ vidissent signũ qd̃ fecit dñs mirabantur: qꝛ nõdũ eũ deũ eẽ cognouerãt: iõq̃ euãgelista subdit: Illi ergo homĩes. qꝛ carnales erat ⁊ carnaliẽ itelligebãt: cũ vidissent qd̃ fecerat signũ dicebãt: q̃a hic ẽ vere ꝓpheta q̃ vẽturus ẽ in mundũ. ALCV. Nondũ pleni fide dñm vocãt ꝓphetã q̃ nõdũ deũ dicere nouerãt: sed iã multũ ꝓfecerãt ex virtute miraculi q̃ eũ secernẽtes ab alijs ꝓphetã vocabant: sicut sciebãt in populo illo ꝓphetas aliq̃n miracula fecisse. nec fallunt si dicũt ꝓphetã: cũ ipe dñs nouerit se ꝓphetã dicẽs: Nõ capit ꝓphetã pire extra hierusalẽ. AVG. Sic aũt ꝓpheta ẽ christꝰ ⁊ dñs prophetarũ: sicut angelꝰ ⁊ dñs angelorũ. ex eo ei ꝙ presens annũciauit angelꝰ erat. ex eo ꝙ futura p̃dixit ꝓpheta erat. ex eo ꝙ verbũ caro factũ ẽ: ⁊ angelorũ ⁊ ꝓphetarũ dñs erat. nullꝰ enĩ ꝓpheta sine verbo dei. CHRY. Ex hoc aũt ꝙ dicũt: Qui vẽturꝰ est in mũdũ: manifestũ ẽ ꝙ ꝓphetã quendã p̃ncipalem expectabãt. Et iõ qd̃ dicit: Hic est vere ꝓpheta: in greco cũ adiectiõe articuli ponit ad oñdendũ. s. eum eẽ discretũ ab alijs ꝓphetis. AVG. Cõsiderandũ autẽ ꝙ dicit: qꝛ deꝰ nõ ẽ talis substantia q̃ oculis videri possit: ⁊ miracula eius q̃bus totũ mũdum regit: vniuersamq̃ creaturã admĩistrat: assiduitate viluerunt: seruauit sibi quedã que faceret oportuno tẽpore: p̃ter vsitatũ cursum ordinẽq̃ nature: nõ vt maiora sed ĩsolita vidẽdo stuperẽt q̃bus quotidiana viluerunt. Maiꝰ enĩ miraculũ ẽ gubernatio totiꝰ mũdi q̃ saturatio q̃nq̃ miliũ hominũ de q̃nq̃ panibꝰ: ⁊ tamẽ hoc nemo mirat. Illud mirant homĩes: nõ qꝛ maius: sed qꝛ rarũ ẽ. Nec tamẽ sufficit hoc ĩtueri ĩ miraculis christi: qꝛ enĩ dñs ẽ ĩ mõte: verbũ dei ẽ in alto. ꝓinde nõ quasi humiliter iacet: nec trãseunter pretereundũ ẽ. ALCV. Mystice enĩ noĩe maris turbidũ seculũ designat. Mox aũt vt christꝰ mare mortalitatis nostre adijt nascẽdo: calcauit moriẽdo: trãsijt resurgẽdo: secute sũt eũ credendo ⁊ imitãdo turbe credẽtiũ ex vtroq̃ populo collectorũ. BEDA: Tũc aũt dñs subijt ĩ montẽ q̃n celũ ascẽdit: qd̃ designat ꝑ montẽ. AVG. Quod enĩ turbis iferioribꝰ relictis ad altiora cũ discipulis ascẽdit: oñdit ꝙ simplicibꝰ minora p̃cepta sũt cõmittẽda: perfectioribꝰ altiora. ꝙ imminente pascha illos reficit: significat qꝛ quisq̃ pane diuini verbi ⁊ corpore ⁊ sanguie domini desiderat refici: debet spirituale pascha facere i. de vitijs ad virtutes trãsire. Oculi vero dñi sũt dona spiritualia: q̃ cũ dñs electis suis misericorditer cõcedit: tũc ĩ eos oculos suos dirigit. i. respectũ pietatis ipendit. AVG. lib. lxxxiij. questi. Quinq̃ aũt panes hordeacei significãt veterẽ legẽ: siue qꝛ nõdum spiritalibꝰ: ſ; adhuc carnalibꝰ data ẽ lex. i. q̃nq̃ corporis sensibꝰ dedita. Nã ⁊ ipe turbe q̃nq̃ milia hominũ fuerũt: siue qꝛ ꝑ moysen lex ipa data ẽ. Moyses enĩ q̃nq̃ libros scripsit. Et ꝙ hordeacei erant panes. bñ significauit vel ipam legẽ q̃ ita data erat: vt in ea vitale aĩe alimentũ corporalibꝰ sacramẽtis obtegeret. Ordei enĩ medulla tenacissima palea tegit:

vel ipm populū nondū expoliatū carnali desiderio tāq; palea cordi ei⁹ iherebat. BEDA: Hordeū etiam pabulū ē iumētorū ꝛ cib⁹ seruorū: ꝛ lex vet⁹ data ē suis ꝛ iumētis. i. carnalib⁹. AVG. lib. lxxxiij. q̄sti. Duo aūt pisces q̄ saporē suauē pani dabāt: duas illas psonas vident̄ significare: q̄bus popul⁹ ille regebat̄: regiā. s. ꝛ sacerdotalē: q̄ tn̄ due psone dn̄m nostrū pfigurabāt: ambas eni ille sustinuit. ALCV. Uel duo pisces dicta vel scripta ꝓphetarum ꝛ psalmistarū significāt. ꝛ cū q̄narius ad quinq; sensus corporis referat̄: mille ad pfectionē refert̄. Qui vo quinq; sensus corporis pfecte regere studēt: viri dicūtur a virib⁹ quos feminea mollicies nō corrūpit: sed sobrie ꝛ caste viuūt: ꝛ celestis sapiētie dulcedie merentur recreari. AVG. sup io. Puer aūt qui ista habebat: forte popul⁹ israel erat q̄ sensu puerili ea portabat: nec māducabat. Illa eni q̄ portabat clausa onerabāt: apta pascebāt. BEDA: Pulchre aūt dicit: Hec q̄d sūt inter tātos? q: lex vet⁹ parꝫ pficiebat: quousq; eā suis manib⁹ suscepit. i. ope ipleuit. ꝛ eādem spiritualiter itelligēdā eē docuit: q: lex neminē ducebat ad pfectū. AVG. sup iohā. Frāgēdo aūt panea multiplicati sūt. Quinq; eni libri moysi: multos libros cū exponūt̄ tāq; frangēdo. i. disserendo fecerūt. AVG. lib. lxxxiij. questi. Dn̄s etiā tāq; frāgendo ꝛ aperiēdo quod durū erat ꝛ clausū ī lege discipulos ipleuit: cū eis post resurrectionem apuit scripturas. AVG. sup io. Quia aūt ignorātia populi erat ī lege: ꝓpterea tētatio dn̄i ignorantiā discipuli demōstrabat. Sup fenū aūt discūbebāt: q: carnaliter sapiebāt: ꝛ ī carnalib⁹ q̄escebāt: ois eni caro fenū. Illi aūt de panib⁹ dn̄i iplent̄: q̄ quod aurib⁹ audiūt opibus implēt. AVG. Que sūt aūt fragmēta nisi q̄ popul⁹ nō poterat māducare? Quid ḡ restat nisi vt secretiora itelligētie q̄ n̄ pōt cape multitudo illis credāt̄ q̄ idonei sunt: ꝛ alios docere valēt: sicut erāt apostoli. vn̄ ꝛ. xij. cophini ipleti sunt. ALCV. Cophinis eī suilia iplent̄ officia. Cophini igit̄ sūt apostoli ꝛ eorū imitatores: q̄ lꝫ ī p̄senti sint despicabiles: spiritaliū sacramētorū diuitijs sūt interi⁹ referti. Dicunt̄ aūt apostoli fuisse cophini: q: p apostolos fides sancte trinitatis erat p̄dicāda ī quatuor ptibus mūdi. Quod aūt nouos panes noluit facere: sed allatos cumulauit: significat: q: veterē scripturā nō reprobauit: sed aperiēdo patefecit.

